Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
Boston Library Consortium Member Libraries

http://www.archive.org/details/sermones03wycl

Wycliffe, John

# IOHANNIS WYCLIF

## SERMONES

NOW FIRST EDITED FROM THE MANUSCRIPTS

WITH CRITICAL AND HISTORICAL NOTES

BY


DR. IOHANN LOSERTH

PROFESSOR OF HISTORY AT THE UNIVERSITY OF CZERNOWITZ.


(ENGLISH SIDE-NOTES BY F. D. MATTHEW.)

**VOL. III.**

SUPER EPISTOLAS.


LONDON.

PUBLISHED FOR THE WYCLIF SOCIETY BY TRÜBNER & Co.

57 AND 59 LUDGATE HILL

1889.

JOHNSON REPRINT CORPORATION
NEW YORK AND LONDON

MINERVA, G.m.b.H.
FRANKFURT AM MAIN

374354

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.
JAN 1967

BR
75
.W8
V. 7
pt.3

First reprinting, 1966

Printed in the United States of America

# INTRODUCTION.

## 1. The Contents

The great importance which we attributed to the second volume of the Sermons extends to those contained in the third.

Both are chiefly occupied with combating the abuses of the Church and the usurpations of the hierarchy, especially of the Papacy and the Friars, which, as Wyclif insists, have no foundation in Holy Scripture; and with the emphatic demand that the prosperity of the Church may be restored by a return to the state of the apostolic age.

A considerable part of the Sermons is directed against the decrees of the Earthquake Council (May 1382).

Questions concerning the government of the Church are more fully expounded than those of a dogmatic nature. Yet these are not altogether omitted, and a considerable space is allotted to dealing with priesthood, baptism, confirmation, confession and the Eucharist.

Thus the present volume forms a supplement in the full sense of the word to the second volume, and all which has been said of that applies also to this.

This consideration makes it unnecessary to supply any summary of the contents of these sermons.

## 2. The Transmission in MS.

*a*) Cod. B. 16, 2 of the Trinity College Library, Cambridge (A). The great importance of the present volume of Sermons makes us sincerely regret, that they have been handed down only in a

single MS., the Codex B. 16, 2 of Trinity College Library, Cambridge (described in Sermons vol. I, page XXXV); all the more that this MS. abounds in faults and omissions.

The faults are so numerous and of such a nature, that one must doubt, whether the scribe understood Latin. Yet the faults which spring from his misunderstanding and careless writing (few of which can be corrected with absolute certainty) impair the value of the MS. less than his numerous omissions.

Single words, parts of sentences, and probably even long passages are missing. In consequence of these omissions the text in many places gives no sense, and correction is rendered more difficult by the impossibility of deciding whether the omissions are of single words or of sentences.

How faulty the text of A is, can be seen from the few sermons preserved in a second MS. this is:

*b*) The Codex C. 1, 23 of Trinity College, Dublin described by Mr. F. D. Matthew in the preface to De Ecclesia (pp. XXII and XXIII).

This codex contains only four sermons of the third part, viz. 5, 6, 7 and 10.

Mr. J. H. Bullock, who has collated these sermons, does not agree with Mr. Matthew about the date, which he puts not at about 1400, but at a later period.

*c*) De Religione Privata II. As the treatise verbally agrees with the second part of the 29th Sermon (page 230),

"Circa hanc epistolam dubitatur, utrum privata religio sit datum optimum . . . Explicit pag. 239. Et patet falsitas assumptorum domini in suis arguciis et quomodo vendicat mendacia in suis descripcionibus et racionibus quare ordines sint privati", we here enumerate the MSS. containing this treatise namely the MS. 3930 and 4527 of the Vienna Imperial Library and X. E. 9 of the University Library at Prague. For description, see Polemical Works, page 523.

## 3. The Date and the Edition.

The date of composition of the third volume of the Sermons has been treated in the introduction to the first volume. In editing we have followed the same principles which have guided us in the

previous volumes. The numerous gaps in the text due to the bad MS. are marked in the foot-notes, as far as they could be discerned.

I have to express my most sincere thanks to those gentlemen who have kindly assisted me in my work.

My thanks are due to the founder of our Society, the Hon. Director, Dr. F. J. Furnivall; to Mr. Bullock for revision of the MS. A. and for collating the Dublin Codex; to Dr. R. Buddensieg for proof-reading, and above all to Mr. F. D. Matthew, who not only wrote the side-notes, but also put at the editor's disposal valuable suggestions, both critical and explanatory.

As the editor had to read a great part of the proofs during his stay at Karlsbad, where no library for references was at his disposal, he must claim the reader's indulgence for some slight errors which escaped his notice.

Czernowitz, 28th November 1888.

J. Loserth.

# Contents.


Praefatio.

Sermon | Page

First Sunday in Advent.
I. Hora est iam nos de somno surgere. Ad Rom. XIII, 11 . . . . . . 1
Second Sunday in Advent.
II. Quecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Ad Rom. XV, 4 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 9
Third Sunday in Advent.
III. Sic nos existimet homo. I. Cor. IV, 1 . . . . . . . . . . . . . 16
Fourth Sunday in Advent.
IV. Gaudete in Domino. Phil. IV, 4 . . . . . . . . . . . . . . . 24
Christmas-Day.
V. Apparuit gracia Salvatoris nostri. Ad Tit. II, 11 . . . . . . . . . 31
Sunday within Octave of Christmas-Day.
VI. Apparuit benignitas et humanitas Salvatoris. Tit. III, 4 . . . . . . 40
The Circumcision.
VII. Multiphariam, multisque modis. Ad Hebr. I, 1 . . . . . . . . . . 48
The Epiphany.
VIII. Quanto tempore heres parvulus est. Gal. IV, 1 . . . . . . . . . . 55
Sunday within Octave of Epiphany.
IX. Surge, illuminare Jerusalem. Is. LX, 1 . . . . . . . . . . . 62
Octave of Epiphany.
X. Domine Deus meus honorificabo. Is. XXV, 1 . . . . . . . . . . 69
First Sunday after the Octave.
XI. Obsecro vos per misericordiam Dei. Rom. XII, 1 . . . . . . . . 78
Second Sunday after the Octave.
XII. Habentes donationes. Rom. XII, 6 . . . . . . . . . . . . . . 88
Third Sunday after the Octave.
XIII. Nolite esse prudentes apud vosmet ipsos. Rom. XII, 16 . . . . . . 97
Fourth Sunday after the Octave.
XIV. Nemini quidquam debeatis. Rom. XIII, 8 . . . . . . . . . . . 104
Fifth Sunday after the Octave.
XV. Induite vos sicut electi Dei. Col. III, 12 . . . . . . . . . . . . 114
Septuagesima Sunday.
XVI. Nescitis quod hii qui in stadio. I. Cor. IX, 24 . . . . . . . . . . 122
Sexagesima Sunday.
XVII. Libenter suffertis insipientes. II. Cor. XI, 19 . . . . . . . . . . 129
Quinquagesima Sunday.
XVIII. Si linguis hominum loquar. I. Cor. XIII, 1 . . . . . . . . . . 137

Sermon Page

Quadragesima Sunday.
XIX. Hortamur vos ne in vacuum. II. Cor. VI, 1 . . . . . . . . . . 145
Second Sunday in Lent.
XX. Rogamus vos et obsecramus. I. Thessal. IV, 1 . . . . . . . . . 152
Third Sunday in Lent.
XXI. Estote imitatores Dei. Eph. V, 1 . . . . . . . . . . . . . . 162
Fourth Sunday in Lent.
XXII. Scriptum est quoniam Abraham. Gal. IV, 22 . . . . . . . . . . 169
Passion-Sunday.
XXIII. Christus assistens pontifex. Hebr. IX, 11 . . . . . . . . . . . 176
Palm-Sunday.
XXIV. Hoc sentite in vobis. Phil. II, 5 . . . . . . . . . . . . . . 184
Easter-Sunday.
XXV. Expurgate vetus fermentum. I. Cor. V, 7 . . . . . . . . . . . 191
First Sunday after Easter.
XXVI. Omne quod natum est ex Deo. I. Joh. V, 4 . . . . . . . . . . 197
Second Sunday after Easter.
XXVII. Christus semel passus est. I. Petri II, 21. . . . . . . . . . . 206
Third Sunday after Easter.
XXVIII. Obsecro vos tamquam advenas. I. Petri II, 11 . . . . . . . . . 213
Fourth Sunday after Easter.
XXIX. Omne datum optimum. Jac. I, 17 . . . . . . . . . . . . . . 224
Fifth Sunday after Easter.
XXX. Estote factores verbi Dei. Jacobi I, 22 . . . . . . . . . . . . 239
Sunday after Ascension.
XXXI. Estote prudentes. I. Petri IV, 7 . . . . . . . . . . . . . . 248
Whitsunday.
XXXII. Cum complerentur dies. Act. II, 1 . . . . . . . . . . . . . 257
Trinity Sunday.
XXXIII. Vidi hostium apertum in celo. Apoc. IV, 1 . . . . . . . . . . 267
Corpus Christi Day.
XXXIV. Ego enim accepi a Domino. I. Cor. XI, 23. . . . . . . . . . . 277
First Sunday after Trinity.
XXXV. Deus caritas est. I. Joh. IV, 8 . . . . . . . . . . . . . . 286
Second Sunday after Trinity.
XXXVI. Nolite mirari si odit vos mundus. I. Joh. III, 13. . . . . . . . 297
Third Sunday after Trinity.
XXXVII. Humiliamini sub potenti manu Dei. I. Petri V, 6 . . . . . . . 306
Fourth Sunday after Trinity.
XXXVIII. Estimo quod non sunt condigne. Rom. VIII, 18 . . . . . . . 315
Fifth Sunday after Trinity.
XXXIX. Omnes unanimes in oracione estote. I. Petri III, 8 . . . . . . . 323
Sixth Sunday after Trinity.
XL. Quicunque baptizati sumus. Rom. VI, 3 . . . . . . . . . . . 331
Seventh Sunday after Trinity.
XLI. Humanum dico propter infirmitatem. Rom. VI, 19 . . . . . . . 341
Eighth Sunday after Trinity.
XLII. Debitores sumus non carni. Rom. VIII, 12 . . . . . . . . . . 352

Sermon | Page

Ninth Sunday after Trinity.

XLIII. Non simus concupiscentes malorum. I. Cor. X, 6 . . . . . . . . 365

Tenth Sunday after Trinity.

XLIV. Scitis quoniam, cum gentes essetis. I. Cor. XII, 2 . . . . . . . . 375

Eleventh Sunday after Trinity.

XLV. Notum facio vobis. I. Cor. XV, 1 . . . . . . . . . . . . . 384

Twelfth Sunday after Trinity.

XLVI. Fiduciam talem habemus. II. Cor. III, 4, 5 . . . . . . . . . . . 393

Thirteenth Sunday after Trinity.

XLVII. Abrahe dicte sunt. Gal. III, 16 . . . . . . . . . . . . . . . 402

Fourteenth Sunday after Trinity.

XLVIII. Spiritu ambulate. Gal. V, 16 . . . . . . . . . . . . . . . 411

Fifteenth Sunday after Trinity.

XLIX. Si spiritu vivimus. Gal. V, 25 . . . . . . . . . . . . . . . 420

Sixteenth Sunday after Trinity.

L. Obsecro vos ne deficiatis. Eph. III, 13 . . . . . . . . . . . . 429

Seventeenth Sunday after Trinity.

LI. Obsecro vos ego vinctus. Eph. IV, 1. . . . . . . . . . . . . 438

Eighteenth Sunday after Trinity.

LII. Gracias ago Deo meo semper. I. Cor. I, 4. . . . . . . . . . . 447

Nineteenth Sunday after Trinity.

LIII. Renovamini spiritu mentis vestre. Eph. IV, 23 . . . . . . . . . 455

Twentieth Sunday after Trinity.

LIV. Videte quomodo caute ambuletis. Eph. V, 15 . . . . . . . . . . 465

Twenty-first Sunday after Trinity.

LV. Confortamini in Domino. Eph. VI, 10 . . . . . . . . . . . . 473

Twenty-second Sunday after Trinity.

LVI. Confidimus in Domino. Phil. I, 6 . . . . . . . . . . . . . . 483

Twenty-third Sunday after Trinity.

LVII. Imitatores mei estote. Phil. III, 17 . . . . . . . . . . . . . 491

Twenty-fourth Sunday after Trinity.

LVIII. Non cessamus pro vobis orantes. Col. I, 9 . . . . . . . . . . . 502

Twenty-fifth Sunday after Trinity.

LIX. Ecce dies veniunt. Jerem. XXIII, 5 . . . . . . . . . . . . . 511

# TERTIA PARS.

## SERMO I.

Fol. 238[a]

*Hora est iam nos de somno surgere.* Ad Romanos XIII°, 11.

The N. T. epistles are of equal authority with the Gospel.

Omnes quatuordecim libri Apostoli et septem epistole canonice quatuor apostolorum, scilicet Jacobi, Petri, Johannis et Jude sunt paris auctoritatis cum evangelio, ymmo sunt ipsum evangelium, cum ex fide ex eodem spiritu sunt dictate.

Unde Apostolus sepe vocat epistolas suas *suum evangelium quod non accepit ab homine sed a Deo* (ut patet ad Gal. I°, 11). Sed sicut successio ecclesie deteriorando procedit, licet universalis et constans ecclesia melioratur continue usque ad diem iudicii, sic fides scripture est in evangelio patencior, in prioribus doctoribus postillantibus remissior, et in modernis expositoribus periculosior. Non enim acceptari debet glossa, nisi racioni consona fuerit vel scripture. In hac autem epistola Apostolus primo docet in generali peccatum prohibens a beatitudine expurgare, secundo adducit triplicem evidenciam ad hoc moventem et tercio specialius de sex peccatis specificatis. Tota autem ecclesia debet scire tamquam principium quod tempore gracie assistit hora viantibus de sompno peccati surgere.

Need of awakening from sin.

Patet autem ex sermone quod sompnus anime sit eius peccatum et eius vigilia preservacio a peccato, et dicitur quod hora est iam nos surgere a peccato, quia cum nos sumus *in quos fines seculorum devenerunt* (ut dicit Apostolus) et novissima hora est (ut dicit Evan-

1. In marg.: Dominica prima adventus Domini. 18. In marg.: 1. 19. In marg.: 2. 20. In marg.: 3. 23. Cod.: sompno peccato vid. pag. 2. l. 7. 8. 24. In marg.: Racio prima.

1. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 221—225. 28. I. Cor. X, 11.

gelista), propter parvitatem temporis debemus ad senteneiam istius principii festinare.

Nearness of the end, a reason for haste.

Secunda racio Apostoli ad idem est ita, de quanto adiutorium vel per se finis fuerit propinquior, de tanto mediacio debet esse acceleracior. Sed *nunc propior est nostra salus quam* in tempore ante incarnacionem, quando pure *credidimus*. Igitur cum tunc debuimus a sompno peccati surgere, sequitur per locum a maiori quod nunc deberemus pocius. Apostolus autem vere vocat totam successionem ecclesie militantis unam personam, que nunc debet sic facere et nunc sic, secundum variacionem circumstancie, sicut fecit de facto.

The meaning of 'Salvation'.

Minor autem argumenti varie intelligitur apud multos, ut quidam intelligunt per salutem Christum incarnatum qui *salutare* dicitur in lege veteri; ipse autem quoad incarnacionem tunc multum distitit, sed modo et preteriit et assistit; ideo vere dicitur quod *nunc est propior* quam tunc fuit. Alii dicunt quod salus est beatitudo hominis formaliter intellectus, et cum ianua celi modo aperta sit que ante ascensionem Domini fuit clausa et nos sumus nunc propinquiores diei iudicii, vere dicit Apostolus quod *nostra salus est modo propinquior* quam fuit in lege veteri. Et deduccio ex hoc patet quod finis delectabilis per se movens, cum sit propinquior, debet movere forcius, ideo cum salus nostra sit propinquior aut clarior quam fuit in lege veteri, debet movere forcius et per consequens viator esse ad istum finem festinacior et ad movendum prohibens sollicicior; nam motus naturalis secundum naturales velocitatur in fine.

Increased facilities a ground for urgency.

Tercia racio Apostoli stat in isto: Viator secundum quod habet a Deo circumstancias plus facilitantes ad beatitudinem debet ad querendum eam festinancius laborare, sed iam instante tempore gracie habemus iuvamen multiplicius plus obligans nos ad festinancius merendum beatitudinem quam in lege veteri, igitur hoc debemus; tunc enim fuit *nox* quia obscuritas in figuris videndi solem iusticie, sed in tempore nostro ille sol qui est *dies* habens horas duodecim *appropinquavit* per incarnacionem. Cum igitur contingit hominem viare prompcius in claro die quam nocte, patet quod in

3. In marg.: Secunda racio. 10. Cod.: p̄ām. 30. In marg.: Racio tercia. 32. Cod.: quirendum.

5, 22. Rom. XIII, 11.

tempore legis gracie debemus prompcius et velocius quam in lege veteri ad beatitudinem properare. Unde alludendo isti sentencie dicitur apud Ebreos quod dies incipit a vespere, quia Gen. I°, 4 scribitur: *Factum est vespere et mane dies unus.* Duplex enim est generacio humani generis, primo naturalis includens omnes homines, et illa cepit a vespere vel tenebra peccatorum, cuius generacionis principium est primus Adam. Sed secunda generacio est supernaturalis que incepit a Christo tamquam eius principio, et ille, cum sit per se sol iusticie, necessario est lux vel mane, ideo vocando diem cursum nostre viacionis signanter dicitur quod nostra dies in lege gracie virtute secundi Adam incipit econtra a mane. Ex ista triplici racione sic concludit Apostolus: *Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis.*

Opera autem tenebrarum sunt opera peccatorum que sunt istius condicionis, quod eo ipso quo unum affuerit plurima comitentur, et dicuntur tenebre, quia tenebrant et fatuant intellectum et quia ducunt subiectum ad duplices tenebras infernales; que quia sunt extra hominem, vocantur a Christo *tenebre exteriores.* *Arma lucis* sunt virtutes condicionis opposite ad peccata; inducunt enim subiectum ad salutem vere intelligencie intellectus et Fol. 238b ducunt finaliter | ad lucem duplicem beatitudinis, scilicet lucem corporalem celestem et lucem inaccessibilem Trinitatis. Licet autem peccata sese comitentur ut virtutes, verumptamen virtutes exsuperant, sicut exercitus bonorum angelorum exsuperat exercitum malorum; et ideo signanter Apostolus nude vocat opera peccati *opera tenebrarum,* sed superexcellentes virtutes vocat defensoria *arma lucis.* Peccata enim subiectum destruunt, non defendunt, sed virtutes defendunt a crimine, ab ipso dyabolo et a malo homine; cum virtuosum sit impossibile deteriorari ab aliquo horum trium, ideo signanter canit ecclesia: Virtues more powerful than sins.

*Nulla ei nocebit adversitas*
*Si nulla dominetur iniquitas.*

2. Cod.: propriare. 5. In marg. inf.:
Generacio humani generis duplex { naturalis / supernaturalis.
7. Cod.: vespera. 14. In marg.: Conclusio. 15. In marg.: *Abiciamus opera tenebrarum,* ad Rom. XIII. Opera tenebrarum abicienda sunt, cum sint carnalia et maculosa, ut patet in sordidis, cum sint penalia et laboriosa, ut patet in cupidis, et cum sint odibilia et maliciosa, ut patet in invidis. 21. Cod.: arma lucis induere sunt. 26. Cod.: committentur. 30. Cod.: sed sed. 32. In marg.: Nota.

4. Cf. Serm. vol. I, pag. 161. 15, 29. Ad Rom. XIII, 12.

Et ex isto concludit Apostolus correlarie quod *debemus ambulare honeste* in virtutibus tempore gracie, ut in die cuius racio est totum hoc tempus est dies solis iusticie, in quo die ab ipso relucet lumen gracie.

Shamefulness of sin.

Et patet turpis enormitas peccatorum non solum Deo et angelis sed eciam ipsis hominibus. Sicut enim Christus induxit nobis virtutum noticiam, sic cum oppositorum eadem sit disciplina, induxit eciam noticiam viciorum. Plus ergo in tempore legis gracie discernunt viantes de viciis quam tempore veteris testamenti. Ex quo colligitur quod turpius foret viantes ambulare in monstruositate peccati tempore lucis atque percepcionis talis turpitudinis quam fuit ambulare in nocte ante tempus gracie, quando turpitudo peccati a conviantibus non adeo est percepta. Et hec racio quare in nocte peccati et ignorancie predicta fuit plus tediosum spiritum surgere quam est modo; nam in luce potest surgens paracius arripere ornamenta; nec sufficit surgere de lecto peccaminum sed oportet superaddite in virtutibus ambulare, nam per ocium forent vestimenta surgencium viciis inquinata; ideo signanter dicit Sanctus Spiritus in suo Apostolo: *Sicut in die* non stemus nec retrocedamus sed *honeste ambulemus*. Et inde tercio duplicat

Three classes of sins;

1. drunkenness;

Apostolus tria genera coinquinancium peccatorum. Mos enim philosophorum est a generaliori ad speciale descendere: *Non*, inquit, *ambulemus in commessacionibus et ebrietatibus*. Commessaciones secundum quosdam sunt communes esus gulosorum et frequentes in conviviis sumptuosis. Unde Prov. XXIII°, 20: *Noli esse in conviviis potatorum nec in commessacionibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt*. Unde secundum quosdam commessacio est, quando unus affert panem et alius potum, ut sic se plus laute ingurgitent vel secundum Haymonem *commessacio per vices*. Tales autem commessaciones communiter comitatur ebrietas que est mater plurium viciorum. Unde secundum quosdam ebrietas dicitur a

1. In marg.: Corrolarium. 25. In marg.: Primum. 26. Nota sex hic prohibita, quia tria iuga peccatorum. 29. Cod.: Prov. XXI. Correxi ; ib. in marg.: Commessacio. 34. In marg.: Ebrietas.

26. Ad Rom. XIII, 13. 33. Haymonis episcopi Halberstadensis in divi Pauli epistolas omnes interpretatio. Ad Rom. Cap. XIII: Commessatio dicitur mensae collatio sive mensae alternatio. Sunt enim convivia que celebrantur alternatim, et preparantur a sociis per dies et vices (Ed. Colon. ann. 1529).

*bria* que est mensura vel calix potacioni aptus; unde ebrius dicitur quasi *extra briam* positus vel mensuram. Unde Apostolus (ad Galatas V°, 21) nominat ebrietatem inter opera carnis a fidelibus detestanda. Nec mirum quia Christus (Luce XXI°, 34) precipit: *Videte ne graventur corda vestra crapula et ebrietate.*

2. wantonness;

Secundum iugum peccatorum quod prohibet Apostolus est vicia carnis ex priori iugo pululancia: *Non,* inquit, *in cubilibus et impudiciciis.* Cubile autem proprie ferarum; qui autem voluptuose et inordinate dormiunt sunt ut fere, et ex tali dormicione cum iugo predicto proveniunt impudicicie omnifarie, ut patet de beato Loth (Genes. XIX°). Et sic de omni alio modo luxurie. Quies enim et dormicio sunt stimulus specialiter ebriis ad luxuriam. Ideo dicit Apostolus: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria* (Ad Eph. V°, 18).

3. strife.

Tercium autem iugum quod prohibet Apostolus est peccata spiritualia ex predictis pululancia, sed gravissima horum trium: *Non,* inquit, *in contencione et emulacione;* tumultuosa enim est ebrietas et facile in contencionem prorumpit, ut litiget et ex conviviis ac dictis operibus carnis procedit invidia et specialiter ex conviviis contendencium. Sed relictis istis sex viciis debent christiani induere dominum Jesum Christum, non porcum, canem vel leonem qui in passionibus predictis conveniunt. Christum autem induit qui in moribus ipsum sequitur, quia cum induit virtutem (et Christus est Dei virtus ac Dei sapiencia), oportet sic virtuosum Christum induere. Virtus enim est vestis anime et domus vel turris in qua virtuosus habitualiter se includit.

Various uses of the word 'sin':

1. for the person in whom it is.

Pertinenter ad hoc evangelium est notandum propter contenciosas instancias sophistarum quod peccatum (sicut alia nomina in predicacione) secundum causam sepe accipitur pro subiecto peccante, ymmo pro subiecto quod est hostia pro peccato. Unde II Cor. V°, 21 dicit Apostolus quod *eum,* hoc est, *Christum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit* Deus pater.

4. carnis; sequitur lacuna. 7. In marg.: Secundum. 9. Cubile in marg.; ib. proprie; scil. habetur. 14. stimilis in cod. 17. In marg.: Tercium. 24. Christum dominum; dominum extinct. 25. Cod.: carnem. 26. Cod.: conveniuntur. 32. In marg.: Nota quod peccatum accipitur tripliciter. 34. In marg.: 1.

5, 19. Ad Rom. XIII, 13.

2. for the vicious act or habit; 3. for defect, the lack of good.

Secundo modo accipitur peccatum pro actu, pro habitu vel opere vicioso, ut sepe loquuntur doctores conformiter cum scriptura. Sed tercio peccatum accipitur magis formaliter vel abstracte pro defectu in moribus qui non est actus vel habitus aut ens aliquod decem | generum, (Fol. 238c) et *illum defectum* dicit Augustinus *non habere causam efficientem sed deficientem*, ymmo sicut loquendo de divinitate termini desunt philosophis, sic loquendo de hoc peccato sic intellecto est philosophis atque logicis nimis magna penuria terminorum. Augustinus autem super Johannem videtur dicere quod *ipsum peccatum sit nichil* et sic exponere istud (Joh. I°, 3): *Sine ipso factum est nichil.* Peccatum autem oportet concedere modo suo fieri, cum (Johannis VIII°, 34) dicit Veritas: *Omnis qui facit peccatum servus est peccati.* Unde (ut placet quibusdam) peccatum est condicionis istius quod facit subiectum suum deterius quam foret ipso adnichilato per impossibile, quia secundum subiectum non ut peccans est creatura vel aliquid, eo quod si foret ut sic aliquid, foret ut magis peccans plus aliquid, quod est contradiccio. Ideo certum est quod subiectum non ut peccans est aliquid, aliquantum, aliquale vel aliquod aliorum encium, sed verum est quod, ut peccat, deficit, vagatur ab ordine creature; negative non ut peccat, causatur, conservatur vel amatur a Deo; ideo superfluum est tractare de peccati huiusmodi quiditate, sed consequenter cum narratur eius quiditas sive proprietas, equivocare oportet de nomine.

Sin is not a deprivation.

Aliter eodem nomine loquimur de creatis, unde peccatum illud non est privacio, cum manifestum sit hominem peccantem privari gracia, et ad istam equivocacionem triplicem de peccato oportet fidelem notare, quando communicat cum sophistis, ymmo communicando cum grammaticis oportet notare quod deficere sit verbum neutrum, ita quod deficere nec sit accio nec passio ut privari, quia tunc sibi posset inesse ut sic iusticia, cum quamcunque accionem aut passionem philosophus vocaverit, potest ipsa iuste fieri vel recipi.

1. In marg.: 2. 3. In marg.: 3. 7. Cod.: sic; Correxi. 11. In marg.: Augustinus. 30. mān in cod. = maū. 35. Cod.: difficere.

6. S. Augustini Sermo XXIII, 9 Opp. tom. V, 120. 10. S. Aug. In Joh. Ev. cap. I, Tract. I. Opp. tom. III, 2, 294. Cf. Trial., pag. 140. 35. Cf. Trial. 141.

*It is without principle or aim.*

Ideo sicut omnis caritas incipit a se ipsa, quia a Deo qui est gradus excellentissimus caritatis, et inferatur a nobis merentibus, sic omne peccatum absolute incipit a se ipso, cum non habet prius principium a quo effective procedat, ideo oportet quod effectus in moribus sit verbum absolutum vel neutrum, cum sic deficere neque sit agere neque pati. Hoc autem deficere habet causam materialem vel subiectantem, non autem causam formalem efficientem vel finalem, sed ipsummet est deformitas et deficiens sine fine. Et patet quod peccatum sic dictum loquendo modo quo balbuciendo loqui possumus est defectus in moribus, et hec racio quare describentes peccatum vel loquentes de ipso loquuntur ad secundum sensum, ut peccatum est actus, habitus vel opus viciosum vel inordinatum voluntati Dei contrarium; et tale est accio, quantitas vel aliud opus factum cui per accidens inest esse peccatum, quia per illam maledictam deficienciam que est nichil.

*Yet we have to speak of it as the act or relation in which the defect is.*

*Reasons for avoiding sin:*

*1. It pleases the devil.*

Loquendo autem de peccato modo quo possumus dicit pertinenter cum aliis quod peccatum vitari debet triplici racione, primo quia demonibus summe placet, Deo summe displicet, homini vero summe nocet. Primum patet ex hoc quod diabolus instantissime movet homines ad peccandum. Illud autem ad quod movet instancius est sibi delectabilius. Cum igitur quiete sine revocacionis possibilitate sit ipse peccator atque diabolus per peccatum, patet quod peccatum sibi placeat eciam supra Deum. Et hec est racio sue finalis obstinacie qua peccat in Spiritum Sanctum. Si enim haberet racionem quare sic faceret, non propter hoc indubie dampnaretur.

*2. It is most displeasing to God;*

Quoad secundum, scilicet quod peccatum summe Deo displiceat, ex hoc patet quod ipsum est primo enti summe oppositum, nec potest diabolus vel creatura aliqua displicere Deo nisi de quanto peccat. Peccatum ergo plus Deo displicet quam aliqua creatura, cum secundum philosophos per se causa quicquam denominans magis aut prius habet illam denominacionem quam suum denominatum posterius. Cum ergo nec diabolus nec aliqua creatura sit per se Deo odibilis ut peccatum, sequitur quod ipsum peccatum sit prin-

2. inferatur (sic); cod. inffra[s]. 3. In marg.: Nota quod omne peccatum incipit a se ipso. 4. In marg.: Nota. 10. In marg.: Quid est peccatum. 20. In marg.: Quod debemus vitare peccata, patet racione triplici. 22. In marg.: 1. 25. Cod.: dilectabilius. 31. In marg.: 2, a. 34. In marg.: Nota tria.

cipalius magis malum. Unde Sap. XI°, 25: *Nihil odisti eorum que fecisti*, quod intelligendum est nisi propter peccatum quod Deus non fecit.

and that in itself, and absolutely,

Item, omnis creatura potest placere Deo sine displicencia, ergo quod Deus odiat aliquam creaturam vel quod ipsa sibi displiceat est solum per accidens. Cum ergo omne per accidens est reducibile ad aliquod per se, sequitur quod displicencia ipsa vel odium sit reducibile ad aliquod per se Deo displicibile quod non potest fingi nisi peccatum. Ipsum enim non potest reconciliari Deo ex sua potencia absoluta, sed quicunque diabolus vel peccator, cum potest non peccasse (ut quondam potuit), potest beatificari et a Deo diligi et beatitudine sine odio; peccatum autem non potest beatificari beatitudine nec celum intrare, cum Deus non habet ita specialem amicum in mundo vel beatitudine quin reperto in ipso crimine statim ipsum expelleret nisi resipuerit et dampnacione perpetua cruciaret.

and because it is the cause of Christ's crucifixion.

Item, proporcionabiliter ut aliquid est magis malum est magis Deo odibile, sed peccatum est maxime ma-| Fol. 238d lum, quia malicia in abstracto, ergo est maxime Deo odibile. In cuius signum Deus pater ordinavit cum peccato filium proprium crucifigi iuxta illud (Isaie LIII°, 8): *Propter scelus populi mei percussi eum.* Illud ergo Deus odit maxime propter quod destruendum filium dilectissimum crucifigit. Unde si tale peccatum foret aliquid positivum, christianus non evaderet sentenciam Manicheorum, quin ipsum sit deus malus, Deo bono contrarius, et sibi in virtute ac potencia coeternus. Deus autem bonus non potest ipsum peccatum inpenitencie finalis destruere; peccatum eciam habet leges suas contra quas Deus bonus non poterit dispensare, ipsum peccatum propter suam eminenciam non plus Deo bono poterit obedire quam ipse sibi. Non ergo mirum si ipsum sit Deo bono summe odibile.

3. It is most hurtful to man.

Quoad tercium, scilicet quod peccatum summe noceat suo subiecto, facile est videre, eo quod impossibile est quicquam dampnificare hominem nisi fuerit peccatum proprium vel per ipsum, ergo peccatum maxime et per se nocet homini. Si ergo peccatum foret aliquid, pertinenter sibi dici poterit quod est summe ingratum,

1. In marg.: b. 13. Cod.: beatitudinem. 19. In marg.: c.
23. Cod.: LII. Correxi. 36. In marg.: 3.

quia subiectum proprium et primam causam eius efficientem tantum dampnificat. Nam de lege Dei invincibili si caveat homo sic ab hoc hoste sive dampno, potest secure incedere; unde Eccl. VIII°, 5: *Qui custodit mandatum non experietur quicquam mali*, et Isaie III°, 10: *Dicite iusto quia bene*, et ad Rom. VIII°, 28: Scimus quoniam *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Observet igitur fidelis Dei boni iusticiam et nec diabolus nec hostis alius positivus cum hoc sibi nocere poterit, sed de quanto cum hoc ad nocendum laborant attencius, de tanto per accidens magis prosunt. Benedictus igitur sit Dominus veritatis, quia si falsitas vel peccatum foret aliquid in abstracto, foret potencius Deo nostro; aufert enim a subiecto suo vel saltem inficit omnia bona sua. Quamvis enim peccatum non possit auferre a subiecto suo bona naturalia que participative capit a Deo bono nec possit privare ipsum a Dei causancia, rapit tamen ab eo graciosam assistenciam et inexistenciam et valorem cunctorum suorum operum quantum ad graciam promerendum.

## SERMO II.

*Quecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt.* Ad Rom. XV°, 4.

The final conclusion of this epistle is the observance of charity.

Ista epistola sicut quelibet scripture particula docet tamquam conclusionem finalem observanciam caritatis. Est enim scriptura ut speculum in cuius qualibet parte continuata cum altera potest homo videre Trinitatem, se ipsum et viam per quam in ipsam tenderet. Apostolus ergo inprimis expurgans errores circa scripture particulas sic orditur: *Quecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt;* ubi notum est quod loquitur de scriptis universaliter tam novo quam veteri testamento; ipsa enim cum scribuntur in libro vite scriptura eterna automatice erunt scripta; ideo solum pro illis fit distribucio accomoda; aliqui enim contempnebant unam partem legis veteris et aliqui aliam, et sic de Judeis solum acceptantibus legem veterem et reprobantibus legem novam. Sed ulterius notandum per intellectum

15, 16. Cod.: aufere a peccato a subiecto. 21. In marg.: Dominica secunda. 32. Cod.: ipām. 33. Cod.: scrip^ta^. 35, 36. Cod.: aliquid.

21. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold II, pag. 225—228.

istius termini *'nostram'* quod mos est scripture vocare quamcunque partem ecclesie succedentem a mundi principio usque in finem et omnes illam salvandas unam personam, cuius unam partem scriptura docet mediate vel immediate et aliam partem scriptura instruit secundum partem eius disparem. Et sic totum hoc genus varie doctrina istius scripture participat. Finis autem huius participii est ut *per pacienciam et consolacionem scripturarum spem habeamus.* Docet scriptura et specialiter in Christo quomodo hec tota persona propter retribucionem premii debet pati. Christus enim licet omnipotens ad sui beatitudinem omne genus obprobrii fuit passus, et cum ex fide huius scripture consolati sumus quod in nulla eius parte potest a veritate deficere, spes super hoc fundamentum erigitur.

Faith is the foundation,

Cum autem spes sit certa expectacio future beatitudinis ex gracia et meritis proveniens, paciencia autem meritoria ex scriptura non potest ab istis deficere, patet quam secure ex ista paciencia spes debet erigi; et cum sit facillimum ac securissimum virtuosum sic pati, sed difficile ac periculosum hominem rebellare, patet quam presumptiva temptacio est pacienciam istam dimittere. Et ista racio convinceret clericos contendentes, seculares suos proximos debellantes et generaliter quoscunque tribulacionem vie pusillanimiter formidantes. Ideo docet Christus (Luce XXI°, 19): *In paciencia,* inquit, *vestra possidebitis animas vestras.*

on which is built Hope, the walls,

Sed secundo supposito hoc fundamento cum suis parietibus orat Apostolus et docet quod super hac fabrica caritas debet erigi. *Deus,* inquit, *paciencie et solacii det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum et patrem domini nostri Jesu Christi.* In quo textu Apostolus pro ecclesia orat devotissime et subtilissime ipsam docet. Deus autem est auctor paciencie, cum ipsam tantum approbat et auget et in fine premiat, ideo *Deus solacii;* sicut | enim auget pacienciam in adversis, sic post tribulacionem consolatur et premiat. Oracio autem Apostoli tendit ut ecclesia id ipsum sapiat, quod indubie est ipsa divinitas que non potest quoad stabilitatem promissi, quoad retribucionem premii vel quoad

and on these rests Charity, the roof.

Fol. 239a

6. Cod.: disparemus. 18. Cod.: scripture. 39. Cod.: ad ipsum.

8. Ad Rom. XIII, 4. 30. Ad Rom. XV, 5, 6.

immutacionem propositi variari; ideo de ipso est vera sapiencia ultra scienciam, ideo nichil delectabilius viatori quam id ipsum sapere. Sicut enim secundum philosophos casus appetitus est manifestum mortis indicium, sic mors spiritualis est in ianuis illius qui non dormit; sapere id ipsum quidem est cibus anime sine cuius pastu delectabili oportet inevitabiliter ipsam mori, quod si hac trinitate pascitur ipsa ecclesia, patet quod vivit unanimiter hac triplicitate concordi. Primo erunt homines in corde *unanimes*, si sapiunt id ipsum, secundo erunt in voce *unius oris*, quia omnes idem os unius eiusdem persone, et tercio debent in opere *honorificare Deum patrem* ad quem originatur tota universitatis ecclesie variacio et terminatur.

Without charity we cannot truly know God.

Christus autem secundum humanitatem est mediator Dei et hominum, ideo propter istam mediacionem et istam fontalem originacionem geminatur *Deus pater domini nostri Jesu Christi.* Qui enim recte sapit de Deo debet ipsum in qualibet multitudine universitatis tendere ut ad centrum, et qui non sapit regulam caritatis non noscit sapide Trinitatem; in animo quidem est fides, quia *corde creditur ad iusticiam, in ore confessio* (ut patet Rom. X°, 10), sed in honorificencia operacio, quia *fides sine operibus mortua est.* Et hinc dicit Christus (Matthei VII°, 21): *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est.* Et ex istis tercio infertur quomodo membra ecclesie debent inniti unitati que est vinculum caritatis. Et ideo dicit Apostolus: *Propter quod suscipite invicem sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei,* hoc est (propter has duas premissas *suscipite invicem)* provocancia ad caritatem, cum sitis fratres tante unitatis, et debetis moveri ad hoc ex imitacione Christi que est frater et pater noster et suscepit nos in curam per assumpcionem humanitatis que est communis Judeis et gentibus. Ille enim est maximus honor possibilis fieri homini a Deo. Ideo signanter dicit textus: *Suscipite invicem sicut et Christus suscepit vos in*

3 Cod.: ad ipsum. 4. Cod.: appetus. 6. Cod.: sapide in. 14. Cod.: termiams. 27. Cod.: est deest. 30. In marg. sup.: *Suscipite invicem* ad Rom. III° (!). Suscipere debemus invicem, ut diligamus invicem in visceribus caritatis, ut subveniamus invicem in operibus pietatis et ut condoleamus invicem in temporibus adversitatis. 32. Cod.: scitis.

24. Jac. II, 20, 26. 30. Ad Rom. XV, 7.

*honorem Dei.* Christus enim (quantum ex parte sui est) suscepit medium per quod quelibet persona hominis potest uniri Christo; non ergo debent membra irritare se invicem sed ad Christum capitis reducere se ad unitatem. Christus enim nedum infirmos in fide sed mortuos infidelitate suscepit et traxit ad unitatem. Et istam caritativam unitatem docent exempla quotlibet in natura, ut quelibet pars contenta in concentricitate quasi tocius naturaliter quietatur, ubi ipsa discontinuata ad concentricitatem sui integri niteretur; sic moraliter boni communis affeccio debet affeccionem cuiuscunque membri ecclesie superare. Et eadem est consideracio Apostoli (Cor. XII°) quomodo membra humani corporis mutuo se iuvant in suis officiis et sine repugnancia intendunt salutem tocius corporis.

Christ is the love that joins all His members in one.

Christus autem sicut est caput tocius corporis ecclesie quoad humanitatem, sic est caritas conglutinans omnia eius membra ad invicem quoad divinitatem. Nec dubium quin viando sine personarum accepcione servivit ac profecit cuicunque membro ecclesie; unde papa qui debet esse caritativior, debet esse ecclesie servicior.

He ministered in order, first to the Jews,

Verumptamen sicut secundum diversum gradum capacitatis unumquodque membrum iuvat reliquum, sic Christus ordinate ministravit ecclesie. Ideo dicit Apostolus: *Dico autem Jesum Christum ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas promissiones patrum.* Sicut enim cor iuvat atque vivificat ordinate cuncta membra sui corporis, sic Christus ministravit circumcisis prius de spirituali alimento vitali propter promissiones factas suis fratribus et ministravit ordinatissime aliis consequenter. Ideo vere dicit (Matthei XV°, 24): *Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israel.* Sed capacibus spiritualiter pastis et incapacibus reprobatis pascit per ordinem per apostolos, ut organa, omnes gentes (ut patet Luce ultimo et Matthei ultimo), et sic duplici vinculo, scilicet cognacione et promissione, Christus obligatus fuerat circumcisis.

then, in even greater grace, to the Gentiles.

*Gentes autem,* dicit Apostolus, *honorare Deum super misericordia* maiori quam eis impenderat (non enim erant de Christi cognacione humanitatis), nec patribus

4. capitis in cod. recte: caput. 8. Cod.: contente. 26. Cod.: confirmandos. 37. Cod.: circumsisis.

25. Ad Rom. XV, 8. 38. ib. 9.

eorum tam expresse promisit hereditatem celestem, ut Abrahe, David et ceteris patriarchis; ideo cum dat eis hereditatem copiosius, patet quod in eis relucet maior gracia, et per consequens debet ab eis retribui maior honor. Ideo dicit Apostolus quod *gentes debent super misericordia honorare Deum.*

Is there respect of persons in Christ?

Sed dubitatur dupliciter, primo quomodo non est personarum accepcio apud Christum, cum ipse propter cognacionem carnalem acceptat principalius fratres suos et cum (Matth. XII°, 50) expulsa cognacione carnali generaliter dicit Christus *quicunque* | (Fol. 239b) *fecerit voluntatem Patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror et mater est.*

Sed hic oportet considerare radicitus quod principium salvacionis vel exaltacionis hominum sine personarum accepcione est in Deo; ideo dicit Apostolus (Rom. IX°, 18) quod *Deus cuius vult miseretur*, sed presupposita ordinacione eterna Deus dignius electos magis dignificat et per consequens sine personarum accepcione plus eos premiat. Nec video quod carnalis cognacio Christi sit per se causa unde Christus copiosius beneficiet; ideo quamvis ista sese quandoque comitentur, non audeo adhuc dicere quod carnalis cognacio exaltacionis huiusmodi fuit causa.

Was the promise of Christ made to the Jews more than to the Gentiles.

Sed secundo dubitatur utrum promissio Christi fuit facta specialius Judeis quam gentibus, et videtur quod non, quia verbum Dei et factum suum sibi mutue correspondent. Cum ergo Christus fecit graciosius cum gentibus quam Judeis, videtur quod signancius hoc promisit. Et confirmatur difficultas ex hoc quod quante Christus premiavit aliquem, tam graciose et misericorditer ei fecit. Sed Christus plus premiavit gentes quam Judeos, ergo magis misericorditer eis fecit. Non enim tot Judeos vocavit tempore legis gracie quot gentes vocavit, et per consequens cum gentibus plus communicavit suam graciam quam Judeis.

God may shew His mercy in degree of grace or in multitude of the graced.

Hic dicitur quod, sicut magnitudo beneficiencie divine potest considerari dupliciter, scilicet quoad excellenciam gracie in persona vel quoad excessum multitudinis in natura, sic est de promissione et gracia senciendum. Quidam enim reputant probabiliter quod minor numerus

7. In marg.: Dubium primum. 14. In marg.: Responsio. 16. Cod.: excepcione. 17. Cod.: cui vult. 25. Dubium secundum. 27. In marg.: 1. 31. In marg.: 2. 32. Cod.: sibi. 37. In marg.: Responsio.

To the Jews it was shewn in degree,

de Judeis quam gentibus est salvandus, verum tamen secundum gradum alciorem ac digniorem, cum mater Domini, eius discipuli et Baptista creduntur intensius beatificari quam totidem de vocatis gentibus; et cum pure misericorditer et graciose Deus beatificavit utrosque, videtur probabile quod Deus graciosius beatificavit Judeos quoad intencionem beatitudinis personarum. Et sic vocavit eos distinccius, quidquid beatitudinis eis contulit, fuit totaliter graciosum atque misericors.

to the Gentiles in multitude.

Si autem gentes vocavit copiosius (ut probabiliter reputatur), tunc quoad multitudinem cum eis fecit misericordius. Et ideo Apostolus notat quatuor loca scripture in quibus gentes a Deo misericorditer sunt vocate. Primus est illud (Psalmi XVII°, 50): *Propterea confitebor tibi in gentibus Domine et nomini tuo cantabo;* ubi propheta in persona Christi loquitur Deo patri quod faciet gentes organa sua ad confitendum Patri et cantabit copiosius suo nomini quia verbo Dei. *Et iterum* secundo *dicit* (Isaie XXV°, 1): *Letamini gentes cum plebe*; ubi translacio nostra habet *letabitur deserta* et in rectitudinem morum. Ipsa autem letabitur, cum fuerit conversa ad Dominum. Et iterum tercio (Psalmo CXVI°, 1): *Laudate omnes gentes Dominum, magnificate eum omnes populi.* Quamvis autem singule gentes tenentur et habent necessitatem laudandi Dominum, tamen omnia genera gencium secundum gratitudinem ad genus earum tenentur specialiter laudare Christum. Exhinc enim omnes populi tenentur magnificare dominum Jesum Christum. Quarto et ultimo scribitur Isaie XI°, 10: *Erit radix Jesse et qui exsurget regere gentes, in eum gentes sperabunt.* Nam Messias secundum divinitatem fuit radix Jesse et secundum humanitatem resurrexit a mortuis ad regendum spiritualiter gentes et in eum diverse gentes tamquam fructificantem stipitem speraverunt, et sic factus est libamen plurium insularum (Jesse enim interpretatur insule libamen). Radix enim de terra excisa et in terra iterum recondita multorum raminiculorum emittit propagines, et sic spiritualiter est de Christo descendente de gentibus. In ipsum enim gentes sperabunt tamquam radicem fidei germinantem. Nam (ut Matthei I°, 5 dicitur) *Booz*

12. Recte: locos. 18, 19. Cod.: et certum secundo. 19. Recte Is. XXXV, 1. 33. Cod.: genus.

14, 19, 23, 29. Ad Rom. XV, 9, 10, 11, 12

*genuit Obeth ex Ruth*, ex qua Moabitide et gentili Christus descenderat. Ex istis colligit Apostolus tamquam oracionem finalem porrigendam gentibus et Romanis: *Deus autem spei repleat vos cum gaudio et pace in credendo, ut habundetis in spe et virtute Spiritus Sancti.*

Why Christ is called the God of Hope.

Christus autem vocatur *Deus spei*, quia fundat et auget spem in ipsum credencium. Ipse autem replet gentes cum gaudio, cum dat eis plenitudinem tam gaudii corporalis quam spiritualis in via, et sic de pace removenda superbam contencionem, cuius fundamentum est fides credendi in ipsum, ut ex illa fide formata habundent in spe quadruplici tamquam pariete domus in altum erecte, cuius paries orientalis est spes predestinacionis ad beatitudinem, paries occidentalis est spes cibacionis novissime, erecta in homine prope mortem, paries borealis est spes evadendi dampnacionem in finali iudicio, sed paries australis est spes perfruendi leticia sempiterna in Christo: Nam Cant. IV°, 16 scribitur: *Surge aquila, veni Auster et perfla ortum meum et fluent* | Fol. 239c *aromata illius.* Iste ergo est paries quadruplex domus fidelium, primo quod sperent suam predestinacionem, secundo quod sperent suam perpetuam cibacionem. Tunc enim fideles habundant in spe, quando quatuor parietes ex fundamento fidei formate alcius eriguntur. Virtus autem Spiritus Sancti que nunquam excidit est caritas tegens et consummans in viantibus istam domum.

Fourfold hope, 1. of predestination, 2. of the heavenly feast, 3. of avoiding damnation, 4. of eternal happiness.

Circa istam sentenciam est notandum quod iste tres partes spiritualis domus, scilicet fides, spes, caritas sophisticantur multipliciter et ad sua opposita nominantur. Quidam enim fideles in vita et opere dicunt se habere fidem de Christo et cunctis articulis, et tamen hec *fides* ut *mortua* non in bonis fructificat, ideo notarent illud dictum Jacobi II: *Demones credunt et contremiscunt;* tolerabilius quidem foret illis nunquam sic informiter credidisse; ideo habitus eorum pocius foret dicendus perfidia. De spe autem non dubium quin viventes sic perfide non sperant virtualiter sed desperant cum proposito divino contrarii tamquam falsi famuli expectant sine fructu meriti bonum gaudii sine fundacione, quod blasphema desperacio potest dici.

Uselessness of dead faith; of false hope,

10. Rectius: removente. 13. Cod.: erecta. 18. Cod.: IV, 16 deest. 20. Cod.: quadriplex. 36. Cod.: De sepe.

3—5. Rom. XV, 13. 33. Jacobi II, 19.

and false charity.

Caritas autem recipit sophisticacionem multiplicem, cum nimis multi attendunt ad unum bonum opus suum de genere et ex illo convincunt se comprehendere caritatem. Notarent autem condiciones sedecim caritatis quas explicat Apostolus I$^{a}$. Cor. XIII$^{o}$ et cognoscerent quod eo ipso quod aliqua earum defuerit non est caritas sed fallacis amoris duplicitas. Et sic ex sophisticacione diaboli sunt multe domus spirituales viancium ruinose. Oportet ergo viatorem ad reprobacionem huius spiritualis domus in via studiose attendere ad sua opera virtuosa et in speculo scripture rectitudinem eorum perficere ne declinent.

## SERMO III.

*Sic nos existimet homo ut ministros Christi.* I.Cor.IV$^{o}$,1.

This passage specially addressed to the clergy.

Quamvis autem sentencia istius epistole dirigi possit ad singulos viatores, specialius tamen et pertinencius ad ecclesie clericos, presbyteros et prelatos. Debent autem ipsi primo intendere, ut ecclesia capiat ex sua vita et opere manifestam evidenciam, quod sint speciales ministri Christi et superiora eius ministeria dispensantes, cuiusmodi sunt evangelizaciones, devote oraciones et sacramentorum collaciones. Si autem contraria insit illis, tunc manifeste populus debet estimare eos esse ministros diaboli. Numquid credimus sit hodie evidencia maior populo existimare superiores esse ministros diaboli? dimitto vestes et ornamenta corporis et vado ad opera que debent esse manifestiora indicia caritatis. Nam nostri principes et seculare brachium non laborant ad stabiliendum cleri ecclesiam conformiter legi Christi, sed potentes indubie ex parte diaboli nituntur ipsos trahere ad mundanum officium et hinc ipsos ditare de Christi patrimonio contra ipsum. Numquid credimus sic opus caritatis in veste ferrea super equum validum currere contra proximum cum acuta lancea ubicunque

Princes seduce the clergy from Christ's laws.

13. In marg.: Dominica tercia. 13. In marg. sup.: Nota. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi ei dispensatores ministeriorum Dei* I ad Cor. IV. Hic sunt tria consideranda: necessitas fame redolentis, ut vivamus irreprehensibiliter, ibi: *sic nos existimet homo,* humilitas rite servientis, ut obediamus humiliter, ibi: *ut ministros Christi,* fidelitas discrete dispensantis, ut dispensemus fideliter, ibi: *et dispensatores ministeriorum Dei.*

13. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 228—231.
14. The same in the Prayer-book; in the Roman missal this epistle and that for the next Sunday change places (Arnold).

possit eum nocivius vulnerare? Et tamen examinati ad partes necessitati sunt concedere quod hoc faciunt ex vinculo caritatis. Concedunt enim (ut debent) quod amant quoscunque proximos suos in caritate, et sic ut inimici eorum quos amant noceant minus ecclesie vel ut minus sicut dampnati sic puniunt, et descendendo a papa usque ad episcopos nedum non prohibent ista fieri sed in causa et persona propria sic laborant. Numquid credimus estimandum est officium sacerdotis Christi sic pugnare pro stercore temporalium et sic intendere loricatum? *Evil of fighting priests.* nam virtute et auctoritate Christi prophetatur (Isaie II°, 4) de brachio seculari quod *conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces.* Quomodo ergo surrepsit lex antichristiva summe Christo contraria quod vocantes se sacerdotes Christi precipuos tamquam alter loricatus Goliath sic pugnabunt? indubie nedum seculare brachium paganissimus hoc horreret. Quomodo ergo tales forent dispensatores trium predictorum ministeriorum Dei? *They are unfit to preach,* non dubium quin sint dispensatores precipui venenorum diaboli. Quomodo (queso) tales pugnantes prelati eciamsi haberent noticiam evangelizandi (quod rare evenit), devote predicarent evangelium ad utilitatem populi, cum sint in opere (cui plus credi debet quam verbis) tantum sibi ipsis contrarii. Idem enim esset evangelium per ipsos mittere et nectar per fistulam venenosam transfundere. Et quantum ad oraciones vel mediaciones ad Deum pro populo, *to pray,* idem foret talem prelatum ministerium istud presumere et Deum tam contra mittentem quam missum | (Fol. 239a) in furorem vertere ut sentenciat beatus Gregorius. Et quantum ad sacramentorum ministracionem, *or to minister the sacraments.* patet quod idem foret prelatum talem sacramenta ecclesie ministrare et Belial habens manus nedum plenas sanguine sed veneno letifero distillante sacramenta subiectis porrigere. Numquid credimus dispensatores tam celestis thesauri immiscentes cum hoc tanta venena diaboli esse Dei et sui populi proditores? quod si non dispensant thesaurum celestem sed pure thesaurum diaboli, non evadent quin tunc sint dispensatores pessimi legis Christi et utrobique involvunt

9. Cod.: Notandum credimus. 12. Cod.: Isaie Io. 14. Cod.: surrepcit. 17. Recte: sed et paganismus. 23. Cod.: opero. 26. Cod.: transcindere. 34. Cod.: perigere.

30. S. Gregorii, Regulae pastoralis P. I. c. X, vol. II, 10 seq. Cf. Trialog., pag. 365.

tam se quam populum. Si enim fuisset temptacio Dei Christum a templi deambulatoriis descendisse (ut patet Matthei quarto), quanto magis est Dei temptacio quodcunque membrum ecclesie et specialiter prelatum cum hostibus sic pugnare? Maior autem Dei temptacio foret principes seculi super populum suum tales prelatos preficere, sed maxima et meridiana Dei temptacio foret tales prelatos nomen et officium istud assumere et Christi carismata populo ministrare.

Punishment of unfaithful stewards.

Sed acuendo racionem contra hoc peccatum per locum a maiori Paulus sic loquitur: *Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur*, ac si sic argueret: Hic in mundo inter dispensatores thesauri terreni domini exigitur sub pena gravi ut talis officiarius fideliter dispensare, ergo multo magis quoad celestem thesaurum infinitum pociorem, quoad dominum dominorum infinitum maiorem et quoad dispensacionem infinitum periculosiorem Deus iustissimus retribueret infideli dispensatori qualis prescribitur penam quamlibet graviorem.

People err in rash judgments as to prelates.

Sed quia contingit populum de talibus ministris temere iudicare, ideo subiungit Apostolus: *Mihi autem pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die.* Sicut enim tempore Apostoli erant ministrandi fatui de suis prelatis temere iudicantes, ut hii quod deberent esse incliti et non mundo pauperes et hii quod deberent immediate accepisse potestatem a Domino cum ipso continue conversantes, et sic de multis aliis erroribus de apostolicis seminatis, ita contingit hodie totum populum de prelatorum iudiciis oberrare, ut mundani dicunt quod oportet superiorem prelatum esse inclitum et sic mundo divitem, quia bonum utile de tali senciunt, et ita palliant quod licitum est prelatum talem pugnare pro patria, cum hoc sit iustum a David et sanctis ceteris exemplatum. Et hii dicunt quod, nisi prelatus potestatem a papa immediate habuerit, non licet sibi sacramentum vel speciale bonum aliud populo dispensare.

St. Paul cared only for God's judgment.

Sed quantum ad quodlibet tale iudicium, Apostolus parvipendit quod a subiectis taliter iudicetur, non expectat in hoc humanum sed divinum nec quietatur in

3. Cod.: quato magis. 41. Cod.: nec comme atur.

11. I ad Cor. IV, 2. 22. ib. 3.

suo iudicio, cum licet *non sibi ipsi conscius, tamen non in quantum sic iudicat iustificatur a Deo*, cum errans in consciencia posset decipi. Vocatur autem ab Apostolo dies in quo tractatur humanum negocium dies hominis, et concordat vulgaris locucio. Sed dies finalis iudicii, in quo tractabitur totaliter ad honorem Dei suum negocium vocatur ab Apostolo regulariter dies Domini. Dispensatores autem non debent aspirare ad honorem proprium pro bonis Domini que dispensant sed profiteri publice quod totus honor debet dari Domino cui ministrant et supposito quod sint fideles in suo officio sunt mercede propria finaliter premiandi. Et utinam nos sacerdotes Christi notaremus istam sentenciam quoad Christum; tunc enim patenter allideremus nostram superbiam et effoderemus Christo unite gloriam.

All honour is due to God.

Ex istis concludit Apostolus correlarie quod nulli viantes debent ante finale iudicium de talibus temere iudicare. Quamvis enim iudicium existimacionis debet inesse subiectis de idoneitate ministrorum ecclesie ex suis operibus atque vita, tamen oportet subditos prudenter istud iudicium moderare et omnino quod non diffiniant Dei consilium quod ignorant. Ideo sequitur in textu: *Itaque nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium, et tunc erit laus unicuique a Deo.* Judicium autem temerarium est sine revelacione diffinire quod talis dampnabitur, quod tunc erit dies iudicii, et sic de aliis que sunt apud Deum abscondita; sed iudicium discretum est illa que diffinit scriptura constanter ut fidem asserere, et patentibus operibus sui vel proximi contra mandatum Domini quod nisi resipuerit et satisfaciat in via dampnabitur. In finali autem iudicio patebit Dei iudicium de istis
Fol 240a modo | nobis absconditis; ideo foret temerarium atque superfluum nos nunc de talibus iudicare.

We must not judge rashly,

nor go beyond what Scripture defines.

Tota autem nostra intencio sive discrecio est satis modica de nobis pertinentibus et necessariis cogitare. Si autem langues circa noticiam eorum que sunt modo tibi abscondita, instanter operare intencione recta quod

19. Cod.: idonietate. 32. Cod.: re puerit; due litt. extinct.

1. Vulgate: *Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum; qui autem iudicat me, Dominus est.* 23. I ad Cor. IV, 5.

Efficiency of the acts of a bad prelate.

tibi pertinet ut necessarium, et tunc Deus in finali iudicio illuminabit tibi abscondita tenebrarum et clarebit tibi quam iustum sit Dei iudicium; et ex hoc sedaretur quorundam contencio qui tenent et arguunt quod non valet populo quicquid prelatus malus eis fecerit. Constat quidem quod prelatus nunc malus ex predestinacione Dei eterna potest statim converti ad Dominum, sed absit quod habens graciam predestinacionis ad tantum peioret fidelem populum quod in sacramentis et aliis donis Dei gratuitis generaliter illudatur. Et ex alio latere ad tantum contingit esse malum prelatum, prescitum et reprobum, quod illudat populo in pena peccati sui et populi quicquid carismatis se finxerit populo ministrare. Ideo Deus ordinavit sufficienciam formate fidei supra tale prelatorum ministerium quod subiecto sufficiat ad salutem. In hoc medio debet fidelis confidere et de prelati ministerio estimare; unde de multis prelatis hodiernis est probabilis suspicio citra fidem quod nocet eorum ministerium tam ipsis quam aliis; sed in tali perplexitate vel dubio non debet fidelis vivus Domini quiescere sed in fide domini Jesu, que est per se sufficiens omnino pausare; et iuxta hoc et non iuxta contenciones prelatorum inutiles laus erit unicuique a Deo.

Right of withdrawing endowments.

Circa istam epistolam dubitatur utrum subiecti debent ad istam inquisicionem de prelatis dimittere et possessiones vel fructus temere donatos subtrahere, et patet ex sepe dictis pars affirmativa dubii quoad ambas eius partes. Non enim dat quis meritorie ad honorem Dei eo ipso quod in eius nomine dat stulte premium temporale, quia potest dare cum hoc proditoribus Christi quibus ex mandato Dei dari non debeat. Ideo (ut sepe dictum est) non sequitur per locum a simili quod per idem subditus non debet dare stipendium infidelibus dominis, non tirannis. Hoc enim Deus racionabiliter precipit sed istis magnis proditoribus quoad dotacionem vel possessionem talem in principio contradicit.

Patet autem hoc non solum ex allegacione mea frequenti in ista materia sed ex racionibus Parisiensis et aliorum qui de isto errore doluerant sed remisse. Prima autem eorum materia stat in isto: Licet temporalia

6. Cod.: quidam. 20. vivus; an servus legendum? 24. In marg.: Dubium. 27. Cod.: dibii. 37. In marg.: 1.

38. Cf. Serm. Prim. Part., vol. I, pag. 364.

God forbade endowments because they attract the worldly,

provocativa sint ad spiritualia, sicut spiritus carni naturaliter copulatur, Deus tamen prohibuit temporalia adiungi spiritualibus in apostolis et ecclesia primitiva, quia Deus voluit ecclesiam suam regi per spirituales prelatos et temporalium contemptores. Nam qui vult sibi cavere de muscis, cavet sibi de lacte et melle que inclinativius musce amant. Previdebat enim Christus quod amatores temporalia auferrent ei animas, si spiritualibus officiis temporalia lucra converteret.

Secunda similitudo sua est quod volens aliquid dilacerari a canibus ipsum involvat in carnem et canes ex appetitu ad ipsam lacerabunt tam carnes quam eciam involutum. Sic autem est de canibus diaboli; sunt spiritualibus convoluta.

Tercium exemplum suum est quod pisces hamum ingluciunt ad suam mortalitatem, quando hamus verme tegitur et sic milvi intestina corrumpitur; cupidi prelati officia ecclesie ad dampnacionem sibi sumunt inprovide, dum tamen eis temporalium copia sit annexa. Sed proverbialiter dicitur quod *cadavera lupi, frumenta mures, predam sequitur turba ista, non Christum.*

but repel those who are perfect.

Item, Christus sciebat quod temporalia spiritualibus annexa terrori et impedimento essent viris perfectis, ideo omnisciencia prohibuit in prelatis suis bona tam disparia commisceri. Quis enim sane mentis non timeret esse dispensator temporalium, quando legitur Judam furem occasione temporalium fuisse proditorem Domini et corporis ac spiritus proprii homicidam? Aut quis non timeret per locum illum ire in quo scit clavos positos? sic quis non timeret per terrena ista incedere qui legit in Job quod *abscondita est in terra pedica diaboli?* Sic ergo pedes vel affecciones animi clavis huiusmodi temporalium vulnerantur, quod vix unum prelatum invenies qui sufficiat vel audeat in via Domini, defendendo veritatis causam, corditer ambulare.

The Church drowned in temporal possessions.

Item, previdebat Dominus temporalia ista putrifienda et multos in ecclesia submersura; ideo non angustiavit suos apostolos istis aquis; temporalia enim que sic mergunt homines vocantur *aqua* (Apocal. XII°, 15): *Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tamquam*

13. Cod.: Si autem. 16. Cod.: mortalem. 22. In marg. 2.
29. Cod.: quo sit. 34. Cod.: in viam. 36. In marg.: 3.

31. Job. XVIII, 10.

*flumen, ut eam faceret trahi a flumine;* vel mulier ista creditur esse ecclesia quam serpens antiquus habundancia | temporalium querit submergere; et concordant cum condicione temporalium proprietates aquarum. Fol 240b

Item, previdebat Dominus ex habundancia temporalium ecclesiam subire, ideo spirituale ministerium et copiam temporalium que habent seculares improvide copulasset. Unde de ista superbia sic orta in ecclesia videtur Dominus loqui (Isaie LX°, 15, 16): *Ponam,* inquit, *te in superbiam seculorum, gaudium in generacionem et generacionem; et suges lac gencium et mamilla regum lactaberis.* Superbia seculorum est superbia prelatorum que excedit omnem superbiam secularium dominorum. Gaudium autem cui maledixit Dominus (Luce VI°, 25) dicens: *Ve vobis qui ridetis,* prefert ecclesia hodierna beneficio luctus de quo ibidem: *Beati qui nunc fletis.* Ecclesia (inquam) moderna non lacrimatur cum Christo fletu triplici pro peccato, sed pocius gaudet per generaciones multas, cum peccatum sibi inferat bona temporalia quibus abutitur stulte gaudens. Quod autem sequitur *de mamilla regum lactaberis,* potest intelligi dictum prophetice, sed in derisionem ecclesie que in senectute sua lac transitorie consolacionis non cessat sugere. Ecclesia enim quasi infancia sua fuit in veteri lege, unde Dominus promittebat sibi *terram fluentem lacte et melle.* Lac enim et mel cibus sunt parvulorum, in adventu vero Christi a lacte separata est, quia a mundialibus Christus abstraxit suos apostolos et tam ipsos quam in ipsis prelatos alios succedentes prohibuit cum mundo et mundialibus commisceri, sed modo infatuata ut puer ad lac rediit. Et patet quod tante pervertitur regula christiana in ipsis ecclesiasticis quod monstruosum foret inveteratos diabolos nunc pendentes ad sua ubera quot sacerdotes apostatas sustinent de suo patrimonio contra Christum; nec dubium apostate totum sanguinem vitalem insugunt de cordibus hominum quos sic lactant. Debent enim lactare spiritualiter brachium seculare sed modo conversi retrorsum lactant subiectos, ex cuius lactis grossicie spiritualiter gignunt

Isaiah's prophecy of the evil that wealth would bring.

Milk and honey were promised to the infant Church.

Now we return to this food for babes.

1. Cod.: trahi flumini. 3. Cod.: temporalium habundancia temporalium. 5. In marg.: 4. 7. Cod.: tempalium; ib. Cod.: in quo habent. 10. Cod.: in generacione. 27. Cod.: et adventu. 33. Hic verbum aut aliquot verba excidisse videntur; an legendum: diabolos lactare; ib. Cod.: hunc. 37, 38. Cod.: lactent.

25. Exod. III, 17.

vermes. Nam secundum Augustinum *vermis diviciarum est superbia* et Proverb. VIII°, 18 vocantur *opes superbe*, immo evangelium vocat ipsas a nomine cuiusdam diaboli et fructu ex ipsis sequente *mammona iniquitatis.*

Item, Christus noluit ecclesiam suam habere principaliter fiduciam suam in alio quam in ipso; volebat enim pocius fundare supra petram quam terram vel brachium seculare, unde Matthei XVI°, 18: *Super hanc petram edificabo ecclesiam meam;* nam si fiduciam suam habuisset ecclesia in Christo et non in mundi diviciis, non ita elongasset se ab eo, leges suas et monita deserendo, nec timuisset mori pro causa Christi, sicut moriebantur sancti in ecclesia primitiva.

Christ wished the Church to trust in Him.

Item, non est Dei boni onerare prelatos suos precipuos onere possessionum quibus forent a suo officio prepediti; ideo blasphemat in Deum qui auctorizacionem sibi imponit quoad istas divicias prelatorum. Cum enim prelati debent esse eminencior oculus ecclesie, oculus autem aliter quam manus vel lingua de unico officio contentatur et terrestribus opacis atque pulveribus contrariatur, manifestum est ex similitudine mistica quod prelati non debent sic cum temporalibus dispensari. Sicut enim non est unio terre et celestis corporis, sic oculus ecclesie debet a terrestribus separari, et sicut oculus non indiget artificio humano sed inniti relevamini naturali, sic clerici inter viantes minime debent arti humane vel suffragio temporali intendere, sed in isto *Jordanis conversus est retrorsum* et per consequens fructus eius. Alia autem dicta expressa scripture que ad literam sonant in contrarium isti dotacioni, patent (ut sepe exposui) Luce XIV°, 33: *Omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus.* Et Luce XXII°, 23: *Reges gencium dominantur eorum, vos autem non sic.* Et I Timoth. VI°, 8 post detestacionem cupiditatis temporalium Apostolus sic concludit: *Habentes igitur alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus*, et non obstante quod fides ista sit tam patula in scriptura, tamen totus mundus et prelati precipue infideliter ipsam negant.

God would not hamper His prelates with wealth.

2. Cod.: apres superbe. 5. In marg.: 5; ib. Cod.: voluit. 14. In marg.: 6. 20. Cod.: opactis. 25. Cod.: humani; ib. inniti; sc. debet.

1. S. Augustini Opp. V, pagg. 83, 175, 355. 4. Lucae XVI. 9. 28. Psalm. CXIII, 3.

# SERMO IV.

*Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.* Philipp. IV°, 4.

Four ruling passions: 1. desire of having, 2. fear of losing, 3. grief for loss, 4. joy of recovery.

Ista epistola tamquam clavis tocius religionis christiane docet quomodo passiones animi debeant moderari; sicut enim (ut predicitur) iniciatur peccatum, sic et meritum. Sunt autem quatuor passiones famosi | ores plus ad propositum pertinentes; et intelligo per passiones sive actus sive habitus hominem sive ad bonum sive ad malum moribus inclinantes. Sunt autem iste quatuor: desiderium de habendo, timor de perdendo, dolor de perdito et gaudium de iterum adquisito. Apostolus autem hic non meminit nisi de ultimo, quia finis mensurat illa que media sunt ad illum.

Fol. 240'

1. The object of our desires is a test of our righteousness.

Per primum autem, scilicet desiderium de habendo, discerni possit rectitudo intencionis in opere, cum sit per se notum philosophis quod illud quod homo magis desiderat in spe magis amat, quia si plus sic amaret aliud, plus ipsum desideraret. Ex quo videtur, cum Deus sit maxime amandus ab homine, est maxime desiderandus a viatore. Quamvis enim omnis homo sicut quelibet creatura in aliquo modo habeat Deum suum, tamen diversimode, et modus habendi homini possibilis deest sibi quamdiu viaverit. Potest enim quicunque homo habere Deum beatifice in patria, qui modus habendi est optimus sibi possibilis. Quicunque ergo apponit maiorem diligenciam pro adquirendo statu vel temporali bono quam pro adquirenda beatitudine peccat graviter in prima animi passione. Et hoc notarent clerici laborantes anxie et periculose ad curiam pro beneficiis ecclesiasticis acquirendis; secundo notarent hoc idem promoti ecclesiastici qui laborant studiosius superioribus statibus adquirendis, et tercio notarent seculares qui laborant anxius pro habendis mundi diviciis, et quarto considerarent hoc generalius viantes qui laborant sollicite pro temporalibus diviciis possidendis. In omnibus autem hiis sollicitudo librari debet fideliter utrum pro istis

It should be God,

and heaven, where alone we can possess Him.

1. In marg.: Dominica quarta. 6. ut predicitur; cod.: sicut enim predict$^{s}$. 10. In marg.: Nota de quatuor passionibus hominum communiter. 15. In marg.: 1. 36. Cod.: possedendis.

1. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 232—236.

sint magis solliciti quam pro sua beatitudine, et supposito quod sint solliciti pro utroque, pro quo preponderancius in amore; et ista consideracio fidelis rectificaret conscienciam cuiuslibet viatoris; nam vix unum invenies mundo deditum quin errat notabiliter in hoc desiderio.

The sects err in their object of desire.

Nec dubium quin secte religionum novelle peccent notabiliter in hoc desiderio, quia principaliter amarent beatitudinem et consequenter media que reccius et brevius ipsos ducerent ad illam, quod indubie non est privata religio sed simplex religio christiana. Ideo ego non video quomodo quicumque tales attingent beatitudinem, antequam hoc desiderium circa hoc medium sit purgatum. Omnes enim tales errant in fide quodammodo, cum blasphemant in ordinacionem domini Jesu Christi. Dimitto autem religiosos plus errantes qui plus propter voluptatem aut mundanam prosperitatem appetunt talem religionem vel in ea graduacionem quam propter suam beatitudinem adquirendam. Ipsi autem inexcusabiliter magis peccant et forte vix in aliqua religione privata unum invenies quin quoad illam graduacionem peccet graviter et illum viscum linivit diabolus in istis religionibus privatis, ut in compedibus suis capiat et eviret amplius servos suos. Quis enim possessionatus aspirat ut fiat prior vel abbas, aut quis mendicus desiderat ut fiat in ordine suo altus vel scolastice graduatus, ut adquirat reccius et compendiosius beatitudinem? Indubie fructus operis quod faciunt, cum illos gradus habuerint oculariter, indicabit?

2. Fear of loss is often strongest as to temporal goods.

Quantum ad secundam passionem animi, scilicet timorem de perdendo, est conformis consideracio, cum illi qui plus timent perdere aliquod istorum quatuor bonorum temporalium predictorum quam statum quem Deus acceptat ad beatitudinem adquirendam, indubie timent serviliter et dampnabiliter, quod ex diligencia operis discerni poterit, et luciferina audacia solvendi Christi mandata atque consilia indirecte rectificaret consciencias hominum in hac parte. Si enim audent propter finem aliquem temporalem sic facere, plus indubie hunc diligunt quam beatitudinem et per consequens eius carenciam magis timent.

3. Cod.: amoris. 23. Cod.: nec in. 30. In marg.: 2.

3. Grief for loss.

We should most grieve for sin;

and if we do so we shall not continue in it.

Quantum ad terciam passionem, scilicet dolorem de perdito, rimetur christianus fideliter suam conscienciam, si plus dolet de gracie perdicione quam habuit secundum presentem iusticiam quam de perdicione commodi temporalis; quod si fecerit, signum est quod in ipso caritas est perfecta, et si illud non fecerit sed econtra, invaluit in eo amor indebitus et si caritatem unquam habuit, tunc cum illis paribus caritas est extincta, cum eo ipso beatitudinem suam non diligit super omnia. Et si quis examinare voluerit suam conscienciam | vel rectam examinatam discernere, notet modum faciendi hominis in ista tercia passione. Hic enim claret noticia si homo de peccato preterito sit contritus, nam si continuat in peccato commisso, tunc planum est quod de illo non conteritur, quia si doleret (ut debet), cum istis paribus non continuaret voluntarie hoc peccatum. Et ita non video quod clerici excidentes a Christi mandatis atque consiliis et continuantes in ista ruina de peccato preterito sunt contriti. Et in isto casu videntur esse pape, cardinales et cuncti prelati cesarii, quia, si de peccato commisso, de dotacione cesaria admissa et de casu a paupertate apostolica sint contriti, quis prohibet quod statum huiusmodi quem habent tam libere non omittunt? Ideo vere dicit Gregorius quod inter omnes status ecclesie est difficillimum eruginare maculam clericorum, et idem est iudicium de peccato Possessionatorum et peccato Mendicancium in ordinibus privatis, ymmo generaliter de sex peccatorum generibus, de quibus dictum est Sermone LXXX°, quod per illa specialiter debilitatur religio christiana. Et cum non quilibet dolor de commisso sufficiat ad delecionem peccati, cum non sit contricio sed dolor remissus qui vocatur attricio compossibilis cum peccato, patet quantam diligenciam apponerent pape et episcopi et generaliter confessores ad gradum contricionis hominis discernendum. Videtur autem michi quod nullus dolor hominis de peccato est vera contricio, nisi fuerit dolor maior quam foret aliqua contricio de amissione commodi temporalis. Cum

Fol. 240d

1. In marg.: 3. 23. Cod.: quem non habent. 24. In marg : Gregorius 29. Sermone LXXX. (sic); ib. S. LXXX prime partis in marg. 35. In marg.: Nota pro contricione.

24 Gregorii. In Ev. lib. I. Hom. XVII. 35. Cf. Trialogum, pag. 331.

autem dolor et amor sibi invicem ex opposito correspondent, patet quod sicut amor gracie vel divine benevolencie debet esse maior quam amor alicuius commodi temporalis et quamdiu talis gradus de dolore peccanti defuerit, non contricione de amissione sponsi ecclesie plene dolet; cum enim sit summe iustus, exigit dolorem debitum pro commisso; et ex isto videtur quod vere contritus iterum peccatum preteritum non committet, sic quod contriti fuerunt apostoli et ipsis similes; sed confessores, eciam pape et episcopi, gradum istum doloris in vita media non attingunt, sed quos Deus voluerit salvari et vivunt communiter, in mortis articulo ipsum habent. Et patet quam ficta est sentencia de confessionibus per satrapas pululatis; nisi enim confessus contritus fuerit, nemo potenciam habet sine hoc absolvendi, et assistente contricione eo ipso peccator a Deo absolvitur, unde (ut clamant simplices) prelati, si contriti fuerint de peccatis propriis in se ipsis, dimitterent tales fallaces rapinas simplicium et decepciones infideles quibus illudunt ecclesiam. Ideo probabiliter conviciunt quod non prodest ipsis peccata sua detegere talibus diabolis induratis, sed sufficit in animo contrito Domino confiteri. Nec valet antichristiva auctoritas, nisi de quanto fundata fuerit in scriptura. Unde haberet conscienciam confessor huiusmodi dicendo: Absolvo te ab isto crimine, ne blasphemacio mittat mendacium, cum sicut ignorat fidem de contricione hominis a peccato, sic ignorat passi animi requisitas; oportet enim hoc esse secretum inter Deum et peccatorem. Quomodo ergo assecuraret confessor confessum suum de tam sibi ambiguo et specialiter non exigeret ab eo penitenciam vel sibi equivalens, antequam confessus fuerit de delecione criminis, securatus quod cum non possit facere, superfluit circa istum modernum ritum et specialiter circa collacionem temporalis muneris laborare? Et si confessor condicionem apponat quod peccatum sibi confessum secure deletur, cum peccator ex parte sui faciat id quod debet, vel deficiet confessor in narrando confesso circumstancias requisitas vel narrando illas complete confessus debet ex fide esse securus quod peccatum suum per solum Christum delebitur et si ipse confessor

Deceptions of confessors.

They know not the state of the confessed and have no right to give absolution

or enforce penance.

21. Recte: coniciunt. 24. Cod.: in deest. 28. requisitas scil. circumstancias; vid. l. 39. 29. In marg. inf.: De penitencia et contricione vide in Trialogo, cap. XXIII et XXIV libri quarti etc. 32. Cod.: delecciones. 35. Cod.: Et si quod; rectius: et si ipse vide l. 41.

cum omnibus ei similibus fuerit in inferno. Ideo solebam docere populum contra questores et indulgencie venditores quod fidem plenam faciant de peccati dimissione et indulgencie habicione, antequam refundant pecuniam, quia mercantes aliter altrinsecus forent stulti et venditores vel in fide deficerent vel aliter non suos commercantes de mercimonio securarent; illa enim securacio est Deo propria.

4. Joy of recovery or acquirement.

Quarta passio predicta est gaudium de iterum adquisito. Notet ergo fidelis qui notorie lapsus fuit in crimen et postmodum per Christi graciam revixit quantum exhinc super quantumcunque possessionem temporalis boni plus gaudeat et per hoc convinceret si habeat rectitudinem trium passionum predictarum et fidem, spem ac caritatem que omnes istas passiones quatuor inseparabiliter | comitentur; qui enim habet rectitudinem istarum quatuor credit in Deum, sperat beatitudinem et habet condiciones sedecim caritatis. Fol. 241a

Men care more for worldly good, than for Christ's grace.

Vix unum peccatorem invenies quin plus gaudeat de adquisicione temporalium quam de adquisicione Dei per graciam, ut patet de illis qui plus gaudent de adquisicione amicicie vel brachii secularis benevolencia quam de adquisicione gracie vel amicicie Jesu Christi. Et sic invenies de peccatoribus secundo peccato mundano quod plus gaudent de adquisicione dominii vel possessionis temporalium copiose quam de bono spirituali per quod anima perpetuo esset beata. Et idem patet de tercio genere peccatorum, ut carnales de voluptuoso vescibili, de pulcra amasia vel uxore quam de spirituali bono, licet ista infinitum excesserit. Si vis autem habere probacionem istorum, attende diligenciam circa temporalia ista factam et adhesionem ac passionem anime, cum fuerunt acquisita, et erit manifestum indicium de quo istorum bonorum conversans in seculo magis gaudet. Nec dubium quin nullus talis ut sic gaudet in Domino; quod est contra decretum Apostoli dicentis *Gaudete in Domino semper*. Ille autem gaudet in Domino, gaudendo de qualibet creatura, qui gaudendo de illa gaudet de ipsa secundum racionem eius potissimam, ut gaudendo

4. Cod.: refundat. 5. Cod.: altrincecus. 9. In marg.: 4. 10. Cod.: qui sive. 10, 11. Cod.: in crimine. 11. Cod.: reminxit. 13. Cod.: convincere. q (sic). 16. Cod.: committentur. 32. factam; in cod.: c' tām.

36. Phil. IV, 4.

We should rejoice in creatures for God's sake,

de muliere contingit hoc fieri racione multiplici vel quia in actibus venereis saciat appetitum, vel quia michi aut amico alteri sit placida in aspectu vel bono animo nobis utili apparenti vel tercio secundum quia eius existencia placet Deo.

Nec dubium quin ista racio sit infinitum prestancior quam priores; et iterum certum est quod gaudendo de ipsa secundum racionem huiusmodi necesse est quod de Deo principalius gaudeatur. Et cum impossibile sit aliquam creaturam quin de ipsa gaudeat secundum aliquam racionem, patet quod nulla est creatura in qua non sit reperibilis nobis racio gaudendi in Domino; et cum semper debemus gaudere de aliquo, eo quod extinctus foret animus nisi haberet in aliquo appetitum, manifestum est quod debemus semper gaudere in Domino, sed tale gaudium in creaturis est aliud quam gaudium superius et post sequens; quod gaudium est directe et immediate in Domino secundum racionem qua absolute bonus, et hoc licet gaudium secundum eius plenitudinem expectamus in patria, potest tamen de eo haberi scintilla in via. Ideo dicit Apostolus propter hoc gaudium maius sequens: *Iterum dico gaudete.*

and most of all we should rejoice in the Lord.

Et cum hoc gaudium quietat bonos finaliter, ubi non erit successio vel vicissitudo temporis, subtiliter inculcat Apostolus quoad prius gaudium quod debet semper esse in Domino, cum in ipso gaudio sit temporis vicissitudo; sed quoad secundum gaudium dicit simpliciter christianis quod gaudeant. Nec video quod viator sit ex parte Christi qui non gaudet in Domino, ymmo quin de tanto peccat de quanto gaudium hoc emittit. Unde (Joh. III°, 29) dicit Baptista: *Amicus autem sponsi qui stat et audit eum, gaudet gaudio propter vocem sponsi.* Sicut enim dicitur turturem constanter gemere propter sodalis absenciam, ymmo pro cantu emittit gemitum, sic fidele membrum sponsi ecclesie propter Christum; unde Cant. scribitur: *Vox turturis audita est in terra nostra.* Turturem autem dicunt sancti fuisse Baptistam cum sibi similibus; unde non video quin dissolucio hominis in cantu, in risu et ceteris mundi lasciviis attestatur super leticia Deo innata et mundana. Illa autem est fallax,

There is a false joy.

5. In cod. existenciam correxit. 6. Cod.: dubium quoniam. 10. aliquam; scil.: esse; Cod.: quin decet de ipsa. 16. Cod.: Sed sine; ib. Cod.: quam deest. 30. Cod.: Joh. II°. 40. innata (?) $\stackrel{\omega}{m}$ta in cod.

36. Cant. II, 12.

brevis et parva, ideo ad eius differenciam angelus Luce II°, 10: *Annuncio vobis gaudium magnum.* Si enim geometer gaudet de questionibus mathematicis quas reperit in figuris et in quolibet corpore sit omnis species figurarum cum infinitis questionibus adhuc nobis absconditis magis subtilibus quam Dulcarnon, quanto magis gauderet fidelis in Domino considerando quodcunque corpus vel quamlibet creaturam secundum racionem qua Dominus veritatis fundavit in ipsa huiusmodi veritates?

The true joy is great, but mingled with awe.

Sed quia Apostolus consideravit lapsum nimis multorum in vanis gaudiis, ideo subiungit pro hoc gaudio casto in Domino: *Modestia,* inquit, *vestra nota sit omnibus hominibus.* Debent enim constantes fideles fratribus suis notificare modestiam gaudii sui in Domino et vanum gaudium mundanum destruere et subdit pro causa: *Dominus prope est.* Scolaris enim pedagogi credens eius assistenciam timet sibi propter eius percepcionem terrificam, quanto magis fidelis credens magistrum optimum adesse cunctaque facta ac intenciones et actus anime clare cognoscere timeret sibi instante die furibundo ipsum offendere. Nam Deuteronomii scribitur XXXII°, 35: *Juxta est dies perdicionis | et adesse festinant tempora.* Fol. 241b Ille autem dies est ex fide nobis longe propinquior, et ex istis infertur ulterius quod nichil debemus esse sollicĭti in istis temporibus, sed totam sollicitudinem nostram in ipsum proicere; cum enim media nocte clamor factus est: *Exite obviam ei,* patet quod philocaptus insanit pro illa hora circa mundana. Nam Exodi XII° legitur quomodo Hebrei propter propinquitatem sue salutis et ferocitatem suorum hostium festinanter comederant et iocalia que in Egypto habuerant dimiserant. Quanto magis nos, cum instat dies iudicii in qua est salus amplior et cuneus diabolorum fervencior? Et hec racio quare Christus et apostoli et consequenter fideles eorum discipuli noluerunt habere perpetuitatem mundanam in

6. In marg.: Dulcarnon. Dulcarnon is a wellknown Chaucer word. Kersey's edition of Phillip's New World of Words 1706 says: „Dulcarnon, a certain proposition found out by Pythagoras upon which account he offered an Ox in sacrifice to the Gods, in token of thankfulness and called it Dulcarnon; whence the word is taken by Chaucer and other old English writers for any hard, knotty Question, or Point." (Furnivall). 8. Cod.: vel vel. 16. In marg.: *Dominus prope est* ad Phil. IV. Dominus prope est sibi servientibus ad videndum quid faciant; ad se (!) clamantibus ad largiendum quod postulant; in fide errantibus ad exortandum quod redeant; pure penitentibus ad suscipiendum ne pereant.

12. Phil. IV, 5. 27. Matth. XXV, 6.

possessione temporalium, nec in eorum copia congaudere. *Non*, inquit Apostolus, *habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*. Preparacio ergo nostra sollicita contra illum diem debet esse in omni genere oracionis petendo media scilicet nobis necessaria ad beatitudinem querendam; et pro illa debemus *cum admiracione* instancius *obsecrare*, cum ideo dicitur: *Petite ut gaudium vestrum sit plenum*. Et cum hoc debemus tercio continue *gracias agere Deo nostro* quod tam graciose huiusque spirituali suffragio nos adiuvit et a tot ac tantis periculis in que facillime potuimus incidisse nisi nos servasset sua gracia liberavit. Ista autem contemplacio debet in nobis esse assidua, quia cogitando de die iudicii cum istis tribus disposicionibus erimus a peccato et vano gaudio preservati. In fine autem imprecatur et prophetat Apostolus quod servantes istam doctrinam habebunt veram pacem in Domino; nec est illa parvipendenda, cum exsuperat nedum omnes mundi divicias, sed omnem capacitatem qua sensus humanus sufficit bona spiritualia comprehendere hic in via. Nec exhinc sequitur nos esse omnino expertes huius pacis, quod licet adhuc parum ipsam cognoscimus, tamen habet virtutem custodiendi voluciones nostras et intelligencias licet valde volubiles in Christo Jesu constancius stabilitas, et si iste supreme potencie anime sic solide fundantur in ipso, non dubium quin omnes ceteri actus nostri et opera consequencia in eo sanccius fundabuntur.

How we should prepare for the day of judgment.

## SERMO V.

*Apparuit gracia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos*. Ad Titum II°, 11.

Ista epistola docet specialius quomodo christiani viantes debent predictam pacem Domini custodire. Principium autem custodiendi hanc pacem est apparicio gracie Dei Salvatoris nostri, que facta est omnibus hominibus. Quamvis autem hoc verbum exponi poterit de salvandis, cum alii reprobi et presciti sint mistice in bestias transformati, videtur tamen mihi quod illa

The appearance of the Saviour the beginning of peace.

5. me^am = mediacionem? 6. illa, scil. die. 18. Cod.: parvipenda. 28. A in marg.: In Natali Domini; ib. in marg. inferiori fol. 241^b: *Misit Deus filium suum* ad Gal. IV° Missus est filius Dei ad induendum habitum nostre humanitatis, ad debellandum imperium diabolice potestatis, ad solvendum penam debitam pro peccatis et ad curandum plagam humane infirmitatis. 31. A: ista deest. 37. F: reformati videtur tamen videtur.

1. Hebr. XIII, 14. 6. Joh. XVI, 24. 8. Phil. IV, 6.

gracia Salvatoris apparuit nedum omnibus et singulis christianis, sed omnibus hominibus gradu suo; loquendo autem extense de gracia ut dicit donum Dei gratis datum, patet quod tota universitas creata est gracia, et cum illa apparuit omnibus hominibus, patet conclusio. Verumptamen apostolos et eorum discipulos singulariter erudivit, cum ipsi sciverunt quod, ubi ante incarnacionem totus orbis terrarum pugnavit contra hominem, post incarnacionem totus mundus servivit homini et adiuvit, et sic quia apostoli fuerunt extra vetustam ruditatem positi, ideo dicit quod illa *gracia apparuit omnibus hominibus*, sed *illos* singulariter *erudivit.*

The incarnation changed the relation of the world to man,

Istam autem subtilitatem fidei solum illi expresse noverant qui ex gracia Dei in incarnacione Domini sunt instructi. Patet autem ista sentencia eo quod Christus reconciliavit sibi per incarnacionem suam ecclesiam et per consequens omnia que serviunt sue ecclesie, et consequenter cum tota universitas creata servit domino Jesu Christo, patet sentencia. Et hinc Apoc. legitur, quando Johannes cecidit ad pedes angeli, ut ipsum adoraret qui archana sibi ostenderat, audivit responsum angeli: *Vide ne feceris. Conservus enim tuus sum et fratrum tuorum.* Si ergo post reconciliacionem angeli serviunt hominibus, multo magis quelibet alia creatura et in isto ministerio apostoli specialiter fuerant eruditi.

and specially to those who were instructed as to the incarnation.

Sed notandum quod gracia licet in ambitu suo analogo convertatur cum ente, cum tam Deus quam quelibet creatura sit gracia, tamen famosius sumitur gracia pro forma qua creatura racionalis dicitur grata Deo, et secundum gradus quibus creature racionales sunt grate Deo fit divisio graciarum. Gracia autem predestinacionis est pocior, cum | Deus quemcunque predestinatum semper Fol. 241c eque diligit, licet sit varietas in dileccione, et ab illa gracia nemo potest excidere, sicut nemo potest desinere esse predestinatus a Deo, licet ex infinitate libertatis divine multi qui de facto sunt predestinati possunt esse non predestinati. Et ista gracia videtur non posse maius aut minus suscipere. Et ista gracia videtur caritas quam Apostolus dicit Iª Cor. XIII°, 8 *nunquam posse excidere;*

Grace of predestination.

2. A: sed deest; ib. A: lonquendo. 3. A: autem deest. 13. A: solum illi deest. 14. F: Dei et. 16. F: per deest. 24. F: misterio. 25. A: fuant. 29. F: que. 30. A: creature deest. 31. A: Gracia deest. 32. A: semper hidden by stain. 33. F: dilecto. 34. A: decinere. 35. F: licet deest. 37. A in marg.: Nota de gracia.

19. Apocal. XIX, 10.

Different kinds of grace.

sed alia est gracia secundum presentem iusticiam que variatur secundum quod homo maius aut minus meruerit. Et de tali gracia fiunt subdivisiones multiplices, ut aliqua est gracia preveniens, aliqua concomitans, et aliqua consummans. Gracia autem preveniens est illa gracia secundum quam Deus prius naturaliter agit opus meritorium quam viator. Gracia vero concomitans est gracia secundum quam Deus coagit cum meritorie laborante, sed gracia consummans est gracia secundum quam Deus perficit actualiter meritum finaliter terminantis. Et quelibet talis gracia, cum sit qualitas licet non sit res que possit per se existere, multipliciter variatur.

God's grace includes even the wicked.

Quidam autem extensius loquuntur de gracia, dicentes quod quilibet prescitus in quantumcunque magno peccato fuerit, eciam dampnatus, est in Dei gracia, cum Deus graciose ipsum servat, dando sibi bona naturalia, sicut misericorditer ipsum punit. Et per istam divisionem de gracia potest catholicus aptare sensus scripture secundum quod intencioni Sancti Spiritus famulatur. Ceteras autem difficultates metaphysicas vel calculatorias de gracia debet fidelis respuere tamquam vanas, hoc tamen notando quod gracia predestinati est infinitum melior quam gracia presciti, nec potest equiparari in valore, sicut non est possibile quod Deus predestinatum equaliter diligat cum prescito, ymmo gracia predestinacionis videtur meliorare quamcunque graciam ultra graciam concomitantem in prescito, cum propter illam graciam secundum presentem iusticiam in prescito Deus non magis ipsum diligit. Et sic est duplex gracia, una subiective in Deo, que est Deum creaturam racionalem gratis diligere, et illa est eterna, alia autem est subiective in creatura racionali, que est illam esse gratam Deo. Et omnem talem graciam oportet incipere et a priori gracia mensurari. Et sic quidam intelligunt illud (Joh. I°, 16): *De cuius plenitudine nos omnes accepimus graciam pro gracia.* Omnem autem nostram graciam subiectivam oportet causari ex tali gracia increata.

Grace in man springs from the grace of God.

2. F: magis aut. 3. A: subdiciones. 4. A: et deest. 7. F: Gracia autem. 11. A: Et quilibet. 12. F: posset. 13. F: Quid autem. 14. A: quodcunque. 20. Codd.: methaphysicas. 21. F: tanquam (et passim). 23. F: equeparari (et passim). 27, 28. F: cum — prescito deest. 30. A: relacionem gratis. 33. F: gratam a Deo. 34. F: aliud.

4. Cf. De Ecclesia, pag. 140; Trial., pag. 152.

The purpose of grace is that we may live rightly.

Causa autem finalis propter quam ista gracia est donata est ista, *ut abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo.* De istis duobus que debemus vitare primum est impietas, que cum sit contraria pietati, videtur quod sicut pietas convertitur cum caritate quoad subsistendi consequenciam, eo quod respicit tam Deum quam hominem, impietas dicit iniusticiam in utraque. Unde pietas Deo debita vocatur *theosebia* et pietas debita proximo dicitur de malo suo compassio. Et patet qui sunt impii, cum oppositorum sit eadem disciplina. Impietatem autem debemus vitare tamquam commune venenum anime, quia defectum communis iusticie sed omnino oportet consequenter abnegare hoc venenum positivum, scilicet desideria secularia, que sunt multa. Consequenter expulsis hiis duobus malis debemus bene vivere in hiis tribus, *sobrie* quoad corpus, *iuste* quoad mundum et *pie* quoad Deum. Tres enim noscuntur esse hostes hominis spirituales, scilicet caro, mundus atque diabolus. Contra carnem debemus vivere sobrie, non gulose, non luxuriose vel aliquo carnali crimine consequente; contra mundum debemus servare iusticiam, non faciendo cuicunque iniuriam, et contra diabolum debemus custodire undique pietatem. Et sic debemus septem mortalia crimina precavere. Et timendum est cuicunque fideli sed prelato precipue de ista sentencia, cum Apostolus hortatur (II[a] Cor. VI°, 1) christianos singulos *ne in vacuum graciam Dei recipiant.*

i. e. in sobriety, honesty and piety.

If this end is not gained, the grace is in vain.

Sed secundum istam epistolam *apparuit gracia Dei* propter istum finem quintuplicem quod in vacuum recipit quicunque istam graciam qui istum finem quintuplicem non perficit in se ipso. Nam secundum philosophorum sentencias (et est per se notum ex terminis) quicunque facit quicquam propter finem aliquem excludens hunc finem frustrat operantem a suo vel condicionato vel absoluto proposito. Et dicitur operacio per se frustra. Quamvis autem nullus hominum potest frustrare Deum a suo proposito, verumptamen potest (quantum in se est) frustrare ecclesiam a commodo quod Deus intendit, si

10. F: quod sunt. 13—15. A: communis — consequenter deest. 16. F: hiis deest. 19. A: spiritales. 26. Codd.: cum enim. 29. F: istam deest. 30, 31. Cod.: quintiplicem; ib. F: quod — quintuplicem deest. 33. A: et deest. 39. F: intendit sed.

2. Ad Titum II, 12.

quodlibet membrum eius non deficiat adiuvando. Et isto modo conqueritur Dominus per prophetam Jeremiam VII° quomodo fuit *de mane consurgens et laborans* ad correccionem populi et (quantum fuit in populo) a suo proposito est frustratus. Et revera frustrans secularem dominum Fol. 241[d] vel quemcunque a suo sancto proposito peccat graviter |; quanto magis sic peccans in Deum. Deus autem non potest frustrari a suo proposito, quia cum sit prescius omnium perversitatum ecclesie, non proponit istis perversis per suam graciam bene facere, sed ostendit suam graciam prodesse ecclesie et ingratos pro sua gratitudine cruciare. Cum ergo *apparuit gracia verbi Dei erudiens nos* ut sequestrantes secularia desideria, sicut ipse in persona sua fecerat, vivamus pie in hoc seculo vitam pauperem sibi consimilem, patet quantum puniendi sunt specialiter prelati ecclesie et christiani singuli qui in facto despiciunt istam vitam. Sed sicut quicunque peccator non nocet Domino sed maxime sibi ipsi, ita qui nititur sic frustrare non frustrat Dominum sed se ipsum. Deus enim est *lapis offensionis* et inmobilis in quem offendentes ipsi non nocent sed maxime sibi ipsis.

Et moveret ad complecionem istius sentencie quod *omnes debemus esse expectantes beatam spem*, hoc est, fructum spei, quia spem in sua natura habemus continue sed a fruicione beata in via deficimus quam post diem iudicii firmiter expectamus. Ideo cum adventus Christi ad illud iudicium sit gloriosus et parate in veste nupciali a singulis expectandus, patet cum quanta diligencia debemus hunc magnum Deum dignius expectare; nec Apostolus nude incutit timorem Dei vel Domini sed amorem ac amiciciam domini Jesu Christi; cuius gratitudo ex hoc convincitur quod non solum dedit nobis primo beneficium incarnacionis, nec solum secundo conversando cum hominibus dedit beneficium instruccionis, sed tercio (quod maximum est) *dedit pro nobis seipsum* in hostiam satisfaccionis, *ut nos plene redimeret ab omni iniquitate* originali et actuali et lavaret redemptos in suo sanguine et aqua que de latere eius fluxerant

We are to look for the coming of Christ.

2. A: Jeremiam sequitur lacuna. 3. Recte: et loquens. 6. F: sancto deest. 12. A: asperuit. 22. A: istius opis sentencie i. c. 26. A: cum deest. 27. A: gloriosius. 28. A: expectamus.

2. Jerem. VII, 13; XI, 7; XXXV, 14. 23. Ad Titum II, 13. 36. ib. 14.

et per consequens faceret *nos populum acceptabilem* Trinitati, supposito quod simus virtuosorum operum sectatores. Et in hoc ostendit sentencia (Deuteronomii XXXII°, 4) quod *Dei perfecta sunt opera;* nichil enim ultra nobis debuit facere et non fecit. Sed finaliter precipit Apostolus Tito et in eo cuicunque episcopo in ecclesia succedenti quod hec *loquendo predicet et* ad complecionem eorum effectualiter *exhortetur*, non in quacunque forma sed in Christo Jesu domino nostro.

The apostle's command to preach.

Of what kind the preaching should be.

Ex ista doctrina finali notare posset fidelis, primo quomodo quilibet episcopus vel sacerdos debeat predicare, secundo quomodo evangelium salutiferum debeat predicare, et tercio quomodo secundum formam Christi et non secundum adinvenciones adulterinas modernas debeat predicare, quia dictum est Sermone tercio huius quod sacerdotes Christi non debuerant dotacionem cesaream recipisse.

Rulers should disendow the Church.

Dubitatur circa istam epistolam utrum liceat secularibus dominis dotacionem receptam destruere et ad ordinacionem Christi primariam clerum suum reducere. Et videtur quod sic, quia cum Apostolus et Titus et per consequens quicunque episcopi debuerunt secularia desideria abnegare, sed cum manifestum seculare desiderium inseparabiliter consequitur ad dotacionem huius dominii secularis, manifeste videtur quod seculare brachium debet ad hoc singulariter laborare.

Item, ex ista eadem epistola seculares domini non debent solum in Natali vivere sobrie, iuste et pie sed continue. Hoc autem non facerent, si sacerdotes in ecclesia tam iniuste ac impie occupare bona Christi permitterent, igitur hoc non debent; nam omittendo vel operando in isto singulariter consentirent.

Bishops should resign their endowments.

Item, ex ista eadem epistola omnes episcopi licet fuerint cesarii debent tria hic tacta beneficia populo Christi predicare. Sed predicarent diabolice, si in dotacione cesarea viverent Christo contrarie, ergo omnem talem dotacionem debent dimittere. Nec dubito de ista sentencia, cum ipsam sim diffuse alibi prosecutus. Unde (si non fallor) in isto crimine est ecclesia tam domi-

1. F: faceret eos. 2. F: supposito twice. 6. F: Apostolus deest. 7. F: ecclesia succedente quod hoc loquendo predicit. 13. A: quomodo deest. 14. A: adinvencionis; ib. F: modernos. 18. F: licet; ib. A in marg.: Dubium. 21. A in marg.: 1. 23. Codd.: cum deest. 24, 25. A: huiusmodi dominii seculare. 27. A in marg.: 2. 33. A in marg.: 3.

15. Vide supra, pag. 20 et seqq.

norum secularium quam episcoporum et eis consenciencium nimium maculata.

Objections of a certain friar.

Sed contra istud instat quidam pseudofrater idiota nimis ignarus et fabricat modo suo multas argucias, primo per hoc quod ecclesia in casu quo privaretur suis dotaliciis in numero ac ministeriis ecclesiarum deficeret et (quod plus est) in hospitalitate et elemosinis pauperibus erogandis. Secundo notat per modum argucie quomodo rex Osias factus est leprosus, non quia voluit tollere ius sacerdocii sed (quod multo minus est) quia usurpavit licet zelo devocionis officium sacerdocii solummodo una vice.

1. The Church would fail in hospitality and alms.

Example of Uzziah.

Answer.

Istum infamem binarium preter verba improperatoria inculcat ad plurimum dictus frater, sed protestor quod si ipse vel alius docere voluerit vel racione vel scriptura quod quecunque sentencia quam ego detego sit falsa vel ad edificacionem ecclesie non dicenda, volo paratissime ipsam revocare; sed quoad istas duas infames argucias constat fidelibus quod sunt nimis informes et indigne equiparari | (Fol. 242a) sophismatibus Antichristi. Nam (Act. VI°, 2) ex fide legimus quomodo apostoli dixerunt *non esse bonum illos ministrare mensis et relinquere verbum Dei*, ergo multo magis non foret bonum episcopos in negociis et dominiis secularibus se cece involvere; nec dubium fideli quin talis dotacio sit maior cum mundo involucio quam mensarum ministracio. Christus autem, sui apostoli et dicti fratres tales elemosinas renuerunt. Quomodo ergo liceret in episcopis hoc venenum, ymmo (quod in fratribus est magis dampnabile) ipsi relictis suis monstruosis edificiis nec hospitant fratres alterius ordinis nec alienigenas sui ordinis nisi turpi commercio magis reddiderint quam receptum suum valuerit, si pro accumulandis et avare retinendis suis spoliis et bona pauperum quos meminit evangelium furtive predantur et in hospitaliciis ac impudice in domibus pauperum patrie evagantur. Ideo iste pseudofrater in casu quo non foret in capitulo phariseorum (Matth. XXIII°) *colando culicem et degluciendo*

The apostles would not serve tables.

Friars do not exercise hospitality.

3. A in marg.: In oppositum dubii. 5. A in marg.: 1. 6. A: dotaliis. 8. A in marg.: 2. 10. F: istius ius. 13. A in marg.: Responsio; ib. F: Istum autem. 14. A in marg.: Protestacio. 18. F: ipsam deest. 20. A in marg.: Ad primum. 21. A: Act. VII. 28. F: luceret. 33. F: per actum laudis et avare; A: amare. 34. A: quos inveniunt. 37. F: quo deest. 38. A: Matthei XXI; ib. A: gluciendo.

9. II. Paral. XXVI, 21. 38. Matth. XXIII, 24; VII, 3—5.

*camelum eiceret primo trabem de suo oculo, antequam festucam de oculo fratris* tam stulte imponeret. Sed pharisei miracula Christi et legem suam calumpniati sunt suis versuciis (ut patet Luce II°). Unde *a fermento istorum phariseorum est fidelibus precavendum* (ut Christus docet Luce XII°).

2. As to Uzziah the friar assumes too much,

and assigns an unfounded reason for Uzziah's punishment.

Quoad secundam arguciam patet quod concessio facti quod rex Osias percussus est lepra, quia voluit sacerdotis officium usurpare, quod fuit in eo nimis magna fatuitas, ymmo ex superbia hoc fecit (ut patet II° Paral. XXVI°); et sic propter istam causam vel aliam Deo absconditam patet quod frater more suo nimis falsum assumit superflue consequenter, cum addit quod Osias non percussus est lepra, quia voluit tollere ius sacerdocii, quia ius sacerdocii est, ut sine usurpacione alieni de ecclesia sacerdos occupet specialiter ministerium, quod ex limitacione divina est sibi proprium. Et sic creditur falsos fratres peccare continue usurpando sibi sine fundacione ministerium curatorum.

Sed sicut pseudofratres preter fundacionem (nisi forte fuerit Antichristi) monstruose occupant legem ecclesie, sic iste idiota sine fundacione vel racione garrit ut graculus, et ita ex sompno non fundato capit in minori quod in isto rege fuit minus peccatum sic usurpasse ex devocione sacerdotis officium solummodo una vice quam fuisset temporalia a sacerdotibus abstulisse. Cum enim Christus striccius mandavit suis sacerdotibus nec dominia mundi habere nec in negociis secularibus implicari, patet quod omnium pseudofratrum sompnium non fundabit quod minus foret regem sacerdotis ministerium usurpasse quam foret ad rectificacionem ordinacionis Christi iniuste occupatum dominium a prelatis cesariis abstulisse.

He attributes to piety what was due to pride.

Secundo sompniat irregulariter quod rex Osias ex pietate sic fecerat, cum ex stulta presumpcione atque superbia videtur pocius sic fecisse.

2. F: de deest. 5. F: istorum deest. 6. A: Luce XII° deest. 7. A: concesso fratri; ib. A in marg.: Nota. Ad secundum. 10. A: ut deest. 12. F: quod sunt. 13. F: non deest. 15. F: ut deest; ib F: alicui de. 16. A: misterium. 17. F: sicut. 19. A: misterium. 21. A: locum ecclesie. 23. A in marg.: 1; ib. A: garrulus. 24. F: sicut. 28. F: neque. 31. A: usurpasse deest. 34. A in marg.: 2.

4. Marci VIII, 15.

Et tercio annectit sompnium licet magis probabile quod rex solum semel sic fecerat, et patet quod argucia idiote in materia deficit multis modis; et quoad formam patet quod more suo fundatur in argucia simiali. Sic enim pseudofratres quando deficit illis locus a sufficienti similitudine induunt habitum nedum arguendi ex factis in lege veteri sed frequencius arguunt a similitudine simiali. Sic enim syllogizant quidam quod ordo suus incepit in locis absconditis sub Helia, alii quod latitarunt in heremis diu antequam erant fratres qui se ipsos infundabiliter magnificant supra illos, ymmo si omnes tales argucie capi debent per locum a simili, evidencius arguitur quod introduccio falsorum fratrum in Christi ecclesiam seminat mendacia, litigia, bella et cetera mala que evangelium nostrum enunciat; nam a tempore quo intrarunt et (ut notant cronicantes) duo soles apparuerant, crevit talis perturbacio in ecclesia militante. Et concordat factum illorum nepharium, cum non sint sine contencione et emulacione continua in se ipsis nec cessant procurare divorcia et alia mala abscondita in brachio seculari; et talia indubie cum rapinis pseudofratrum de pauperibus ecclesie excitant ista mala. Sicut enim intoxicarunt sacramentum eucaristie et postmodum defendunt pertinaciter quod sit nichil, sic intoxicant alias veritates evangelicas, suas antichristinas fabulas extollentes.

This is the usual friars' style of argument.

They have poisoned the truths of the gospel.

Notarent ergo mundi principes quomodo rex Azarias, eo quod excelsa non abstulit, percussus est lepra (ut patet IV. Reg. XV°); ita timendum videtur mundi principibus quod percuciantur lepra Giezi (IV. Reg. V°) ex hoc quod fovent symoniacam pravitatem et ex hoc quod non auferunt excelsa edificia pharisaica monstruosa, ymmo ex hoc quod excelsa peccata superbie a clero non auferunt instar Christi (Matthei XXI°), non faciendo clero iniuriam sed per ablacionem suorum benefaciendo

The leprosy of Azarias was for not putting down the high places; a warning to princes.

1. A in marg.: 3. 3. In marg.: Nota. 4. F: quod deest. 5. F: quomodo deficit. 9. F: incepit. 11. A: infundatur; ib. A: sive illos. 12. A: per locum deest; ib. A: evidencius twice. 14. A: seminant. 15. A: denunciat. 25. A: evangelistas; ib. A: antichristianas. 29, 30. A: principalibus. 32. F: phariseica. 35. suorum; adde: bonorum.

16. Cf. Dec. Greg. IX, lib. I, tit. XXXIII, Cap. VI. *Solitae:* fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas magnas instituit dignitates, que sunt pontificalis auctoritas et regalis potestas. 13. It seems as if Wyclif did not know that the Azarias of IV. Kings XV, 5 is the same person as the Ozias II. Paral. XXVI, 21.

pseudophariseis et faciendo suis legiis iniuriatis iusticie complementum. Multa isti | pseudofratri dixerim diffuse, sed taceo, quia quidam doctor subtilis atque catholicus usque ad fundamentum destruit suas feces. Fol. 242b

## SERMO VI.

*Apparuit benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei.* Tit. III°, 4.

Christ's appearance a motive to virtue.

Ista epistola ut prior docet quomodo debemus in virtutibus nos servare; movens autem ad hoc efficacissime est istud quod *apparuit benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei.* Cum enim Christus mundo apparuit per carnem, nobis per fidem, patet eius benignitas ex hoc quod eternus natus est nobis ut puer. Benignus enim dicitur ethimologice quasi bonus ignis in Christo, ergo fuit in isto opere ignis excellentissimus caritatis. Nec solum fuit in Christi primordiis ista benignitas sed effectualiter eius humanitas in progressu, cum a tempore sue baptizacionis quo fuit triginta annorum (ut patet Luce III°) usque ad diem mortis sue efficacissime exemplavit ecclesie viam suam et demum viriliter dimicando contra diabolum ipsum et alios hostes hominis expugnavit. Quomodo ergo non resolveretur christicola in amorem ex tam benigna humanitate Dei et hominis humani generis salvatoris? Quod si gratitudinem operis attendas, patet quod Christus ex eterna et pura gracia istud fecit.

His example compels our love.

Without grace is no merit.

Ideo dicit Apostolus: *Non ex operibus iusticie que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.* Constat quidem ex condicione Dei quod non potest benefacere creature nisi ex sua gracia illud fiat; nam si benefacit homini, illud eternaliter intendebat, et cum non potest meritum antecedere, patet quod totum illud intenderat graciose, et per consequens, sicut beneficienciam illam graciose inceperat, sic graciose continuavit et fecit quicquid in quo homini benefecit; potuit enim si continue voluerit non fecisse et quamcunque suam fabricam destruxisse; tota ergo beneficiencia Christi est bonitati Dei et puro titulo gracie ascribenda;

5. A in marg.: In Nativitate Domini. 8. Cod.: Ista autem. 9, 10. A: efficasissime. 17. A: effectualis. 18. A: quadraginta. 24. A: gratutudinem. 37. A: beneficia. 38. A: bonitate Dei et; F: Dei est.

27. Tit. III, 5.

et illa circumstancia cause originantis per istam preposicionem *ex* communiter exemplatur. Nam ad Rom. XI°, 36 dicit Apostolus: *Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia.* Licet autem per opera iusticie potest homo mereri beatitudinem, hoc tamen non potest sine gracia precedente, ideo subtiliter dicit Apostolus quod *non ex operibus iusticie que fecimus nos* sumus a Domino sic salvati, licet per illa opera iusticie salvemur ex gracia precedente.

We are saved by mercy following upon grace.

Notet ergo fidelis totam mensuram prioritatis precedentis nostram salvacionem et videbit quod in tota illa prioritate qua sumus, sumus criminibus involuti. Quomodo ergo non ex pura gracia Deus incipit nos salvare? Deus enim quadam prioritate salvat nos, antequam salvemur ab ipso, et sic misericordia sequens graciam fuit medium liberandi nos a miseria ad salutem. Est enim misericordia compassio relevandi miserum a sua miseria; et sic videtur misericordiam Dei esse eternam, licet sibi insit miseracio tantummodo temporalis. Eternaliter enim est Deus misericors sed solum dum est miser peccato actualiter miseretur. *Salvamur autem in spe* (ut dicitur Rom. VIII°), licet nunc et diu post sumus multis penalitatibus miseris convoluti. Misericordia enim est primo et principaliter circa liberacionem hominis a peccato, salus autem eterna excedens facultatem nature non potuit dari lapsis sine gracia et misericordia, quamvis tam angelis quam hominibus servantibus statum innocencie sine misericordia sed non sine gracia posset dari.

Baptism a means of salvation.

Modus autem salvandi fiebat *per lavacrum regeneracionis et renovacionis*, quia per sacramentum baptismi. Cum enim homo fuit mortuus per peccatum, quamvis vetustata natura remanserat, necesse est si (reminiscere debet spiritualiter) quod regeneretur natus denuo (ut dicitur Johannis III°), et per consequens oportet quod vetus homo quantum ad peccatum active corrumpatur et natura substrata per graciam renovetur.

1. A: circumstanciam. 5. A: merere. 10. F: igitur. 14. F: proprietate corr. in: prioritate. 19. A: sibi deest. 22. A: IX°. 23. A: miseriis. 29. A: possit. 35. F: et per consequens deest. 36. vetus; F: verus with marg. corr. al. man.: vetus. 37. A: substata; F: substracta.

22. Rom. VIII, 24: *Spe enim salvi facti sumus.* 30. Ad Tit. III, 5. 35. Joh. III, 3: *Nisi quid renatus fuerit denuo.*

Baptism in material water not absolutely necessary.

Et si obicitur quod propria baptizacio in aqua materiali non absolute requiritur, ego confiteor cum sufficit baptizacio flaminis per meritum et effluxum aque materialis de latere Salvatoris. Ideo vere dicit Apostolus (ad Rom. VI°, 3): *Quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Nec oportet timere stultos sophistas qui contra istud obiciunt quod nec nunc est mors Christi nec fuit a tempore quo fuimus baptizati. Sufficit enim quod mors Christi est pro suo tempore in effectu et manet continue in profectu. Cum autem opera Trinitatis sint indivisa, licet actus intrinsecos proprios persone habeant, patet quod ista regeneracio ac renovacio fit quadam proprietate per Spiritum Sanctum *qui effundit* spiritualiter sed *habundancius* dona sua in animabus capacibus; ideo baptismus delet ex habundante gracia | quodcunque peccatum quod in- Fol. 242c venit in subiecto, quia si unum peccatum mortale remaneret, oporteret quecunque alia comitari et sic gracia nullum mortale tolleret, cum Jesus Christus salvator noster dat Spiritum Sanctum cum Patre, eo quod est cum illo unum et idem Spiritus Sancti principium. Signanter dicit Apostolus *quod Deus Spiritum Sanctum effudit per Jesum Christum salvatorem nostrum.*

The fruit of salvation is that we are heirs of God.

Fructus autem dicte salutis *ut iustificati per graciam* eciam in presenti *simus* quodammodo Dei filii et *heredes.* Heredes dico non hereditatis caduce, sed vite eterne; nec sumus nunc heredes in plena fruicione sed in spe, quia (Iª Joh. III°) scribitur: *Karissimi nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus, sed scimus, cum apparuerit, quia similes ei erimus.* Et omnia ista miracula fiunt in Christo Jesu domino nostro.

The Pope cannot confer grace more than other men.

Circa hanc epistolam dubitatur (ut sepe alias) utrum episcopus vocatus Christi vicarius posset conferre graciam, et patet ex fide quod non, intelligendo per graciam dictam formaliter bonam qualitatem anime secundum quam quis est formaliter gratus Deo; intelligendo autem per graciam quamlibet creaturam sutor et quelibet per-

1. A: in qua. 2. A: et confiteor. Recte: quod sufficit. 5. AF: Rom. V°. 6—8. F: Nec — tempore deest. 9. F: baptizati deest. 10. A: et — profectu deest. 11, 12. A: intrincicos; sic et in pluribus locis seqq. 12. A: proprior; F: proprios per se. 15. F: bona; ib. A: animalibus. 19. F: tollerat et. 27. A: sumus nec; ib. in spem. 32. A in marg.: Dubium. 36. F: gratis.

1. Cf. Trial. IV, 12. 14, 22. Ad Tit. III, 6. 24. ib 7.

sona de plebe potest dare graciam, quia donum Dei quod ab ipso Deo gratis datur; intelligendo autem graciam formaliter extorquetur alia signacio que in mentibus multorum sapit blasfemiam, scilicet quod conferre graciam sit sacerdotali ministerio alteri graciam promereri. Et sic episcopi vendicant quod in suis sacramentis conferant graciam, sed non simplices sacerdotes; verumptamen in isto ego non video quin quicunque de plebe posset ad sensum consimilem conferre graciam. Si enim episcopus episcopali ministerio meretur alteri graciam et sic illam graciam sibi confert, non videtur quin per idem quicunque plebeus conferret pape vel cuicunque graciam, supposito per possibile quod fideli ministerio eciam digniori mereatur graciam tali prelato. Quid rogo obesset quod ministerium meritorius non daret graciam, ubi ministerium deacceptius conferret graciam?

A bishop has not spiritual powers above a priest.

Item, si episcopus in confirmacione et ceteris suis sacramentis que sine fundacione scripture sibi propriat confert graciam, quare non simplex sacerdos qui in merito maior fuerit apud Deum, scilicet ex maiori merito, sacramenta conferens digniora? Olim enim non subfuit racio, quando idem erant episcopus et sacerdos, antequam enim exaltatum est vel verius prophanatum sacerdocium per dotacionem cesaream, quilibet sacerdos Christi vocatus est indifferenter episcopus vel sacerdos. Immo sancti doctores, in vita et doctrina mirabiles, dicti sunt a sanctis communiter esse pape. Prima pars patet XCV° dist. cap. *Olim*, et secunda pars testificata est per eundem Jeronymum et sanctos alios (ut dictum est tractatu De Papa).

If a layman may confer grace in baptism, why such limitations for confirmation?

Item, quilibet simplex christianus quantumcunque laicus potest mereri alteri quantumcunque nobili quoad mundum suam primam graciam, sicut potest eundem debite baptizare. Quare ergo non conferret illam graciam que ad Spiritus Sancti infusionem et fidelem ministracionem consequitur? Numquid credimus confirmacionem limitatam episcopo ex colligancia capitis confirmati cum panno sordido, cum oleo et ceteris ritibus plus valere

3, 4. A: mercibus. 5. A: misterio. 12. A: confert. 15, 16. A: misterium. 18. A: appropriatur. 20. F: scilicet deest. 23. F: excecatum. 24. A: cesariam; ita et in sequentibus locis. 26. A: sacerdotes. 27. A: ducti. 30. Rectius legendum esse videtur: tractatu De Potestate Pape. 34. A: offeret. 35. A: que ad; ib. F: fideles.

28. Decr. I. pars, dist. XCV, cap. V.

quam baptismus persone laice? Deliramentum foret sicut et observancia qua creditur quod pannus talis a solo presbytero debet solvi. Et idem est iudicium de quacunque absolucione presbiteri, in qua oportet concedere Spiritum Sanctum dari eque, sicut si papa a crimine tali absolveret. Numquid credimus *est personarum accepcio apud Deum* quod communicet potestate dandi graciam abiecciori suo ministro et ab accepciori subtraxit huiusmodi potestatem? Revera non foret racio nisi ut prelatus mundo superior foret venditor carior columbarum, sed debemus recolere quod (Johannis II°, 16) legitur quomodo Christus *hiis qui vendebant columbas dixit* singulariter: *Auferte ista hinc et nolite facere domum Patris mei domum negociacionis*. Cum enim Spiritus Sanctus apparuit in columbe specie Domino baptizato (ut patet Luce III°), per columbam Spiritus Sanctus intelligitur in scriptura, et consequenter per columbas intelligitur septuplex eius donum. Illi autem secundum Augustinum vendunt columbas, qui propter quodcunque donum Dei spirituale volunt quasi ex debito vel temporali commercio habere retribucionem aliquam temporalem; quod Dominus indubie multum odit.

Et patet solucio dubii quomodo vel debet negari, loquendo proprie de gracia et conferre, vel extendendo nomina, concedendo quod laici conferunt graciam modo suo, sed in ecclesia primitiva erant pauperes episcopi magis sancti. Ideo illi dicti sunt a doctoribus singulariter graciam contulisse.

Suspension only just when God has first suspended the offender,

Supposito autem hoc sensu scrutandum est ulterius quomodo episcopi et alie persone ecclesie sunt a suo ministerio suspendendi; et primo notandum est quod Deo | est proprium per se primo suspendere quemlibet suspendendum. Fol. 242d Nihil enim infidelius quam quod solus prelatus cesarius ut papa vel episcopus suspendit dignum suspendi; ymmo impossibile est ipsum quemquam iuste suspendere, nisi Deus prius ipsum suspenderit, quia aliter foret ipse Deus quem deus deorum presupponeret in iusticia exequenda. Unde (Osee IV°, 6) scribitur suspendendo presbytero: *Quia tu scienciam repulisti, ideo te repellam,*

1. A: baptimus; ib. F: sicut twice. 8 A: subiecciori. 14. F: enim deest. 15. A: Baptisto. 18. F: simplex. 20. A: spirituali. 29 A in marg.: Dubium. 32. F: quomodo licet. 33. F: quod deest. 35. F: ymmo deest. 37. A: ipse Deus deorum et.

18. S. August. Opp tom. IV, pag. 1463.

*ne sacerdocio fungaris mihi.* Et (I Reg. III°) legitur de gravi suspensione Hely et sui generis, eo quod filios suos indebite castigavit. Ymmo suspensio Dei se extendit ad reges et quoscunque superstites quos Deus de vita subtrahit per vindictam. Unde (I Reg. XV°, 23) legitur de Saul, quia impie pepercit hostibus Dei sui: *Pro eo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex.* Et sic senciendum est de peccatore quolibet vel iuste suspenso ab aliquo. Est enim suspendere ministerium vel bonum aliquod pro crimine prohibere, ut Deus quandocunque punit hominem pro peccato, suspendit eum a ministerio vel bono alio, et sic proporcionabiliter secundum quod variantur illa a quibus homo suspenditur, variatur et suspensio, ut alia est suspensio ab officio et alia a beneficio, ut loquuntur nostri satrape qui totum nomen suspensionis ad se trahunt a regibus. Unde videtur multis quod nullum officium prelatorum sapit maiorem blasfemiam quam usitata suspensio, cum debet capi ut fides quod quandocunque prelatus variat in suspensione tali a divino iudicio, errat in suspensione huiusmodi contra Deum; quod si suspensionem illam pertinaciter defenderit contra ipsum, indubie est blasfemus. Ideo nichil est in facto errabili de quo episcopus attencius precaveret. Alia autem est suspensio de facto et alia de iure cum aliis subdivisionibus que ex ista sentencia possunt capi. Suspensionem autem de iure oportet Deum principaliter regulare atque incipere, suspensionem vero de facto quandoque causat Deus immediate per se et quandoque cum hoc per ministros tam per servos fideles quam eciam per tyrannos.

as He does in punishing for sin.

Suspension de jure and de facto.

Sed descendendo specialius videndum est quomodo Deus generaliter suspendit prelatum a ministerio sacerdotalis officii, et videtur primo quod Deus quemcunque prelatum vel viatorem suspendit a suo officio vel ministerio, quando incidit in mortale. Patet ex hoc quod eo ipso quo quis irretitur mortali, peccat mortaliter quid in hoc fecerit (ut hic supponitur ex diffuse alibi declaratis). Sed cum Deus non approbat sed vetat

God suspends a prelate, when he falls into mortal sin.

2. A: grave; ib. A: Elie; ib. codd.: suspencio (et passim). 10. F: aliquid. 14. F: et deest; ib. A: nec alia. 16. F: nostri deest. 11. F: errat enim. 22. F: suspencacionem. 30. A: tamen hoc facit. 35. A: maiorem. 36, 37. A: Ex hoc ex eo ipso. 37. F: qui; ib. A: quic. 38, 39. A: ex diffusione alibi declaratur.

ut aliquis peccet mortaliter, patet quod omne talis prelati ministerium a Domino prohibetur et per consequens ipse a Deo suspenditur; nec est ponderandum, et si non suspenditur de iure humano, quia credere debemus quod de iure divino et a Sacerdote ac Domino qui non potest falli vel a proposito suspensionis sue decipi de facto suspenditur.

Grounds on which God suspends prelates:

Notet ergo fidelis in exemplo triplici supradicto si prelati nostri a Domino suspendantur: primo si repellant a se scienciam scripture et evangelizacionem; tunc enim suspenduntur a Domino (ut in minori casu legitur Osee IV°, 6). Nam prelati nostri habent utrobique maiorem

1. if they do not know the Scripture and preach it,

materiam predicandi et formam ac causas alias propter quas plus predicarent quam sacerdotes in lege veteri et minus exercent illud officium; ideo cum subsit maior racio et assit idem Dominus qui non potest de maiori crimine maiorem vindictam subtrahere, patet quod prelati nostri (si qui sunt huiusmodi) gravius sunt suspensi. Quoad secundam suspensionem factam a Domino notet fidelis si prelati nostri vel non puniunt vel culpa-

2. if they fail in discipline of their spiritual children,

bilius puniunt suos spirituales filios quam filii naturales Heli sunt puniti per ipsum. Et ad discernendum maioritatem illius culpe debet fidelis notare hec duo, primo quod prelatus plus obligatur spirituali filio quam secundum racionem qua obligatur suo filio naturali, et secundo quod magis detestabilis est punicio pro exhausta pecunia qua peccatum venditur quam est punicio remissa

3. if they spare God's enemies for private gain.

ad vindicandum Dei iniuriam pro naturali amore, sicut Heli videtur suis filiis pepercisse. Quoad terciam suspensionem tam in prelatis quam in regibus, notet fidelis si ipsi plus deferunt publicis inimicis Domini propter privatum commodum quam Saul Amalechitis propter cupidinem suorum temporalium deferebat; quod si sic, non dubium quin idem Dominus qui non potest preterire eandem iusticiam puniet gravius delinquentes. Unde signum evidens est de pene gravedine quod Deus differt penam usque post mortem et non eos punit temporaliter in hac vita sed permittit eos vagari in mundanis prosperitatibus tamquam reprobos incorrectos.

1. F: ut quis. 1, 2. A: omne tali mister. 4. F: suspenditur deest. 5. F: divino ac sa (!); ib. A: sacedote. 11. F: sequitur. 16. A: non nunc de. 17. A: subtraheret. 21. A: spirituales felices. 31. F: sibi ipsi. 34, 35. A: preire. 36. F: pene deest. 37. A: punit et.

God suspends all foreknown prelates.

Pro secundo prelatos prescitos Deus suspendit perpetuo tam ab officio quam beneficio quod occupant in ecclesia militante. Patet sic: Quicunque tales prelati iniuste faciunt extra graciam predestinacionis quicquid Fol. 243ª fecerint, | sed iuxta conclusionem priorem Deus suspendit de iure suo quemcunque in casu illo positum quo non possit beatitudinem promereri. Ergo conclusio. Nam constat ex fide quod quilibet prescitus in illo casu positus in quo ex Dei absoluta potencia non posset beatitudinem promererii, quia aliter foret possibile prescitum esse beatum vel Deum iniuste detinere mercedem a suo famulo promerente; sed primum noscitur sapere contradiccionem et secundum blasfemiam. Et ex isto musitant quidam tam de se ipsis quam prelatis aliis si vere conficiunt vel sacramenta aliqua administrant; ad quod solebam dicere quod sicut fidelis non debet de talibus nimium musitare, sic non debet partem affirmativam talium ut fidem accipere, sed citra fidem ex bonis operibus vel malis partem sequentem tamquam probabilem reputare, quia certus sum quod nec auctoritas nec racio subducta revelacione necessitat ad unam partem disiunctive vel aliam. Et stultum est contra divinam sentenciam temere iudicare. Et ex istis infertur tercia conclusio quod nemo debet in militante ecclesia accipere cesariam prelaciam. Patet ex hoc quod nemo debet prepositis duabus viis quarum una est certa et altera ambigua ambiguam viam accipere et magis facilem ac certam relinquere. Sed sic facit quicunque accipiens cesariam prelaciam; ergo conclusio. Maiorem dicit beatus Jeronymus et ponitur in decretis De Consecracione, dist. Vª cap. *Non mediocriter;* et patet ex fide scripture, cum sic facere foret temptare Deum et plus quam Christum descendisse de pinnaculo (de quo Matthei IV°). Minor autem patet ex hoc quod quilibet prelatus prescitus quidquid fecerit aggravat sibi penam. Ideo ut declarat beatus Gregorius in De Cura Pastorali quod melius foret molam asinariam ligari circa collum talis

Doubt whether such can duly administer the sacraments.

No one should accept such prelacy as prevails now,

1. A: secundo; F: Secunda conclusio. 6. A: in twice; ib. A: illo deest. 7. F: posset. 7—10. A: Ergo — promereri deest. 15. A: administrent. 22. A: Eciam stultum. 25. A: cesariam deest; ib. A: prelativam. 30. A in marg.: Jeronymus. 32. A: eciam plus. 37. F: asininam.

31. Decreti tercia pars, De Consecratione, dist. V, cap. XXIV.
36. Cf. S. Gregorii Moralium lib. VI, cap. 57, Opp. tom. I, 208; Reg. Pastor. pars I, cap. II, Opp. tom. II, pag. 4.

*of which the aim is worldly glory and gain.*

prelati et demergi in profundum maris. Stulta ergo foret accepcio huiusmodi prelacie que non habet pro fine nisi ad maximum mundanam gloriam et commodum temporale. Habet autem ex opposito magnum spirituale periculum et impedimentum a merito (quod est infinitum peius) nimium tardativum. Nam plus et securius posset prodesse ecclesie talem secularem excellenciam abnegando, et iterum (quod maximum est) Christus tam expresse prohibet usurpacionem huiusmodi (ut patet Luce XIVº et XXIIº ac Iª ad Timotheum VIº). Si ergo inobediens mandato prelati de iure suspenditur, quanto magis inobediens mandato principis sacerdotum? Sed infidelitas facit quod plus timetur et a mundo hoc exequente diligencius plus ponderatur humana suspensio quam divina.

## SERMO VII.

*Multiphariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime vero diebus istis locutus est nobis in Filio.* Ad Hebr. Iº, 1, 2.

*The divinity of Christ.*

In ista epistola docet Paulus Hebreos et cum hoc fideles alios expressius tempus gracie per mediacionem Christi Jesu, Dei et hominis. Solet enim queri ubi in evangelio asseritur Christum Deum, et patet quod, sicut in evangelio Johannis sepe asseritur ista conclusio, sed specialius tribus locis, sic in evangelio istius Apostoli. Nam Joh. Iº scribitur: *Omnia per ipsum facta sunt; quod Verbum caro factum est et habitavit in nobis* et Luce: *Omnia michi tradita sunt a Patre meo.* Et iterum Joh. Xº: *Ego et pater unum sumus.* In quibus locis patet expressius, quod Veritas dicit se ipsum esse Deum; et idem patet in tribus locis huius Apostoli, primo in epistola ad Titum, secundo capitulo (ut expositum est Sermone Vº huius), ubi Apostolus nunquam dixisset quod *apparuit gracia Dei salvatoris nostri* Christum intelligens, nisi crederet ipsum esse Deum et hominem. Et idem patet in capitulo tercio (ut exponitur sermone proximo precedente), ubi dicit conformiter *quod apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri Dei,* ubi

12 A: sacerdolum? Si. 16. In Cod.: In die Nat. 26. F: ipsum verbum. 29. A: Johannis.

26. Joh. I, 3, 14. 28. Lucae X, 22. 29. Joh. X, 30.

patet quod numquam vocaret Apostolus Christum nostrum Deum, nisi intenderit ipsum esse Deum verum. Et idem patet spissim in aliis dictis Apostoli specialius atque diffusius in epistola ad Hebreos.

This epistle written in Hebrew.

Istam autem epistolam dicitur Apostolum ultimo scripsisse suo generi in Hebreo, alias autem tredecim epistolas scripsit in Greco et Latino. Iste autem tres lingue erant tunc famosiores et ideo scriptum in cruce Christi *Jesus Nazarenus, rex Judeorum* (de quo Joh. XIX) erat scriptum *Grece, Hebraice et Latine.* Post biennium itaque postquam Apostolus appellavit Cesarem scripsit Hebreis istam epistolam ad destruendum fundamentalem errorem in eis, declarando quod Christus Messias in lege promissus fuit verus Deus et homo. Et quia auctor in lingua sua est clarior, ideo subtilius et compendiosius inculcat in ista epistola plures sensus. Tacet autem in ista epistola singulariter nomen suum, ne propter hoc quod fuit a pluribus sui generis exprobatus sentencia sua plus pateret contemptui.

Why anonymous?

God in the youth of the Church spoke by signs and figures.

Dicit igitur *Multiphariam* | Fol. 243b | *multisque modis* etc., hoc est, Deus qui est auctor cuiuscunque legis locutus est olim in iuvenili etate ecclesie multipharie antiquis patribus, hoc est, multis numero locucionibus et multis modis, hoc est, multis qualitatibus locucionum, quia per diversas figuras et velamina in sacrificiis et sacramentis nec non locucionibus Hebraicis, figuris realibus et diversorum generum visionibus in prophetis tamquam tubis, ita quod *multipharie* dicat divisionem materie et *multis modis* dicat divisionem forme loquendi. Et signanter dicitur *olim loquens*, quia apud Deum sunt cuncta presencia, preterita et futura. Et notatur quod ipse sit Deus tam novi quam veteris testamenti, sed in prima etate ecclesie locutus est rudibus sive iuvenibus per prophetas proporcionales rudes et pedagogos tamquam in alphabeto vel rudimentis fidei instruccionis. Novissime autem diebus gracie locutus est ecclesie per magistrum subtilissimum, scilicet per suum naturalem Filium incarnatum legem evangelicam subtilissimam non terrifice per angelum, ut in dacione legis Mosaice (Act. VII$^{o}$), sed plano sermone ac litterali quantum expedit viatori. Nec

In the time of grace He gives us plainly through His Son the evangelic law

3. F: patet deest. 5. A: ultime generi suo. 17. A: signanter. 22. F: iuvenile. 28. A: divisione. 30. A: apud eum. 31. A: vel futura. 35. Codd.: alpha. 39. F: Moysaice

9, 10. Joh. XIX, 19, 20.

dubium quin in isto Filio, qui est homo assumptus, fuit tota Trinitas presens specialiter, quia secundum Apostolum ad Ephesos *in Christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, non quod ipsa divinitas sit corporaliter, sed quod Christus qui est ipsa divinitas sit corporaliter, et ita quamvis Christus non sit Trinitas increata, quia solum secunda persona, ipsum tamen qui est ipsa corporalis humanitas concomitantur ubique Pater et Spiritus Sanctus, quia (Joh. XIV°, 9) scribitur: *Philippe, qui vidit me, vidit et Patrem meum; nescis quia ego in Patre et Pater in me est;* et sic quidam eliciunt ex hoc textu quod lex evangelica est completissima quia *novissime*, post quam non erit alia, manifesta quia *diebus*, non noctibus, et summe autentica quia *in Filio;* unde Danielis VII°, 7: *Aspiciebam in visione noctis.* Et sequitur: *Antiquus dierum sedit.* Erubescat igitur Antichristus qui religiones et tradiciones noviores presumit huic legi Dei conglobare.

Christ's preeminence.

Filius autem commendatur ex comparacione ad quatuor, scilicet ad prophetas, ad angelos, ad Moysen et sacerdotes legis veteris. Prefertur autem prophetis ille homo assumptus quoad potestatem, cum Trinitas inmutabiliter fecit eum heredem et possessorem omnium aliarum creaturarum iure filiacionis, cum sit eadem persona cum verbo primo. Secundo de ipso scribitur: *Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre.* Et sic ille homo verus fuit heres universitatis create, cum fuit personaliter verbum Dei. De ista autem hereditate Judei voluerant ipsum exhereditare (Matthei XXII°). Est ergo Christus dominus verus, quia *constitutus a Deo patre*, perpetuus quia *heres*, et solus quia *universorum;* et cum sit duplex natura scilicet humanitas atque divinitas, per eum Deus pater *fecit* non solum angelos sed eciam *secula* sensibilia cum suis singulis mensuratis. Ideo (Matthei ultimo) vere dicit: *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra;* et (Johannis primo): *Omnia per ipsum facta sunt;* unde secundum Augustinum ipse est ars omnipotentis Dei

Christ the skill of God.

9. F: Joh. IX°. 10. F: meum deest. 11. F: quidem. 12. A: Evangeliste. 18. F: domini coglbare. 19. F: commendebatur. 21. F: Profertur; ib. F: ad prophetas. 23. F: possessorum. 27. F: possessiones tuas. 28. A: creature. 30. A: exheredare; ib. F: Est igitur.

3. Coloss. II, 9. 26. Psalm. II, 8. 36. Matth. XXVIII, 18. 37. Joh. I, 3. 38. S. August. Opp. tom. II, 680 et seqq.

plena racionibus omnium creatorum. Et ille raciones vel idee sunt substancialiter ipse Deus. Sicut, nec ars illa potest distingui naturaliter ab ipso artifice; et ex isto patet eius dignitas. Oportet enim ipsum esse Deum, si sit creator idem essencialiter Deo patri. Ex isto infertur quod Christus cum sit verbum Dei est splendor lucis prime; que est personaliter Deus pater. Si enim in luce creata lux splendor et fervor sunt tres singule eadem essencia, quanto magis in essencia increata lux splendor et fervor, hoc est, Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt singuli eadem essencia increata.

Christ the form or image of God,

Quia ergo verbum est actus vel forma a patre vel luce procedens, ideo subtiliter dicit Apostolus quod *sit splendor patris;* ideo (Sap. VII°, 25) de sapiencia ista dicitur: *Vapor est enim lucis virtutis Dei et emanacio quedam est claritatis omnipotentis Dei sincera.* In omnibus autem istis oportet fidelem cognoscere quod construccio sit intransitiva quoad substanciam et quandoque transitiva secundum proprietatem que pertinet ad personam; et iterum figura vel caracter substancie Patris, quod enim ymago (ut dicitur Col. I°), et cum figura illa non potest esse accidens figurato, quia sic illa substancia infigurata posset intelligi et informis, patet quod illa *figura* est *substancia* eadem Deo patri.

the supporter and ruler of the universe,

Tercio vero est *portans omnia verbo virtutis sue*, id est, sustinens et gubernans universitatem creatam suo imperio, et sic per primum patet quod est eque gloriosus cum Patre, quia omnino talis qualis est Pater. Patet per secundum quod est coeternus Patri ac inmensus ut Fol. 243c Pater, et | per tercium patet quod est coomnipotens Patri (ut dicitur in symbolo Athanasii). Sed quarto tangitur Christi humanitas, secundum quam circulus intelligibilis est quadratus, dum dicitur purgacionem peccatorum faciens. Quamvis autem tota Trinitas faciat purgacionem peccatorum et redemit totum genus humanum, tamen dispariter homo Deus, quia ipse inseparabiliter fecit opus cum Patre et Spiritu secundum suam deitatem et preter hoc fuit passus pro homine secundum suam humanitatem, quod non potest competere Trinitati; unde contendunt scolastici si homo plus obli-

the purifier from sin.

2. A: sicut enim. 3. A: eciam ex. 5—7. A: Deo patri — personaliter deest. 8. F: sunt deest. 13. A: precedens. 15. F; lucis deest. 16. A: quod est claritas; ib. F: claritas. 17. A: fidelem deest. 19, 20. A: est certum figura vel; AF: carecter. 21. F: id est imago. 26. A: sue imperie. 35. F: totum deest. 38. A: divinitatem. 39. A: expetere.

gatur Filio quam Patri suo, et videtur mihi quod non plus obligatur Trinitati vel alicui persone divine quam obligatur cuilibet, quia si bonitas attendatur, eadem est bonitas utrobique, et si beneficiencia attendatur, quelibet persona divina tantum benefecit homini; nam quicquid facit aliqua persona divina inseparabiliter facit quelibet; ideo in nullo benefecit homini Jesus Christus quin in illo benefecit sibi tota Trinitas. Verumptamen sicut Christus habebat humanitus unum bonum modum faciendi qui non potest competere Trinitati, sic habet unam racionem et habitum propter quem homo est sibi dispariter obligatus, sed non plus; quia undique tante quante homo poterit obligari, sed post istam purgacionem sedet *a dextris Patris in excelsis*, hoc est, fruitur pocioribus bonis Dei humanitus super quamlibet aliam creaturam.

Christ higher than the angels;

Quia autem iste quatuor condiciones angelis non possunt competere, patet quod Christus nedum excellit prophetas sed eciam ipsos angelos nedum divinitus infinite sed eciam humanitus, cum humanitas sit caput ecclesie *tanto melior angelis effectus quanto differencius pre illis nomen hereditavit*. Ubi multis videtur quod scriptura loquitur de Christo humanitus, cum non fuit effectus divinitus, licet logici dicant quod tota Trinitas fecit se meliorem angelis eo ipso quod fecit angelos; nam quod Trinitas sit melior angelis est veritas que incepit. Argumentum autem Apostoli quod Christus fuit *melior angelis effectus* stat in isto quod tota Trinitas et sic Christus differencius supra angelos hereditavit homini assumpto nomen reale. Deus autem non dat nomen nisi ad correspondenciam dignitatis. Nomen autem quod Deus imponit et dignitas vel sunt idem vel inseparabiliter se sequuntur. Nam (ut patet Philipp. II°, 8): *Deus dedit sibi nomen quod est super omne nomen*, cum tota Trinitas fecit hominem ipsum Deum, hoc autem est excellencius quam nomen aliquod angelorum. Nullus enim illorum potuit esse ypostatice ipse Deus; ideo querit Apostolus *cui angelorum* unquam dixit Deus: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, quasi diceret nulli; cum

of whom none could be God.

1, 2. A: Filio — obligatur deest. 3. F: quod si. 3, 4. F: eadem — attendatur deest. 4. A: quilibet. 6. F: quilibet. 7. F: qui in illo. 8. A: sicut deest. 9, 10. AF: que non. 13, 14. Codd.: sedet dexteris. 14. A: porcionibus. 16, 17. A: angelis non possunt angelis. 19. F: humanitus. 20. F: melius. 25. A: incipit. 33. A: est deest. 36. F: apostace.

14. Heb. I, 3. 20. ib. 4. 37. Hebr. I, V.

ergo hoc nomen dedit sibi (ut patet Psalmo secundo) et hoc non transitorie sed hereditate perpetua, patet excellencia Christi super cunctos angelos, et signanter dicit Apostolus *cui angelorum* pluraliter; cum Christus vocatus est angelus, quia a patre missus ad annunciandum populo verbum Dei (ut patet Isaie IX°) et pertinet Apostolum allegare Hebreis hunc psalmum, quia tam ipse psalmus quam eius sensus predictus fuit eis valde autenticus, ita quod hoc sit verbum Dei Filii quem ipsi vocant Messiam, Dei filium naturalem eternaliter genitum quod oportet signari per hodie. Eternitas enim est secundum Boecium interminabilis vite possessio tota simul et rursum primo Paralip XVII°, 13 dicitur a Deo patre: *Ego ero illi in Patrem et ipse erit michi in Filium.* Licet autem dicatur quod ista verba ad literam dicuntur de Salomone, tamen principalius dicuntur de Christo, cum de Salomone non dicantur, ut Hebrei concordant nisi de quanto figurat dominum Jesum Christum. Alii autem dicunt quod ista sunt verba Ysaie et possunt sentencialiter colligi ex illo Ysaie XLI°: *Ecce puer meus* et cetera. Et ita dicit Deus de futuro: *Ero illi* etc. propter futuricionem incarnacionis et temporalitatem exemplacionis in filio adoptivo. Et tercio arguit Apostolus ex prophecia eiusdem domini David notans quomodo Deus pater cum introducit primogenitum, ut cum hominibus conversetur post incarnacionem dicit de Christo illud Psalmi LXXXXVI°, 17: *Adorent eum omnes angeli Dei;* et idem fiet in finali iudicio. Et patet quod Dei filius sic adorandus excedit naturam quamlibet angelorum, nec curavit Apostolus sive post habuerit *adorate eum omnes angeli Dei,* cum utrobique dicitur eadem sentencia, et sentenciam est pertinens Apostolo allegare.

Christ called an angel.

Angelis autem aptavit Deus ad proximum nomen inferius, nam illos creatos spiritus *facit Deus angelos suos* (ut patet sepius in scriptura), et illos de Seraphim, Fol. 243d qui est supremus ordo quasi urens in caritate *ut ignis* |

God makes some spirits to be angels and the Seraphim He makes His ministers;

1. F: hoc deest; ib. A: nomen si; ib. A: primo secundo. 4. A: plura. 6. A: ut — IX° deest. 8. A: postquam. 13. AF: XXII° dicitur. 16. F: tam. 18. A: Deum. 19. F: ista deest. 20. F: Isaie deest. 23. A: arguitur; ib. A: domini deest. 26. A: LXXXXIX°: ib. F: LXXXVIII°. 28 F: eius filius; ib. A: creaturam. 29. post; F: prius (?). 30. Recte: Dei sive post. 31. A: sentenciaque. 32. A: adoptavit; ib. A: maximum. 33. F: facit twice.

11, 12. Cf. Boethius, De duabus naturis et una persona Christi. 13. Hebr. I, 3. 20. Recte Isaie VII, 18: *Ecce ego et pueri mei.* 26. Hebr. I, 6. 35. Post Trinitatem primi sunt Seraphici spiritus toti flammei et ardentes. Joannes Colet, De Caelesti Dionysii Hierarchia Cap. VII, (Matthew).

whereas Christ is enthroned eternally.

facit Deus *ministros suos* (ut dicitur Psalmo CIII°, 4). *Ad Filium autem dicitur* (Psalmo XLIV, 7): *Thronus tuus Deus in seculum seculi, virga equitatis, virga regni tui,* ubi videtur quod Christus vocatur Deus, quod suum iudicium est eternum et quod disciplina sua qua castigat ut virga filios est regula equitatis, quia lex tua veritas; et Psalmo II°, 9 dicitur: *Reges eos in virga ferrea inflexibili,* ideo oportet *thronum tuum firmari* (ut patet Prov. XXV°). *Dilexisti iusticiam,* hoc est, omne bonum, *et odisti iniquitatem,* quia omne malum culpe, quod pertinet dignitati sapiencie increate, quia Sap. I°, 1 dicitur: *Diligite iusticiam* et XIV°, 9: *Odio sunt Deo impius et impietas eius. Propterea* ut faceres vel quia hoc facis, *unxit te Deus* tam corporis tui quam anime, faciendo te inpeccabilem *oleo exultacionis pre participibus tuis,* hoc est, gracia unionis pre cunctis aliis personis humani generis; nam secundum hominem Deus unxit eum gracia ut regem et pontificem, ut prophetam et pugilem et hoc pre omnibus sanctis qui plenitudine sua participant.

Christ is above the angels in possessing creative power.

Quarto excellit angelos secundum naturam divinam quoad creandi potestatem, quia *tu Deus in principio temporis* et principio sapiencie increate, *terram fundasti* (ut patet Gen. I°), et Psalmo CI°, 26 *et Opera manuum tuarum sunt celi,* et quelibet pars universitatis create et propter istam similitudinem dicitur pluraliter habere manus sive creandi potencias, nam Deum posse creare tam spiritualem quam materialem naturam, distinguuntur saltem secundum racionem sicut manus dextera et sinistra. Secundo *ipsi peribunt* quoad duracionem perpetuam (ut patet IIª Petri II° et Isaie LI°) *tu autem permanebis* post omnem creaturam, cum sis novissimus atque immobilis (ut patet Apoc. I° et Jacobi I°) *et omnes ut vestimentum veterascent,* quia sunt ad minimum alterata.

Christ is unchangeable.

Et tercio quoad status inmutabilitatem, quia *velut amictum mutabis eos et mutabuntur,* quia omnes creature ut pannus inveteratus innovabuntur in iudicio tam faciliter sicut amictus plicatur et extenditur; unde Apoc. XXI°:

5. F: sua deest. 9. F: id est. 13. F: faceret; ib. F: hec. 18. A: regem ut; ib. A: prophetam ut. 19. A: sanctis plenitudinem suam. 23. A: CI° deest. 26. A: potencia; nam. Hic verbum excidit. 30. F: Isaie 5. 32. F: et deest.

1. Hebr. I, 8. 3. Psalm. XLIV, 7: *Sedes tua ... virga direccionis.* Hebr. I, 8: *Thronus tuus ... virga aequitatis.* Wyclif gives reference to Psalm, but quotes from Hebrews. 13. Hebr. I, 9.

*Vidi celos novos.* Sic ergo plicabuntur in statum inmortalitatis perpetue, sed eternitas tua est inmobilis; ideo in Deo sunt idem annus dies, et instans eternitatis, et patet excellencia Christi supra alias creaturas. Istam autem epistolam et eius evangelium *In principio erat verbum* non expedit laicis particulariter reserare sed dicere illis in compendio quod utrumque istorum evangeliorum diffuse declarat ut fidem quod Christus sit eternaliter verus Deus et quod eadem persona fiebat ex tempore ex beata virgine verus homo, sed circa istam epistolam dubitant et variant multi scolastici utrum Christi humanitas sit idem Deus qui est Trinitas et utrum ipsa humanitas sit ut Christus infinitum bona, sicut videtur epistolam istam innuere. Et musitant multi infatuati moderni quomodo ista humanitas foret Deus, nisi foret Trinitas et ipsa divinitas et per consequens infinitum bona ut Deus, sed fideles derident istum errorem et istas argucias sophistarum concedentes cum Anselmo in De Incarnacione quod, sicut una natura divina est multe persone, sic media persona divina est multe nature, quia temporaliter humanitas et eternaliter divinitas. Et est paritas solucionis utrobique quoad silogismum expositorium et alios paralogismos. Et ita negatur tamquam impossibile quod humanitas Christi sit divinitas, licet sit personaliter ipse Deus; nec est ipsa humanitas infinitum bona, licet sit homo qui est infinitum homo Deus, sed sicut ille homo est melior homo quam alius, sic sua humanitas est melior quam reliqua creatura. Nec oportet proporcionem racionalem expetere, sicut nec proporcionem aliarum graciarum hominum et gracie unionis.

Doubts raised concerning Christ's humanity,

which is not infinitely good.

## SERMO VIII.

*Quanto tempore heres parvulus est, nichil differt a servo, cum sit dominus omnium* Gal. IV°, 1.

In ista epistola declarat Apostolus libertatem ecclesie in quadam similitudine, eo quod liberata est per Christum ab observancia legalium et ut heres in etate pleniori

The parallel of the Church with an heir.

1. F: igitur. 4. F: super. 7. A: utramque. 11. A: viapant; ib. A in marg.: Dubium. 12. A: qua est. 16. F: deitas. 23. A: perlogistuos; F: perlogismos. 27. A: melior hom; ib. F: quam deest.

1. Vulgate: *Et vidi celum novum.* 19. Cf. De Benedicta Incarnacione, pag. 144. Anselm. De Incarn. Verbi. II, 88. 32. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 238—240.

tamquam vir sine timorosis et puerilibus ritibus pertractanda. Similitudo autem Apostoli stat in isto quod secundum leges humanas et consuetudines quanto tempore heres parvulus tractatur pueriliter tamquam servus, sic adultus ad regnum recipitur et honorem, licet secundum disposicionem propinquam differat a nativo, cum in potencia sit dominus omnium temporalium patris sui. Sed contra istam sentenciam instant sophiste quod heres si | nichil differt a servo et sic cum servo est servus, et per consequens non est cum hoc dominus omnium. Sed erubescant parvuli ex ignorancia qua nesciunt de virtute sermonis verba Apostoli impugnare. Patet sic: Christus qui est *heres* regni et Dei filius amabilis pro toto tempore quo *est parvulus nichil differt a servo, cum sit dominus omnium,* ergo verba Apostoli sunt verba de virtute sermonis apud quemcunque logicum.

Carping objections.

Fol. 244a

Christ is servant as to His manhood, lord as to His godhead.

Et antecedens patet ex hoc quod Christus est servus secundum humanitatem et dominus omnium secundum divinitatem, sicut est simul Deus et homo. Quod autem Christus sit servus Dei patris ex hoc evidet; et ministrat toti Trinitati atque ecclesie, et per consequens est servus a ministerio, licet liber fuerit a peccato; et in isto concordant Ambrosius et sancti ceteri. Non enim Christus diceret eius digniori vicario: Quicunque voluerit inter vos primus esse erit vester servus nisi ipse in persona sua prius exemplariter foret servus, ideo sicut servit vel ministrat ecclesie, sic indubie est Deo et ecclesie summus servus dignissimus et utilissimus. Christus autem vocat se ipsum *ministrum* sepius, ideo indubie concedendus est ad sensum consimilem esse servus. Quando enim scriptura vocat apostolos *servos,* non intelligit eos servos a condicione sed a ministracione.

So he who is in grace is servant of God yet lord of all things.

Secundo vero verificatur proposicio Apostoli quoad verba de quocunque herede baptizato et existente in gracia, dum est parvulus. Ipse enim nichil differt a servo, cum sit servus Dei et cum hoc est dominus omnium, quia *iustorum sunt omnia;* ideo parcatur sophistis, licet nesciant falsificare hec verba Apostoli; sed ad sensum suum notanda sunt verba Apostoli ulterius quod *talis heres parvulus sub tutoribus est usque ad prefinitum tempus a patre. Tutores* autem dicuntur illi qui ad tutelam parvuli limitantur ac *tutari* quod est

The heir is undertutors;

40. Gal. IV, 2.

frequenter defendere, et *actores* secuntur defendendo iuridice bona que parvulo pertinebunt. Unde *actor* apud grammaticos dicitur defensor, patronus, causidicus et advocatus et est *actitare* frequenter agere.

so the Church was trained under sensible observances.

Correspondenter ergo ad istam similitudinem Deus educavit ecclesiam, nam in principio quando ecclesia erat parvula etate et sciencia et sic petulans, et indiscreta servivit sub partibus mundi, figuraliter noscendo futurum seculum per sabbata et neomenia et per alia que ceperunt ab astris et principiis intrinsecis mundi que figurarunt tempus gracie et futuram beatitudinem consequentem. Unde tota lex vetus dicitur quasi alphabetum quod pro lege veteri discebatur a populo Hebreorum. Sed pro tempore legis gracie legi debet sua sentencia et frui debet christianus fructu quem posterius germinavit. Unde per hunc textum notandum quod Apostolus sub isto pronomine *nos* intelligit totam ecclesiam successivam et iterum *elementa* intelligit partes mundi ut celum et astra que prius ecclesiam in alphabeto tradito instruxerunt; pedagogus enim facit suos discipulos subservire.

Now we should lay these aside,

Et tercio notandum quod sensus Apostoli est quod tempore legis gracie fideles legant figuralia de Messia, credendo ipsum venisse, et sperando per ipsum beatitudinem dimittant astronomiam et cerimonias ac ritus veteres tempus gracie figurantes. Sed heu hodie introducte sunt infundabiles ceremonie Antichristi ad quarum observancias plus quam ad decalogum nostra limitatur ecclesia, et sic in discibilibus et operabilibus saluti sue inutilibus plus quam iuvenis ecclesia insolencius et multiplicius evagatur. Nec mirum quia viduata a Christo et suis apostolis ducitur per tradiciones frivolas Antichristi et sic tamquam anus decrepita in modis puerilibus iuvenescitur et sopitur nimis magna pars doctrine Apostoli in epistola sua ad Galatas et Hebreos de cessacione legalium et libertacio ecclesie. *Ubi*, inquit, *venit plenitudo temporis, quando pater noster celestis* decrevit nos esse discrecius instruendos, *misit filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adopcionem filiorum reciperemus.* Fuit autem Christus factus ex muliere et per consequens vere factus

but more burdensome ones are introduced by Antichrist.

10. Cod.: seperunt. 11. Cod.: beatitudine. 16. Cod.: hoc textum. 20. Cod.: et petagogus. 22. Cod.: legam. 26. Cod.: et earum. 29. Cod.: invenies. 35. libertacio scil. sopitur. 37. Cod.: discresius.

35—39. Gal. IV, 4.

Christ was born to redeem us to liberty.

et creatus, sicut simpliciter fuit homo. Ideo deridendi sunt qui negant consequenciam: Si Christus factus est ex muliere, tunc realiter fuit factus, ac si iste terminus *ex muliere* sit distrahens ut iste terminus *mortuus;* nam beata virgo fuit viva in Christi nativitate et totum quod Deus in ipsa excercuit fuit sine ficticia positivum, ut docet Augustinus cum sanctis. Fuit eciam Christus factus sub lege ad confirmandum legem veterem et ad optimandum ipsam secundum sensum suum misticum cum lege gracie, sed finis tocius huius operis fuit *ut eos qui sub lege erant* oppressi ut servi *redimeret* ad gracie | libertatem et per hoc ad perpetuam beatitudinem. Fol. 244b

Instead of Christ we are governed by an impostor who misleads us into slavery to the devil.

Sed heu Antichristus qui dicit se esse immediatum Christi vicarium frustrat cum suis complicibus istum finem. Nec dubium quin in hoc sit Christo magis contrarius a catholicis detestandus; nam relicto magistro optimo Jesu Christo per Trinitatem dato ecclesie super pedagogos et actores in lege veteri recipitur ex parte diaboli trutannus rudissimus qui scole predicte magistri nimium adversatur, et sic cum trutannus dicitur quasi trudens annos, predictus Antichristus de tempore gracie nimis perdit; et sic cum finis laboris Christi fuit *ut adopcionem filiorum reciperemus,* hoc est, ut libere regeneremur per graciam in Dei filios adoptivos, facit dictus trutannus frustrans tam sanctum laborem Christi (quantum in ipso est) homines de scola sua filios diaboli et per consequens abiectissimos eius servos.

Let us renounce him for Christ.

Sed o vos cordati qui renunciastis dyabolo et pompis eius, *quoniam estis filii Dei et misit Deus spiritum Filii sui in corda vestra clamantem Abba Pater,* abiciatis et disrumpatis vincula huius trutanni et libere resumatis puras lecciones huius magistri piissimi. Unum autem patrem habemus in celis qui dedit per se legem sufficientem ad regimen universalis ecclesie militantis, ideo nichil fideli et legi cuiuscunque episcopi nisi de quanto se fundaverit in scriptura. Unde tiriaca est contra quoscunque pseudotrutannos quod precise de tanto obediatur et credatur eis de quanto in hoc obeditur vel domino creditur Jesu Christo. Si autem plus exigunt sunt manifestus Antichristus qui *extollitur super Christum.*

13. In marg.: Contra papam. 18. Cod.: pedagogo. 25. Cod.: frustrant. 30. Abba. in marg. 31. Cod.: resimatis.

10. Gal. IV, 5. 29. ib. 6. 40. I. Thess. II, 4.

Gregory XI., his blasphemous claims to bind and loose.

Cavendum itaque est de talibus, cum Romanus episcopus Gregorius excedens decalogum dicitur catholicasse quod eo ipso quo ipse vel alius Romanus episcopus pretenderet se quovismodo solvere vel ligare, eo ipso sic solvit vel ligat. Et manifestum est quod nunquam a nativitate Christi fuit patencior blasphemia usurpata. Ideo caveret tota ecclesia et brachium seculare precipue de tali heretico, cum inter alias hereticaciones suas dicitur stolide condempnasse quod domini temporales possunt auferre temporalitatem ab ecclesia delinquente. Sed nichil magis hereticum quam eius oppositum. Ideo dicit textus: *Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritum Filii sui in corda nostra clamantem Abba pater. Itaque iam non est servus sed filius. Quod si filius, et heres per Deum.*

We say Abba Father in saying Pater noster.

Quia autem Deus vult ostendere dictam filiacionem adopcionis, misit Spiritum Sanctum procedentem a Patre et Filio qui facit fideles re et voce clamare ad Deum *Abba pater*, quia omnes dicimus *Pater noster*. Est autem abba in Hebreo et Syro idem quod pater in Greco et Latino, et geminatur ad designandum quod eundem et magistrum habemus in celo quantumcunque in ligno fuerimus variati. Cum itaque fideliter confitens iam non est servus peccati sive diaboli sed Dei filius adoptivus, patet quod sibi debetur hereditas celestis de lege adoptivorum, hoc est, de gracia Dei, sic tamen quod observet gratitudinem filiorum, hoc est, defendat usque ad mortem legem ac libertatem Christi qua quoscunque sibi contrarios, quia aliter indubie forisfacit. Et in ista ingratitudine que est peccatum maximum peccant plurimi a tempore quo ex vecordia cessavit martyrium, cum nimis multi fatentur in facto Antichristum esse suum patrem dominum et magistrum.

The Pope and his accomplices are suspended by the papal law;

Quia ergo Sermone sexto huius dictum est de suspensione facta per Deum, dubitandum est ulterius, si Antichristus cum suis complicibus a Christo et suis legibus suspendatur, et videtur quod sic ex facto et lege papali quam suppono satrapis esse iustam. Scribitur enim

2. In marg.: Conclusio pape. 11. In marg.: Conclusio. 14. Cod.: filii. 34. In marg.: Dubium. 36. In marg.: 1.

2. This is evidently a reference to Wyclif's 10th conclusion condemned by Gregory XI. (Fasc. Ziz. 51) as line 8 is to the sixth. Cf. De Ecclesia, pag. 353. 12. Gal. IV, 6.

tertio Decretalium de Vita et Honestate Clericorum: *Cum fraternitati tue mandamus quatenus clericos vestre iurisdiccionis qui in subdiaconatu et supra fornicarias habuerunt studiose monere curatis, ut a se illas removeant, eas ulterius minime admissuri. Si vero acquiescere contempserint eos ab ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfaccionem condignam suspendatis, et si eas suspensi presumpserint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo removere curetis.* Unde quia non est defectus in lege sed in presuppositis prepositis qui eam practizarent, ideo superius eodem titulo dicit papa, *prelatos vero qui tales in suis iniquitatibus presumpserint sustinere maxime sub obtentu pecunie vel alterius commodi temporalis pari subiacere volumus ulcioni.* Et in decretis LXXXIII[a] dist. sub auctoritate beati Gregorii sic dicitur: *Si quis episcoporum fornicacioni clericorum consenserit prece vel precio non impugnando auctoritate sui officii debet suspendi a suo officio.* Que suspensio secundum Archidiaconum debet esse perpetuo equivalens | deposicioni propter difficultatem congregandi episcopos ad deponendum talem episcopum qui sic symoniace vendit iusticiam et quia metropolitanus eciam Romanus pontifex posset esse segnis quoad suos cardinales in execucione huius iusticie, ideo tercio ordinarunt leges aliud confusivum remedium, scilicet quod non audiatur missa sacerdotis ab illo cui est notorium sacerdotem illum taliter fornicari nec ministrentur sibi bona ecclesie ad fomentum sui facinoris. Nam XXXII[a] distinccione, *Nullus,* sic loquitur Nicholaus papa: *Nullus,* inquit, *audiat missam presbyteri quem scit indubitanter concubinam habere aut subintroductam mulierem.* Unde Alexander II eadem distinccione sic loquitur: *Precipiendo mandamus ut nullus*

which decrees suspension against prelates conniving at fornicating priests;

Fol. 244[c]

and forbids attendance at their mass.

1. Cod.: decretalis. Haec decretalis non in titulo De Vita et Honestate Clericorum, sed in titulo De Cohabitacione Clericorum et Mulierum (Decretal. Gregor. IX, lib. III, tit. II, cap. IV) habetur. In decret. rect. leges: *Fraternitati vestre per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus clericos vestre iurisdiccionis, qui in subdiaconatu et supra in domibus suis fornicarias habuerint, studiose monere curetis ut a se illas dilacione et appellacione cessante removeant* . . . . 14. In marg.: 2. 15. Recte Gregorii VII. Cp. Decreti Prima Pars, distinc. LXXXIII°, cap. I. Signis episcoporum. 17. In decret. text. sic habetur: *Si quis episcopus fornicacionem presbyterorum, diaconorum vel crimen incestus in sua parrochia precio vel precibus interveniente consenserit vel commissum auctoritate sui officii non impugnaverit, ab officio suspendatur.* 26, 27. Cod.: fornicarii. 30. Cod.: quem sit.

18. Archidiaconum scil. Guidonem de Baysis (archidiaconum Bononiensem) in Rosario. De Guidone Cf. Fabricii Bibl. lat. med. et inf. aetatis tom. III. 121. 29. Decr. Prim. pars, dist. XXXII, cap. V.

*missam audiat presbyteri quem scit concubinam habere indubitanter.* Et sequitur: *Unde et sancta synodus hoc sub excommunicacione statuit dicens: Quicunque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum post constitutum bone memorie predecessorum nostrorum sancti Leonis aut Nicolai de castitate clericorum concubinam palam duxerit vel ductam non reliquerit; ex parte omnipotentis Dei et auctoritate principum apostolorum Petri et Pauli precipimus et omnino contradicimus ut missam non cantet nec evangelium legat nec epistolam ad missam, nec maneat cum clericis neque partem ab ecclesia suscipiat.*

The Archdeacon says we are to withdraw tithes from such.

Super quo dicit Archidiaconus quod populus debet subtrahere a tali decimas voluntarias, quia *non beneficium nisi populo officium*, et cum omnes oblaciones et decime debent esse voluntarie, videtur (quod lex habeat efficaciam de omnibus bonis ecclesie) idem esse iudicium, quia aliter in casu non clericus proditor ecclesie ex consensu dampnabili de bonis ecclesie foveretur. Et cum idem vel maius sit iudicium de quacunque maiori fornicacione spirituali, videtur quod clericus inferior debet suspendi a superiori prelato propter quodcunque peccatum gravius spirituale. Et cum sit certum quod luciferina superbia in prelato, negligencia evangelizandi et avaricia Scariothis sint peccata graviora, quam fornicacio corporalis, manifestum est quod supremus prelatus cui ista peccata graviora sunt summe notoria, a suspensione non flectitur propter excusacionem aliquam culpa dignam.

The same rule should apply to all worse sins.

Almost all prelates must be provisionally suspended by God.

Ex quibus cum cursu status ecclesie satis fideli colligitur quod a papa usque ad sacerdotem infimum nullus excluditur a suspensione nisi forte talis qui irreprehensibiliter sequitur dominum Jesum Christum, quod indubitanter non convenit quibuscunque prelatis cesariis, quibuscunque evangelizacionem culpabiliter omittentibus aut quibuscunque aliquo sex generum consensus istis consencientibus. Et forte sic nullus est iam prelatus militantis ecclesie quin arraliter a Domino sit suspensus. Et cum omnes tales secundum leges ecclesie et legem divinam illicite ministrant ecclesie, patet quantum irregularitates tocius militantis ecclesie hodie sunt complexe, quod si excommunicacio talis prelati, suspensio vel quecunque episcopalis ministracio non sit valida apud

1. Cod.: audeat; ib. Cod.: quem sit; ib. Cod.: habere deest. Addidi. 4, 5. Recte: beate memorie. 5. Cod.: Leonis et nichil de. 7. Cod.: relinquerit; ib. Cod.: Dei deest. Addidi. 30. Cod.: suspencie. 36. Cod.: irrariter.

Deum, patet quod quecunque sacerdotalis ministracio, status accepcio vel censure execucio nichil valeat. Quod ego credo verum nisi de quanto summus pontifex Jesus Christus suppleverit in suo predestinato famulo quem ad sacerdotale officium per se iustificatur. Et si glossentur leges predicte, patet quod glosa non valet nisi de quanto per legem Dei fuerit confirmata. Et si secundo dicatur quod peccata que leges papales explicant et non alia (licet fuerint) graviorem suspensionem inducunt; cum non sit suspensio antequam prelatus cesarius subiectum suspenderit modo suo, patet quam contra racionem narratur blasphemia. Deus enim ex fide suspendit gravius, ubi maior causa suspensionis fuerit apud eum. Ideo absit fidelem credere quod divina suspensio dependet ab huiusmodi proditore, et si tercio dicatur quod non taxatur gravedo peccati vel punicionis sue condignitas nisi apud iudicium prelati cesarii, manifestum est quod maior blasfemia conglobatur, cum Deo sit proprium talia indefectibiliter iudicare. Ideo cum in lege prima predicta talis sacerdos non debet reaccipi ad ministerium nisi postquam condignam penitenciam peregisset, patet quod est extra noticiam cuiuscunque prelatorum nostrorum, quando a se ipso vel alio istud fiet, et per consequens stulta foret in populo presumpcio quemcunque sacerdotem secundum forum extra legem | Fol. 244$^{d}$ scripture statuere vel depositum ad statum pristinum revocare. Nescit enim si in hoc facit conformiter divino iudicio, et variare ab illo ubi non oportet foret stulta temeritas; ideo sepe dixi quod habentes conscienciam rectam tam in religiosis quam in prelatis cesariis necessitabuntur redire ad puram ordinacionem et simplicem legis Christi.

God's suspension cannot depend on the papal laws.

## SERMO IX.

*Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum.* Isaie LX°, 1.

This is a prophecy of Christ's birth.

Epistola ista prophetica narrat quid contingeret de Messia statim post eius nativitatem, ut commemorat festivitas hodierna. Hortatur in principio quod Jerusalem

2. Cod,: sensure. 8. Cod.: leget. 9. Cod.: fuerit. 17. Cod.: condignita. 26. Cod.: scripte stature. 30. Cod.: religionis. 36. Cod.: quid deest.

33. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 241—244.

(que est metropolis ordinis christiani) surgat a peccato per graciam et illuminetur tam affectu quam intellectu per fidei illustracionem. Et causa subditur: *Quia venit lumen tuum*, hoc est, Messias in lege promissus. Ideo ad eius illuminacionem predictam sufficit quod apperiat hostium vel fenestram interioris hominis. Nam Christus qui est *gloria Domini ortus est super Judeam* specialiter et super gentes singulas consequenter. Quia vero oritur super Jerusalem et non iuxta eam, excluditur eclipsacio ab opaco iuxtaposito. Et patet quomodo Christus est lumen ad revelacionem gencium et gloriam Domini, cum sit Deus; et hoc idem faceret tota ecclesia per Jerusalem designata. Nam ad Hebreos primo vocatur Christus *splendor glorie*, hoc est, splendor que est gloria, cum sit realiter Dei forma, et est ista Dei illuminacio desideranda propter periculum iuxtapositum ad istud lumen non surgencium quia *tenebre* infidelitatis et ignorancie *operient terram*, hoc est, infideles iacentes in crimine, terrena solummodo sapientes; *et* conformiter *caligo*, qua eclipsatur solaris radius operit *populos* infideles; igitur ex properacione qua Jerusalem surgit a crimine infidelitatis et tenebre *orietur Dominus*, non solum sicut astrum oritur super terre superficiem vel Christus ortus est super Judeam sed super fidelem populum, sicut rex oritur super gentem suam secundum legem evangelice dominandi; unde sicut astrum oritur super terram, licet in ortu et ante et post continue a terra multum distiterit, eo quod super orisantem regionis date apparet, sic sol iusticie servavit divinitus equalem distanciam a terregenis, licet supra regionem nostram apparebat humanitus; et cum secundum Apostolum (ad Hebreos I°, 4) sit *tanto melior angelis effectus quanto pre illis* deferencius *nomen hereditavit*, patet quanto excellit alios fratres suos; nam *gloriam Christi viderunt apostoli quasi gloriam unigeniti a patre* (ut dicitur Johannis I°, 14), non solum quia in transfiguracione apparuit eis gloria Christi humanitus, nec solum quia viderunt eius gloriosa miracula, sed quia viderunt fide et intellectu licet obscure, gloriam suam divinitus, et si per incorporacionem gencium in Christi ecclesiam

when Christ the glory of the Lord rose to rule his people.

21. Cod.: proparacione. 32. Cod.: tantum.

14. Hebr. I, 3.

ambularunt gentes in lumine fidei et intellectus divinitatis Christi, sicut ad literam tres gentiles magi ambularunt in lumine stelle *ab oriente* in Betlehem *adorantes Christum puerum* (ut dicitur Matthei II°, 2); et cum illi fuerunt reges, patet quomodo *illi ambulaverant in splendore ortus Christi;* sed non dubium quin illa corporalis ambulacio in splendore astri et luminis corporalis signat ambulacionem spiritualem in gracia et virtute per illuminacionem solis intelligencie.

These words (v. 4) have reference to the Magi.

*Leva in circuitu oculos tuos et vide: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.* Verba autem ista possunt ad Christum dirigi qui est universalis ecclesia et caput tocius ecclesie militantis et per consequens habet oculos misericordie effusivos, per quos dum respicit per orbem effundens graciam attrahit sibi et congregat in unitate fidei eos qui prius diversis erroribus sunt dispersi. Quod autem Christus levaverat oculos suos in stabulo et viderat tres reges cum sua familia qui venerunt de Chaldea ad ipsum fideliter adorandum, videtur esse sensus catholicus, cum mos sit sacre scripture onerare verba sua multiformi sentencia. Unde quidem dirigunt ista verba ad sanctam ecclesiam cui ex omni latere in unitate fidei veniunt sua membra: *Filii,* inquit, *tui de longe venient et filie tue de latere surgent,* hoc est, filii Christi et sue ecclesie venient de longe quoad mores ad suam ecclesiam et filie ecclesie, que sunt quoad virtutum fortitudinem sexus debilior, surgent de latere, hoc est, de cubilibus petulancie in quibus iacuerant prostrate vel de latere, quia de sinistro intellectu quem prius habuerant de Messia ad fidem dextram, sicut patet de Judeis conversis | qui fuerunt Christo propius tamquam a latere assistentes; gentiles autem Christo venerant de longinquo. Fol. 245a

Wondrous conversion of the gentiles.

*Tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gencium venerit tibi.* Nam tam Christus quam sua ecclesia post ascensionem vidit eius crementum in membris, et illud erit grande miraculum de tam celeri conversacione gencium per tam paucos et simplices Christi discipulos suo tempore, ideo non mirum si affluat leticia et consequenter cor ecclesie in gaudio

7. Cod.: corporalis ambulacio corporalis. 18. Cod.: famula; ib. Cod.: que venerunt. 21. Cod.: multe forme. 38. Cod.: sceleri.

Meanings of 'the multitude of the sea' and 'the strength of the nations'

dilatetur. Quando enim cor dolore et timore prius restringitur et post ex gaudii vehemencia diffusis spiritibus vitalibus dilatatur, tunc vehementi gaudio admiratur, et sic proporcionaliter fuit de grege ecclesie, quando multitudo insularum maris ad te conversa fuerit per fidem et fortitudo gencium mediterranearum venerit tibi tamquam pars ecclesie matris tue. Sicut enim tota habitabilis dividitur in terram mediterraneam et insulas, sic totus christianismus dividitur in populum qui privatas observancias observat et ritus generales vel religionem simplicem christianitatis et privatos ordines vel regulas insulares; vel (ut aliis placet) per multitudinem maris intelligitur populus avaricie mundane deditus (in qua maior piscis minorem devorat) et populus fortitudine corporali abutens propter libidinem dominandi. Ista enim sunt duo brachia scilicet mundi divicie et corporales potencie que faciunt homines superbire. Sed Christus per conversacionem suam destruens fundamentum utriusque istorum fecit utramque istarum parcium converti ad Dominum. Fuit enim Christus pauperrimus atque humillimus, et de tali conversacione gaudet fidelis anima sicut Christus.

The inundation of camels.

Et sequitur: *Inundacio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Epha.* Per inundacionem vero camelorum quidam notant ad literam quomodo cameli inundati post sarcinas quas ad construccionem ecclesiarum et habundanciam temporalium detulerunt ita copiose terram paucorum christianorum occupaverant, quod propter eorum copiam tota terra fidelium est operta. Noverunt autem experti quod cameli post magnum et diutinum laborem in onere sarcinarum avidius bibunt aquas et post de illis aquis magis impetuose transiliunt, sed hoc remotum est a sensu evangelico prophetarum. Ideo ad sensum misticum dici potest quod inundacio camelorum intelligitur concretive multitudo gencium prius superbarum, que postquam biberunt de aqua sapiencie Christi et devocionis ecclesie, venerunt ita copiose ad sanctam ecclesiam quod maiorem partem habitabilis christianismi propter eorum copiam habitarunt. Camelus enim propter gibbum in dorso suo quem oportet deponere antequam foramen acus intraverit signat mistice divites et superbos. Dromedarii autem dicuntur ductores dromidorum. Madia-

Mystical meaning: The cameldrivers are apostles, the Midianites martyrs, Effa confessors.

10. Cod.: observavit. 26. Cod.: temporum. 37. Cod.: christianissimi.

22. Is. LX, 6.

nite vero qui sunt incole terre Madian (interpreta effundens vel mensura vel resolutus) signant mistice apostolos, martyres et confessores. Apostolos qui duxerunt iumentum, hoc est, carnem suam velocius ut dromidos, quia Psalmo XVIII°, 5: *In omnem terram exivit sonus eorum.* Madian sunt martyres fortes, pugiles ecclesie qui ad defendendum causam Dei strenue laborarunt et Effa sunt confessores qui post mensuram temporalium et discipline effundunt preces Domino in devocionem anime resoluti.

Those from Saba are the heathen crying to God for guidance.

Unde sequitur in textu: *Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes et laudem Domino annunciantes.* Saba vero (que interpretatur captivitas, clamor vel eloquencia) est mistice populus prius inconversus ad Dominum, infidelitate criminis captivatus et ex ingenio naturali clamans ad Dominum, ut in viam cerciorem ipsum dirigat et satis eloquens e loquela. Omnes autem predestinati venerunt de hac Saba, aurum divine sapiencie sue eloquencie graciose superadditum deferentes, et thus devocionis informans affectum circa celestia, et sic omnia sua naturalia tam corporalia quam spiritualia in laudem Domini converterunt.

Ad literam autem dicunt quidam quod in die Epiphanie venerunt de istis regionibus omnes quos Spiritus Sanctus tetigit ad hanc laudem cum tribus magis predictis. Et hec racio quare ecclesia ordinavit in festo Epiphanie epistolam istam legi. Sed circa totum istum sensum epistole habeo sensum probabilem citra fidem. Scio tamen quod ex ista epistola possit elici moraliter fides certissima, satis istructiva ecclesie ex verbis scripture et fidei demonstranda.

Only God can remit sin.

Circa hanc epistolam dubitatur per quam viam potest homo surgere a peccato; dictum est enim supra de equivocacione peccati et quid est peccatum formaliter intellectum. Nec licet fideli ambigere quin Deus tollit omnia peccata remissa, nec sine eius remissione est possibile aliquod crimen tolli. | Nam impossibile est esse peccatum quod non principaliter fit in ipsum, sicut est peccatum remitti nisi ipse peccanti condonet suam iniuriam. Sed quid potest cogitari blasphemius quam

Fol. 245b

1. after 'Madian' has been omitted 'et Epha'. Evidently it is Epha that signifies 'effundens vel mensura' (there is a Jewish measure Ephah) cf. l. 10/11. Probably after 'Madian' there came an interpretation (interpreta etc.) and this catchword in the next line has misled the scribe. 5. Cod.: XIX°. 17. Cod.: divino. 22. Cod.: quidem. 26. Cod.: epistolie. 31. In marg.: Dubium. 35. Cod.: est deest.

10. Is. LX, 6.

quod aliquis citra Deum remittat Dei iniuriam, sine hoc quod ipse prius remiserit? ideo ex fide capimus quod nec angelus nec homo potest peccatum tollere, nisi forte fuerit nuncius ad populum, vere nunciando sibi quomodo Deus prius peccatum abstulit. Et fundacionem illius significacionis relinquo satrapis, quia ego nescio ipsam fundare, sed certe scio quod homo potest dimittere sive remittere suam iniuriam relinquendo Deo finale iudicium et completum quoad suam iniuriam vindicandam.

Confession 1. to God, 2. to the priest

The first is needful, but not the second.

which with some profit does much harm;

yet may be rightly practised.

Three things needed in confession to God; 1. contrition.

Ex quo patet ulterius quod impossibile est hominem sine confessione meritoria a crimine liberari. Sed duplex est confessio humana, scilicet facta meritorie soli Deo et eius sacerdoti. Prima vocatur confessio generalis et secunda auricularis. Et de prima loquitur scriptura, de secunda vero institucio papalis, cum usu ecclesie (ut patet V° Decretalium, De Penitencia et Remissione, capitulo *Omnis utriusque sexus*). Patet autem quod sine confessione priori cardinali impossibile est peccatum aliquod dimitti simpliciter. Quomodo (rogo) dimitteret Deus peccatum homini sine eius voluntate? Nec dubium quin sine confessione secunda peccatum dimitti poterit. Absit quidem fidelem credere quod homo in quo Deus causat originalem mutitatem peccans in Deum non posset ex animo contrito a peccato commisso in Deum graciosius liberari. Et idem videtur de mortuis in solitudine vel alibi sine copia sacerdotum. Deus enim non potest necessitare se ipsum quod, si sacerdos suus in terris peccatorem non absolverit, ipse omnipotens non absolvit. Ideo licet inter alia statuta humana talis confessio et absolucio multum prosit, cum multum nocet ecclesie et multas hereses et contenciones circa fastum et questum temporalium introducit; ideo non tantum prodest ecclesie quantum prodest tradicio Scariothis. Videtur tamen michi quod subditus debet obedienter parere tradicioni predicte servata semper libertate ecclesie quam Christus dedit. Cum autem prima confessio sit tam necessaria, videndum est de tribus que sunt ad eius dignitatem necessario requisita. Oportet enim quod peccator digne Deo confitens sit contritus; et in hoc concordant tam unus quam alius qui vel perfunctorie

1. Cod.: aliquid. 4. Cod.: nascendo. 16. Cod.: decretalis.
25. Cod.: sollicitudine. 35. Cod.: servata twice. 40. Cod.: profunctorie.

17. Decret. Greg. IX, lib. V, tit. XXXVIII, cap. XII.

noscit fidem. Deus enim non remittit peccatum homini nisi prius doluerit, sicut nec fecit dominus secularis; et cum non quilibet dolor sed sequens sufficiens ad delecionem criminis vocetur contricio et pro instanti pro quo incipit contricio, incipit peccati delecio et gracie infusio iuxta illud Psalmi L°, 19: *Cor contritum et humiliatum Deus non despicies.* Cum autem ex fide tunc peccatum dimittur, patet quod non absolute confessio sacerdoti conversanti requiritur, licet quandoque proficiat; et ista sentencia docta est de decem leprosis . . . . . *qui dum irent graciose a Domino sunt mundati*, et de Lazaro qui (ut patet Johannis XI°) fuit suscitatus a morte per Christum et postmodum institis quibus ligatus fuerat per apostolos est solutus. Ideo nichil blasfemius quam quod peccatum viantis non tollitur nisi Romanus episcopus vel eius vicarius secundum adinvenciones modernas reum absolverit. Verisimile tamen est ex evangelio Johannis quod viri apostolici post signa absolucionis a Deo debent inmunitatem prius peccantis in populo publicare et penam suam inflictam a militantibus mitigare, et in signum huius sentencie *Samaritanus* custodiens libertatem ecclesie et precepta evangelica non ivit ad sacerdotes legis veteris, sed ad Christum laudabiliter *est regressus.* De quantitate autem et qualitate contricionis est dictum superius. Cum enim offensa facta est in summum Dominum in donis gratissimum et remissione paratissimum et emolliret cor saxeum quod tam miser servus offendit hunc Dominum.

2. The intention not to offend again.

Secundum requisitum ad primam confessionem est plenum propositum in dictum Dominum non amplius offendendum. Cum enim Christus sit omnisciens, scrutans corda ex integro, patet quod contra condicionem sue iusticie foret peccata servi sui remittere, dum videt quod est in proposito iterum in ipsum offendere. Et patet quod peccantes qui occasionem peccandi in proposito secum tenent, non sunt tunc contriti nec a criminibus absoluti. Ex quo convincunt quidam quod

The Roman court does not shew this intention.

Romana curia et prelati cesarii non sunt de ingratitudine quam relinquendo ordinacionem Christi commiserant plenarie absoluti, cum gratis et constanter observant

3. Cod.: sed deest. 3, 4. Cod.: a delecionem. 8. Cod.: sacerdotoli. 10. leprosis; sequitur lacuna.

10. Cf. Lucae XVII, 12.

Fol. 245c circumstanciam propter quam taliter peccaverunt, et sic tamquam Antichristus fedant plebem continue | et quousque Deo placuerit suam versuciam ecclesie reserare.

3. Satisfaction for ill deeds.

Tercia condicio requisita ad confessionem primam est operis satisfaccio quam ego credo requirere delecionem accionis predicte et per consequens penalitates medicinales ad crimina post cavenda; ut contra peccata spiritualia sive diabolica oportet quod homo in oracione devota atque continua sit intentus; contra peccata mundialia debet elemosinare et specialiter ad elemosinas spirituales intendere, et contra peccata carnalia oportet peccantem per penalitates atque ieiunia carnem propriam castigare. Sed quia omnes tres hostes predicti concurrunt communiter tam temptando quam ad crimina inducendo, ideo confessores iniungunt mixtim has tres penitencias, cum confessi sui sunt rei communiter in hiis tribus generibus peccatorum.

Incapacity of prelates to deal with sin.

Et hic videtur multis mirabile quod prelati qui vendicant se debere esse medicos animarum nec sciunt inter mortale et veniale distinguere nec morbum spiritualem differenter a sanitate cognoscere, cum sint in capitulo Ysaie V°, 20, dicentes *bonum malum et malum bonum.* Nec tercio sciunt condiciones contricionis docere nec medicinas spirituales contra peccamina adaptare.

Quomodo ergo forent a Deo constituti ut sint medici animarum, cum foret insanus qui acceptaret medicum corporalem condicionis proporcionalis, cum a verisimili noceret plus quam proficeret pacienti. Et in istis specialiter laici sunt illusi, ideo oportet ipsos cognoscere quod salus stat in prima confessione et primo medico animarum.

## SERMO X.

*Domine Deus meus honorificabo te.* Isaie XXV°, 1 et sparsim alibi.

All Christians bound to praise God.

Istud autem verbum fuit prophete eximii Isaie, postquam vidit crebras visiones propheticas et sensit beneficiencias graciosas Dei sui; et sicut ipse, ita quilibet fidelis vel christianus tenetur conformiter profiteri. Omnis autem fidelis tenetur honorificare Dominum

4. Cod.: ita condicio. 5. Cod.: deleccionem. 9, 10. Cod.: elemosinaria. 25. Cod.: insanis. 27. Cod.: et extinct. in textu.

34. Vulgate: *Domine Deus meus es tu: exaltabo te . . . .* The sermon for the Octave of Epiphany, on which day the Sarum Missal has a lesson: Lectio Esaiae Prophetae. *Domine Deus meus honorificabo te etc.*

Yet many through sin dishonour Him.

tamquam Deum, cum latriam soli Deo debitam tenetur singulariter sibi impendere, et in prevaricacione huius quasi totus mundus transgreditur. Quidam enim, ut peccatis spiritualibus evirati, adorant demonia; quidam, ut peccatis mundialibus occupati, adorant seculum, et quidam ut preoccupati carnalibus adorant tamquam graves ydolatre carnem suam. Quomodo (rogo) adorat debite Deum suum qui genufleccione ad diabolum ut papam sive cardinalem sive episcopum adorat eum, ut obligacione falsissima serviat Deo in ecclesia militante non propter honorem Dei vel meritum servientis, sed propter mammonam nequiter adquirendam, et (ut breviter dicatur) quicunque prevaricando transgreditur aliquod mandatum decalogi, non in hoc honorat Dominum sed (quantum in ipso est) dehonorat; et ita quasi totus mundus, sed clerici et prelati precipue, in ista dehonoracione offendunt in Dominum. Qui enim postposito honore divino zelant indebite ad honorem proprium Dominum dehonorant, ut zelantes pro tradicionibus suis ultra legem Domini observandis, ut pape et religiosi privati Deum suum in isto contempnunt et luciferine tamquam graves apostate Deum spernunt. Immo cum omnis honor indebite datus homini, hoc est, non ut Deus in ipso honorificetur sed ut ipse honore proprio magnificetur, sonat in Dei contemptum et dehonoracionem, patet quante hoc crimen spirituale extenditur. Formam autem divine honorificencie explicat ista epistola, cum sic infert: *Laudem tribuam nomini tuo qui facis mirabiles res.* Sic enim compleretur illud Psalmi CXIII°,1: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

We must praise Him for His wonderful works.

Causa autem talis laudis foret operacio divina qua facit tot mirabilia tam absoluta quam eciam respectiva. Manifestum est (inquam) Deum operari in cordibus hominum tam bona quam mala. Bona directe pro sua misericordia et mala pene indirecte pro sua iusticia declaranda et ecclesie profutura. Et hoc est valde mirabile quod quicquid diabolus machinatur obesse ecclesie, Deus convertit ad contrarium, ut vel per se vel per accidens sibi prosit. Debemus tamen spiritualiter orare

1. F: tamquam Deum deest. 12. F: propter deest. 18. A: propriam. 19. F: pro dicionibus. 22. F: graves deest. 29. A: compleretur deest. 32. A: eciam deest. 37. A: ab esse. 39. A: specialiter adorare.

6. Cf. Pol. Works, pag. 120—122. 29. Sarum Missal: *Laudem tribuam etc.*

ut *consilium Christi antiquum verum fiat.* Consilia autem evangelica sunt eius precepta ad facilitandum ecclesiam pro observancia mandatorum, et illa sunt antiqua, cum antiquus dierum ordinavit eternaliter ut homo qui est ultima Dei fabrica hoc observet. Licet autem Deus eternaliter hoc ordinavit et homo debet perpetuo hoc servare, verumptamen Christi consilium in effectum facit, quando homo facit illud ad quod Christus consulit quod ecclesia faceret, | si dimissis ritibus diabolicis mundanis atque car- (Fol. 245d) nalibus Christi ordinacionem ut fecerunt apostoli observaret. Nec dubium quin illud cuius consilia atque consuetudinem plus amamus constituimus patrem nostrum; et patet quam false multi orant *Pater Noster* etc.

We must imitate our Father Christ.

Si enim Christus sit pater noster, debemus eius ordinacionem ac consuetudinem observare, aliter enim essemus filii degeneres non propter amorem Dei patrissantes; filii quidem carnales delectantur in consuetudine ex hoc quod pater eorum carnalis solebat sic facere. Quanto magis nos christiani, cum pater noster celestis tam nobilis ex consuetudine tam laudabili solebat sic facere et cunctis filiis suis sub tanta pena et adquisicione tanti premii ad talia imperare. Unde sequitur: *Domine excelsum est brachium tuum Deus Sabaoth, corona spei que ornata est gloria.*

Istum autem patrem sequi in moribus est honor fidelibus, cum potestas eius sit tam excelsa ad vindicandum et tam victoriosa ad premiandum. Finis autem huius laboris non est temporalis, transitoria et caduca sed gloria sempiterna. Vocatur enim Deus exercitus angelorum ad denotandum quod quicunque ipsum sequi voluerint habent eorum adiutorium et solamen, et vocatur corona certancium in predicacione secundum causam finalem, ut sepe alibi in scriptura.

Unde quia Christi incarnacio est medium aptissimum ad hunc finem, ideo sequitur in textu: *Exultet desertum, exultent solitudines Jordanis et populus meus videbit altitudinem Domini et maiestatem Dei et erit congregatus et redemptus per Deum;* ac si verbum Dei diceret: Exultet communitas gentilium, que Matthei XII° vocatur *locus aridus*

3, 4. A: antiquis. 4. A: eternaliter deest. 5, 6. F: hec ordinavit. 6, 7. A: verumptamen ait (sic) Christi. 8. A: facit deest. 11, 12. A: ac consuetudine. 14. A: tenemus. 14, 15. ordinacione. 19. F: noster deest. 20. A: ac sic facere. 21. F: pena adquisicione. 23. A: que coronata. 27. A: laboris deest. 33. F: aptissimi. 34. A: Exultet desertum deest. 36. A: congregatur; ib. A: aggregatus. 38. A: Matth. XXII°.

22. Sarum l. c. 34. ib. 38. Matth. XII, 43.

How the Gentiles should exult in Christ.

*et inaquosus;* et ipsa premittitur, quia post incarnacionem de illa colligitur in ecclesiam populus maxime copiosus. Judei autem vocantur *solitudines Jordanis* qui singulariter dimissis observanciis pharisaicis apprehenderant medullam legis veteris et adherebant legibus Jesu Christi. Illi autem coniuncti in fide sunt unus populus verbi Dei qui vidit altitudinem Christi tam humanitus quam divinitus, et sic fuit congregatus in fide et redemptus Christi passione et morte et per consequens per meritum Dei et domini Jesu Christi.

Christus autem frequenter *venit in Syon*, quia in templum Jerusalem cum laude populi, ut patet ex processu evangelii: *Et leticia sempiterna super caput eius*, quia propter obedienciam qua usque ad mortem factus est obediens Deo patri, *Deus dedit sibi nomen quod est super omne nomen* (ut dicitur ad Phil. II°, 9). Nec dubium quin propter gloriam suam quam merebatur humanitus et propter congregacionem ecclesie exultavit; unde Christus post ascencionem notat expressius quomodo edificavit ecclesiam: *Aperiam*, inquit, *in montibus flumina, in mediis campestribus fontes disrumpam et terram sicientem sine aqua confundam.* Aperuit autem Christus post ascensionem flumina sapiencie in apostolis qui propinquiores Deo subditis erant montes; in populo autem qui erant vallis campestris diversa dona fontis sapiencie eruperunt, quia tunc spiritus Domini copiosiusre plevit orbem terrarum aqua sapiencie salutaris; illos autem qui non receperunt istam sapienciam Deus tenebris ignorancie et infidelitatis et consequenter penalitatibus confundebat.

The exaltation of Christ's manhood.

Et quia tota ista laus redundat in Christum, ideo dicit Trinitas de eius humanitate: *Ecce puer meus exaltabitur et elevabitur et sublimis erit valde.* Puer autem iste est Christi humanitas que est naturalis filius Dei patris que fuit exaltata a terris, quando fuit crucifixa et ad Dei patris dexteram postmodum ascendebat; ubi patuit eius magnificencia super omnes angelos elevata, et tunc patuit tam hominibus quam angelis quod fuit sublimis, quia patris gloria in excelsis. Sed decursus ecclesie post hoc factum prophetatur expressius, dum

1. F: in ipsa. 6. F: verbis. 20. F: dirumpam. 21. Cod.: scicientem; ib. A: *confundam* deest; ib. F: Apparuit. 23. A: subditis eravit. 23, 24. F: aut qui. 26. F: salutans; ib. F: autem deest.

3. Lucae XI, 24. 13. Is. XXXV, 10. 19. Is. XLI, 18. 31. Is. LII, 13.

sic dicitur: *Haurite aquas in gaudio de fontibus Salvatoris et dicetis in illa die: Confitemini Domino et invocate nomen eius* etc. Nam post missionem Spiritus Sancti apostoli exhauserant de donis Dei sapiencialibus predicaciones spirituales ut aquas, et post illos sancti doctores postillaciones salubres ex eisdem fontibus exhauserunt et utrobique laudem Domini ex eius beneficiencia sunt confessi, recognoscentes quod quicquid sapienciale vel bonum habuerint habent ab ipso et sic orabant devocius de continuacione huius muneris graciosi. Et ad hoc habebant apostoli et doctores istam sapienciam ut *notas facerent in populis virtutes eius*, quia sicut lux datur lucidando ut medium tenebrosum illuminet, sic dona Sancti Spiritus ut sapiencia, intellectus et sciencia dantur superioribus, ut lumina spiritualia | subiectis communicent; et ideo ista avaricia qua donum istud absconditur est naturaliter detestanda et (ut videtur) eo gravior quam avaricia corporalis quo datur graciosius et est temporalibus melius in natura. Ideo dicit Dominus omnipotens illis quibus dederat ista dona: *Cantate Domino, quia mirabilia fecit.* Cantate (inquam), non in aure loquamini sive abscondite, sed super tecta intrepide et publice exclamate, nec solum in unam gentem sive provinciam sed *in universam terram*, sicut fecerunt apostoli, cum (Psalmo XVIII°, 5) de ipsis scribitur: *In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum.* Nec dubium quin, cum omnipotens istud mandat, sic cantantes roborat ac premiat et mutescentes reprobat et condempnat. Et hec racio quare quidam fideles eciam sacerdotes simplices non cessant constanter evangelizare propter excommunicaciones vel censuras alias Antichristi. Cum enim Deus hoc mandat et Antichristus comminatorie mandat oppositum, infideles forent Christo, constituentes diabolum Deum suum, nisi habentes thesaurum celestem ad hunc finem mandato Domini maioris obediant. Ideo apostoli capientes istam sentenciam ut per se notam dixerunt talibus prelatis maledictis ut antichristivis precipuis (Act. V°): *Interrogavit eos*, inquit, *princeps sacerdotum dicens: Pre-*

Wisdom given to apostles and holy doctors,

Fol. 246ᵃ

and by them to the people.

Duty of preaching.

1. A: sicut. 3. F: eius deest. 5. A: sapienciales ut. 7. A: extraxerunt. 9. A: et hinc. 13. F: lucido. 17. F: absconsitur. 20. F: Dominus deest. 24. F: universa terra. 30. A: quare quidem; ib. A: et sacerdotes.

1. Is. XII, 3. 21. Is. XII, 5. 39. Act. V, 27.

*cipiendo precipimus vobis ne doceretis in nomine isto: et ecce replestis Jerusalem doctrina vestra et vultis introducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus et apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Unde propter noticiam istius fidei dixerunt Petrus et Johannes (Act. IV°, 19): *Si iustum est in conspectu Dei vos pocius audire quam Deum, iudicate. Non enim possumus que audivimus et vidimus non loqui.* Et proporcionabile scelus sed nequius fit hodie per prelatos cesarios in ecclesia militante.

Priests need no licence to preach.

Circa hanc epistolam dubitatur utrum sacerdotes simplices subiecti prelatis cesariis sine eorum licencia licite poterunt predicare et videtur quod sic, quia omnes sacerdotes Christi habent mandatum a Deo ut predicent. Sed Deus non potest esse contrarius sibi ipsi, cum in eo non sunt *est et non*, ergo ex licencia Dei possunt et debent meritorie predicare. Assumptum patet Marci ultimo: *Euntes,* inquit, *in mundum universum predicate evangelium omni creature;* ubi patet ex fide quod Christus in istis religionis sue principiis intellexit suos singulos sacerdotes, quia aliter non haberent prelati cesarii a Christo aliquam potestatem. Et fingere quod ipsis singulariter et non aliis Christi sacerdotibus pauperibus datur talis potestas est nimis diabolicum. Sic enim Christus non daret suis apostolis atque discipulis potestatem taliter predicandi, ymmo ante dotacionem ecclesie, quando omnes Christi sacerdotes erant pares quoad istam licenciam, nullus eorum licite predicavit, si fructus sui operis contradicit.

Otherwise the bishops would be overburdened.

Similiter, si episcopi et sui licenciati onerentur cum toto officio predicandi et istud non faciant, sicut et nesciunt, videtur ex fide evangelii quod eorum singuli sint dampnandi. Ex isto certum est quod, si de possibili non forent aliqui prelati cesarii, licitum foret ex auctoritate Christi quibuscunque suis sacerdotibus predicare.

Item, nemo tantum blasphemat in Deum quod concedit ipsum dare donum aliquod sine causa, sed dat simplicibus sacerdotibus eciam supra episcopos noticiam predicandi, ergo racionabilis causa subest, sed non est

7. F: Domini. 9. F: zelus. 10. A: cesariis. 11. A in marg.: Dubium; ib. A: hanc deest. 12. A. licite deest. 13. A in marg.: 1. 14. F: quod predicent. 17. A: Matth. 17, 18. F: Assumptum — predicate deest. 30. A: et deest. 32. F: sunt. 34. F: licet autoritate. 36. A: blasfemiet; ib. A in marg.: 2. 39. F: ergo racio naturalis causa.

18. Marci XVI, 15.

In giving priests power to preach God gives them the commission.

fingenda causa dacionis Dei istius sciencie si non ut predicent capaci populo; igitur impediens istum finem quem Christus intendit sibi notorie contradicit et tunc indubie foret Antichristus sacrilegus. Sacrilegus dico quia sacram doctrinam evangelicam auferret ab auditorio quod devote ipsam susciperet. Sed heu Matth. IX°, 37 dicit Christus: *Messis quidem multa, operarii autem pauci.* Cum autem a Domino messis habent quicunque sacerdotes sui licenciam predicandi, videtur quod diabolicum foret, illam licenciam impedire. Sic enim Christus non prohibuit sed approbavit unum non sequentem eum in nomine suo facientem miracula, ergo multo magis illicitum foret vel angelum de celo quemquam a publicacione christiane fidei prohibere. Sic enim possent prelati perversi totam fidem extinguere. Nec dubium quin illi forent tunc plus antichristivi quam infidelitas paganorum inter saracenos. Licitum quidem est sacerdoti Christi cuilibet predicare ex eorum approbacione, sic tamen quod non predicet contrarium legi sue.

Preaching the chief work of a priest.

Item, cum predicare evangelium sit opus precipuum sacerdotis (ut hic supponitur) et magis efficax auditorio quoad salutem anime, quam celebracio vel corporalis elemosinacio, videtur | Fol. 246b ex lege caritatis quod prelatus non debet predicantes huiusmodi prohibere sed pro salute sui populi sustinere, quod si facit contrarium, signum certissimum est quod sit diabolus et lupus rapax sui populi. Cum enim ex fide Matthei IV°, 4 homo *vivit pocius ex verbo Dei quam in pane materiali* vel corporeo alimento, manifestum est quod impediens huius verbi evangelizacionem a suo auditorio machinatur quod auferat eis vitam; vitam dico spiritualem secundum quam vivere debent in Domino. Qualis (rogo) foret pastor qui recte minantem et sanantem oves suas exhinc expelleret et puniret, ymmo tales adiutores, ut oves pateant temptacioni diaboli, ammoveret? Non dubium quin foret Dei proditor Antichristus. Deus enim cupit in nobis precipue quod simus sibi in isto officio adiutores. Quis ergo foret iste idiota et Christi proditor qui tale adiutorium refutaret? Numquid credimus sue blasphemie quod foret in suo regimine potencior Jesu Christo? Christus enim (ut legitur

5. A: doctrinam deest; ib. A: quod; doctrinam deest; ib. A: auditore. 6. AF: Matthei X°. 12. A: miribilia ergo. 16. Cod.: Antichristiani. 19. F: sed tamen. 20. A in marg.: 3. 22. A: quam corporalis. 25. F: populi deest. 27. A: populi Antichristus. 35. A: vitam dico deest.

The seventy two disciples were deacons.

Luce X°) misit septuaginta duos discipulos suos et dedit illis potestatem ad istud officium. Cum ergo illi a probabili non erant sacerdotes, quia tunc forent episcopi atque apostoli, sed erant diaconi inferiores sacerdotibus, sicut erant Stephanus et sex alii (de quibus Act. VI°), videtur quod Christus mittendo eos ad istud officium mittit in ordinacione sua quoscunque superiores ut sacerdotes ad illud officium. Et ad idem sonant verba prelati cesarii ordinantis diaconos. Sed quomodocunque sit de verbis suis, certum est ex fide quod nisi Christus ordinaverit sacerdotes quos ad officium istud elegerit, ordinacio prelati cesarii nichil valeat. Ipse enim iuxta dicta superius a Christo sepe suspenditur et officium istud communiter false occupat ut prescitus.

Sed in oppositum videtur quod, nisi episcopus haberet potestatem suspendendi presbyterum ne predicet in sua diocesi, periret sibi potestas regiminis necessarii subditorum. Potest enim esse quod presbyteri idiote usurpent istud officium qui sunt manifesti heretici et lupi rapaces. Quomodo ergo non evacuaret pastor tales lupos de suo ovili qui taliter inficerent gregem suum? Ymmo aliter periret iurisdiccionalis potestas et regula obediencie nisi sacerdos, habens ab episcopo suo ordines et potestates ad mandatum suum, supersedeat in sua diocesi ab officio predicandi. Sic enim virtute obediencie cessat subditus a multis actibus meritoriis, ut patet de religionibus privatis. Quare ergo non debet simplex presbyter cessare a predicacione, si de perverso dogmate sit suspectus? Et ad idem sonant multe leges ecclesie.

How the bishop should drive out false doctrine.

Sed hic dicitur quod invento tali sacerdote est secundum formam evangelii precavendus. Sed ubi (queso) Christus aut sui apostoli aliquem hereticum per coaccionem cesariam suspenderunt, ymmo falsitatem sui dogmatis, cum notum fuerit in persona propria, docuerunt? Non ergo debet prelatus ecclesie credere in isto cuicunque pseudoclerico vel falso nugigerulo sed veritatem erroris talis presbyteri secundum probacionem validam expectare; aliter enim ex sibi dubio incideret in infinitas hereses Antichristi et blasphemaret, extollendo se super

1. A: septuaginta deest. 1—3. F: suos — sacerdotes deest. 3, 4. F: forent atque episcopi. 7. F: illos. 7, 8. F: mittit — officium deest. 8. F: ad illud. 12. F: eligerit; ib. A: valeat. 15. A in marg.: oppositum; ib. A in marg.: 1. 19. A: sint. 21. A in marg.: 2. 24. F: ad mandatum — diocesi deest. 30. A in marg.: Responsio. 31. A in marg.: 1. 33. A: cesariam deest. 36. F: veritate. 39. F: supra.

Deum, puniendo in casu simplicem presbyterum ante noticiam culpe sue; quod indubie Deus non potest facere. Repugnat enim Dei omnipotencie quod Deus puniat aliquem pro suo crimine, antequam noverit crimen illud. Probacio autem talis criminis predicantis patere potest maxime ex testimonio auditorii prudencius evangelizacionem presbyteri audientis. Potest enim pseudoydiota ex invidia et ceca ignorancia iustum presbyterum accusare. Ideo si cecus talis cecum prelatum talem ducat ad irregulariter puniendum, ambo in foveam cadunt. Et patet quomodo episcopus debet evacuare de sua diocesi falsos et indebite predicantes. Christo enim imposuerunt pharisei et falsi sacerdotes quod in Belzebub principe demoniorum eicit demonia (ut patet Matthei XII°, et Luce XI°). Et cum dampnosum fuisset Judee quod tantum iocale extrusum fuisset aut extinctum ab ipsa, ideo modicum est quod falsi testes imponant heresim sacerdoti, nisi plane hoc docere potuerint ex scriptura; et forte si quilibet episcopus in Anglia episcopatum suum defenderet a lupis rapacibus et pseudopredicatoribus, tam ipse foret necessitatus multa de lege Christi addiscere et docere quam eciam pauci fideles evangelici remanerent. Videat ergo episcopus ne abutatur sua potestate ultra formam evangelii faciendo.

Vague charges of heresy should be disregarded.

Et quantum ad primam confirmacionem, patet ex evangelio Christi et sui Apostoli quomodo primo veritas falsi dogmatis debet nosci et illa nota debet episcopus in persona propria contra ipsum invehere et in veritate catholica ex testimonio scripture populum informare. Sed modo excedunt segnes prelati Johannem presbyterum qui (ut fertur) in prandendo loquitur maniace: *Nunc comedat totus mundus.* Quidam enim prelati | non solum
Fol. 246c prohibent fideles ab actibus naturalibus et meritoriis sibi et plebi necessariis per suspensionem, incarceracionem et similes fictas censuras sed a predicacione evangelii, quod est opus maxime dignum ac necessarium viatori, quod presbyter Johannes vel prelatus paganicus non presumit.

If false teaching is proved, the bishop should preach against it.

4. F: antequam pecne. 5. F: pateret maxime. 7, 8. A: invidia et deest. 10. A: cadent. 12. A: et deest. 14. A: et deest. 18. A: potuerit. 20. A: foret deest. 24. F: ad primum deest; ib. A in marg.: 2. 29. A in marg.: Nota. 31. A: Quidem.

28. Cf. Trialogum, pag. 237. Cf. cap. XXVII. Itineris Joh. de Montevilla: Of the ryalle estate of prestre John etc. Zarncke, Der Priester Johannes (Abhandlungen d. phil.-hist. Classe der kgl. sächs. Ges. d. Wissenschaften, VII, 829—1030, VIII, 1—186).

Prelatical jurisdiction should be suspended.

Et patet ad secundam confirmacionem quomodo foret necessarium et ad perfeccionem ecclesie quod iurisdiccio cesaria sit suspensa, sic quod tota ecclesia foret pure secundum ordinacionem primevam Domini regulata. Tunc enim liberius et efficacius curreret verbum Dei, quod est hodie ultra quam fuit tempore Apostoli alligatum. Et quantum ad fictas obediencias religionum privatarum, patet quod ex argucia, ex scriptura vel racione fundacionem non expetit sed in luto; cum ergo sacerdos a Christo per se habeat potestates et ordines et nescit si a privato episcopo, patet quod debet Christo primo omnium obedire. Si enim ex hoc quod sacerdos habet a ministro Christi huiusmodi potestatem sibi obedire debeat contra Christum, tunc servus debet obedire domino suo et quilibet superior suo inferiori contra Deum, quia serviliter esse vel sustentacionem suam ab ipso recipit. Papa ergo cum sit *servus servorum Dei*, debet de obediencia facta Domino contentari.

Christ's command to be obeyed without regard to prelates.

Et patet ad confirmacionem terciam quod si prelatus ex malo spiritu mandaverit oppositum illius quod Christus mandat, debet contempni ut Antichristus et Christo debet specialiter ac principaliter obediri, ut predictum est ex testimonio scripture Act. IVº et Vº capitulis, quod si quis ex caritate in causa ista sit mortuus, non est magis gloriosa causa martirii. Videat ergo fidelis quid Christus in lege sua precipit sive mandat et illud compleat postposito quocunque prelato nisi forte cum Christo et lege sua concordat. De tanto quidem et non ultra debet fidelis homini obedire et quantum ad leges allegandas, patet quod contempni debent nisi de quanto fundate fuerint in scriptura.

## SERMO XI.

*Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam Deo placentem.* Ad Rom. XIIº, 1.

Seven conditions of God's service.

Apostolus in ista epistola instruit Romanos et in ipsis totam militantem ecclesiam quomodo debent dis-

1. A in marg.: 2. 8. F: quod ex deest. 9, 10. A: cum sacerdos igitur. 11. A: nescit sibi. 13. huius in codd. 18. Codd.: Domini. 19. A in marg.: 3. 22. A: specialiter ac deest; ib. A: obedire. 23. A: testimonie; ib. A: IVº et Vº sequitur lacuna; ib. A: Vº sequitur lacuna; capitulis deest. 31. The sermon in Dominica prima post Octavas Epiphaniae.

31. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 244

poni in septem condicionibus, ut debite Deo observiant; et quia animus humanus ex sua nobilitate facilius trahitur per verba mulcencia, ideo Apostolus primo obsecrat eos *per misericordiam Dei* qua peccata laxantur et fraternitas viatorum exoritur, ut in se perficiant ista septem. Est autem obsecracio oracio cum adiuracione aliqua rei sancte. Sed quid sanccius aut pertinencius quam misericordia Dei per quam peccatores qui Deo perierant sunt conversi, sicut patet de cunctis gentilibus? Finis autem oracionis Apostoli non est spoliacio Romanorum nec peticio rei impossibilis vel impertinentis, sed ut exhibeant corpora sua in Dei ministerium mancipata. Hoc enim stat in libertate sui arbitrii, cederet et ad honorem Dei et sui summi commodi.

1. It must be voluntary.

Et utinam predicantes moderni ad istam formam attenderent. Oportet ergo quod ministerium Deo impensum sit voluntarium, quia Deus pro nullo nisi pro voluntario premiat sive punit. Et hoc notatur in isto verbo: *Exhibeatis*. Nemo enim quicquam Deo exhibet nisi voluntarie, cum Deus non sit exactor vel boni hominis spoliator.

2. It must be done in person.

Secundo oportet quod voluntarium Dei ministerium sit in corpore proprio promerentis non extranea hostia mactata vel in corpore alieno vicarie macerato. Et quidam volunt emere procuratorium ut alii pro omnibus peccatis suis respondeant et in specie istius et in persona propria vivere viciose. Sed ex fide credendum est quod unusquisque mercedem recipiet secundum quod in corpore suo gessit, licet alieni possunt iuvare vel impedire, ut homo peius aut melius mereatur.

3. The body of Christ's servant must be a sacrifice; i. e. purged of lust.

Tercio oportet quod corpus servi Christi sit sibi hostia, hoc est, ut ad Dei latriam voluntarie offeratur: et tunc oportet quod corpus sic factum hostia sit voluntatis concupiscencie proprie frenativum. Quando enim hostia est ablata, non licet ipsam reaccipere ad voluntatem et commodum offerentis.

4. It must be fruitful in good works.

Quarto oportet quod talis hostia sit bonorum operum productiva; vivum enim in se habet principium sui motus. Nec dubium quin talis sit Deo plus placida quam aliqua non viva vel irracionalis quam est possibile nos offerre. Ideo in lege gracie est oblacio nostra brevior et Deo accepcior quam fuit oblacio veteris testa-

5. Cod.: et in. 6. A in marg.: Quid est obsecracio. 12. In cod.: misterium. 16. In marg.: Nota. 17. In marg.: 1. 21. In marg.: 2. 30. In marg.: 3. 31. Cod.: latria. 36. In marg.: 4. 38. Cod.: dubium quoniam.

menti. Ideo Psalmo L°, 19 dicitur: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus* etc.

5. Our oblation must be constant in service.

Quinto oportet quod oblacio nostra sit firma et constans in Dei servicio | , ideo dicit *sanctam;* nemo enim est immunis a crimine, nisi habeat firmum propositum iterum non peccandi. Fol. 246[a]

6. Our sacrifice must be made in charity.

Sexto oportet quod hostia nostra si debet esse meritoria fiat in caritate, quia aliter non est Deo placida; ideo dicit Apostolus *Deo placentem;* nemo enim propter bonum quodcunque et quantumcunque fecerit gustabit nupcias beatitudinis, nisi vestem habuerit nupcialem ut patet Matthei . . .

7. It must be reasonable; not excessive in austerity.

Et septimo oportet quod hostia nostra sit discreta, quod fit dum obsequium est sic racionale, quod caro sic maceretur, ut natura conservetur et vicia excludantur. Et per hoc docetur forma penitencie. Sed oportet in multo prudenter cavere ne victa sensualitas aut stulta austeritas fiat iudex; unde secundum racionem de rapina holocaustum offert qui austeritate nimia corpus affligit. Nec video quod ista septem singulariter attendi debeant in penitencia viatoris, sed in quocunque opere meritorio quo hic ministraverit Deo suo; magna quidem prudencia est quod in Dei obsequio homo alternet secundum exigenciam racionis, nunc faciendo unum aut aliud diucius vel brevius, secundum quod spiritus consilii sibi dictat.

We must not be conformed to this world.

Sed ulterius pro principio ad servandum istam regulam septemplicem observandum est quod viator velit conformari huic seculo; cum enim hoc seculum secundum formam suam sit contrarium viatori, quis fatuus foret ille, qui conformari intenderit suo hosti? Unde insanes sunt et gravantes excusacionem sui peccati qui cum malefecerint dicunt quod sic oportet facere, quia mundus hoc exigit. Idem enim est taliter excusare et facere voluntatem diaboli, dicendo quod ipse hoc exigit; quin pocius foret fideli regula si diabolus, mundus vel caro hoc exigit, hoc est, sibi acucius denegandum. Quicquid enim fallax hostis pecierit et specialiter, si fuerit scripture sacre contrarium, est negandum. Sed fides scripture precipit *Nolite conformari huic seculo.* Homo autem conformatur huic seculo, hoc est, mundialiter conversantibus secundum cursum huius seculi, quando con-

3. In marg.: 5. 7. In marg.: 6. 11. Matthei sequitur lacuna. 12. In marg.: 7. 27. Rectius: non velit.

38. Rom. XII, 2.

versacio sua istis secularibus est conformis. Quando enim quis inordinate afficitur desiderio seculari, quodammodo in seculum transformatur, cum secundum Augustinum si terram vel aurum diligis illud es, et si Deum diligis Deus es, supple participative, iuxta illud Psalmi LXXXI°, 6 *Ego dixi, Dii estis* etc., vel verius si caritate perfecta Deum diligis, efficeris membrum Christi. Tunc ergo homo inordinate afficitur mundialibus, quando forma eorum suo affectui indebite est impressa.

*Sed reformamini in novitate sensus vestri.* Humanum enim genus fuit per peccatum primi hominis deformatum, sic quod homo qui in principio mundi fuit factus ad Dei ymaginem ac similitudinem, perdidit similitudinem nuda ymagine remanente. Nam eo ipso quo anima est terna, scilicet memoria, racio et voluntas, omnes et singule eadem essencia, fit ad Dei ymaginem a quo non potest deficere nisi ab esse suo defecerit. Sed tunc fit ad Dei similitudinem, quando ista terna potencia virtutibus informatur. Unde sicut est de ymagine que constante materia potest pingi ad similitudinem Herculis et stante ymagine in aliam similitudinem transformari, sic est de spiritu humano vel homine interiori. Ideo Apostolus considerans conformacionem hominis ad Deum in sua prima creacione et deformacionem sequentem hominis per peccatum subtiliter dicit: *Reformamini in novitate sensus vestri.* Sicut enim sensus vagans in vetustate peccati fuit radix deformitatis predicte, ita sensus purgatus secundum discrecionem Spiritus Sancti erit radix reformacionis spiritus novi. Reformamini (inquam) virtutibus, fide memoria, spe racione, et volutiva potencia caritate, et tunc estis similes Trinitati.

We must be transformed into the likeness of God.

Et hoc inducit in noticiam voluntatis divine; ideo dicit Apostolus: *Ut probetis que sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta.* Quamvis autem voluntas Dei sepe accipitur personaliter pro Spiritu Sancto, frequenter tamen accipitur essencialiter pro natura divina volente; et sic est una communis voluntas tribus personis; illa autem voluntas est *bona* in conferendo naturalia sue ymagini ad correspondenciam Deo patri, est *beneplacens* in conferendo gratuita ad correspondenciam verbo Dei

One will in the three perocus of the Trinity;

4. In marg.: Augustinus. 12. In cod.: principius mundi fuit facta. 30. In cod.: racio.

4. Aug. Opp. tom. III, p II, 843. 10. Rom. XII, 2. 33. ib. 3.

6

*to which we should be conformed.*

et est *perfecta* in conferendo consumacionem beatitudinis finalem ad correspondenciam sancto flamini. Isti igitur voluntati debet viator ex totis viribus conformari, verumptamen non debet intelligi quod una persona olim sive alia dat quicquam fidelibus. In isto modo dandi relucet quadam proprietate racio Trinitatis, ita quod dacio naturalium et informacio memorie correspondeat Deo patri; sed dacio bonorum gracie informans racionem ad opera correspondeat Sapiencie Dei patris; ipsa | enim est medium per quod Deus pater respicit genus humanum; et dacio beatitudinis que est donum perfectissimum et finale consumans voluntatem que est tercia res interioris hominis respondeat Spiritui Sancto ultra quam non est persona aliqua increata. Fol. 247a

*Affections to be first moved; the intellect to be instructed later.*

In isto autem studio debet fidelis persistere, et est satis. Ideo dicit Apostolus: *Dico enim per graciam que data est michi omnibus qui sunt inter vos: non plus sapere quam oportet sed sapere ad sobrietatem,* quasi diceret: ut instruam vos auctoritate apostolica que non est ficta (ut prelatus) cesaria sed gracia data michi, dico vobis et omnibus fidelibus ut non nimis curiose vel impertinenter ad beatitudinem sapiatis, sed in predicta consideracione Trinitatis sobrie quiescatis. Et nota subtilitatem Apostoli quomodo obsecrat temerius in principio opem instruendo affectum et post precipit auctoritate officii, quando instruit intellectum. Meritum enim consistit principaliter in affectu; ideo levius et benignius insistendum est circa eius informacionem, inclinando ad opera meritoria, et consequenter instrui debet intellectus profundius sub auctoritate, ut sicut cepit Jesus facere et docere, sic opera meritoria disponant intellectum ad profundius sapiendum.

*Knowledge not always a help to virtue.*

Cum autem in sapiencia vel quocunque noticia non per se consistit gracia sive virtus, patet quod contingit in adquisicione noticie quoad utrumque extremum deficere, ut quidam nimis parum sapiunt vel deficiunt sapiendo impertinencia ad salutem, vel quiescendo in pura delectacione intellectus non inclinant affectum ad opera virtuosa. Mandat autem nobis Apostolus *sapere ad sobrietatem.* Nam (ut patet Matthei IV°) sicut homo

22. Cod.: bititudinem. 24. temerius, ita cod.; tenerius (?).

9. Vide pag. 88, l. 34. 16. Rom. XII, 3.

exterior pascitur escis carnalibus, sic homo interior pascitur escis spiritualibus; ideo magna prudencia foret sic in escis spiritualibus temperancia moderari. Quidam enim periculose saciant intellectum usque ad ebrietatem eius spiritualem, cuiusmodi sunt quos Sapiens meminit *nimium mel gustare* Prov . . . .

We must not be too eager for learning.

Et ex isto patet quod christianus non nimis insisteret circa questiones mathematicas in sciencia doctrinali. Omnes enim tales sunt sub elementis huius mundi tamquam errantes in lege veteri servientes. Quomodo (rogo) potest valere directe ad salutem anime talis noticia? Numquid credimus Christus et apostoli qui erant hominum sapientissimi tali doctrine vel studio insistebant? Ideo indubie talia superbam curiositatem indicant et per consequens tardacionem in moribus ad anime detrimentum; sapiamus ergo scripturam sacram et nichil extra illam, cum in hoc consistit sobrietas hominis spiritualis. Quo autem finalis, ad quam noticiam debemus laborare secundum mensuram qua Deus dedit nobis fidei fundamentum, ideo dicit Apostolus *et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei*, ut sicut aliter debet compescere carnem suam coniugatus aliter clericus et sic de iuvene et sene laborante et orante, sic aliter debent studere sapiencie qui habent noticiam predicandi et hereticos confutandi, et aliter simplices qui sunt de rudimentis fidei et virtuosis operibus contentati. Omnes enim debemus ad honorem Dei, ad profectum ecclesie et ad salutem nostre anime laborare et quidquid istam trinitatem excesserit est superfluum et inane. Nam reformato homine modo quo dicitur varie tam persone quam eadem persona dispari tempore erit ducta, ut nunc faciendo unum (ut expedit) et nunc aliud; de qua variacione dicitur Iª Cor. XIIº, 8: *Alii per Spiritum datur sermo sapiencie* etc. Unde sequitur in textu: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra* in Christo Jesu domino nostro.

Some men need more than others.

2, 3. Cod.: foret si sibi. 18. quo autem finalis; hic aliqua excidisse videntur. 35. Cod.: omnia enim. 36. hent in cod. 37. Cod.: sumus deest.

6. Prov. XXV, 16. 20. Rom. XII, 3. 34. Rom. XII, 4–5.

Sophists say we are not all one body.

Istum autem textum Apostoli tam verum et tam subtilem non verentur sophiste garruli impugnare; primo in hoc quod non in uno corpore multa membra habemus, quia in nullo uno corpore, cum non aliquod corpus sumus sed multa corpora.

Answer: We are one by participation of species.

Sed sciant sophiste quod sicut participacione speciei plures homines sunt unus homo, sic omnes homines et omnia eorum corpora sunt unus homo individuus et unum corpus individuum. Divisio enim vel distancia parcium non impedit huiusmodi unitatem nec communitatem in partibus copulatis. Nec oportet quod quelibet pars sit continuata cum qualibet, cum homo de omni corpore sit impossibile. Sed satis est quod quilibet copuletur cum aliqua, quod est necessarium nisi corpus per impossibile foret | in atoma per se posita Fol. 247b resolutum; non igitur est inconveniens quod quantumcunque parvum corpus sit secundum unam eius partem hic in Anglia et secundum aliam sit in Roma. Quamvis autem una illarum parcium nunc non continetur cum reliqua, utraque tamen earum vere continuatur cum aliqua parte tocius ex ambabus compositi. Et parcant sophiste fidelibus, licet ex innata stulticia ignorent istam sentenciam. Et patet quod peccant mortaliter in assumpto.

2nd objection: If all members are one body, all perform the same acts.

Sed secundo obiciunt per hoc: Quamvis non omnia membra eundem actum habent, tamen falsum est quod omnia membra non eundem actum habent, quia tunc secundum equipollenciam, ut sicut omnia membra sint unum corpus, sic omnes actus eorum sunt singulariter unus actus, et illum actum secundum partes suas habent omnia illa membra.

Answer: This is a verbal quibble; we must distinguish between different senses of words.

Sed pro isto obiectu difficiliori notandum, primo quomodo in sensibus equivocis non est contradiccio, et secundo quomodo unumquodque corpus in homine vel extra hominem habet actum proprium sicut proprium appetitum, eo quod in illo non ex equo communicat quodcunque corpus reliquum; et tunc tercio patet quomodo nullum membrum humani corporis habet sic proprie eundem actum cum reliquo; ideo ne verba Apostoli sterilescant, dicit universalem negativam ad sensum expositum et non particularem negativam per negacionem prepositam.

2. In marg.: Prima obieccio. 6. In marg.: Responsio. 11, 12. Cod.: quilibet. 24. In marg.: Secunda obieccio. 31. In marg.: Responsio.

3rd objection: Every man would be his own parts.

Sed tercio obiciunt contra istud: *Multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Ex hoc (inquiunt) sequeretur quod homines quantumcunque distantes componerent unum corpus, et per consequens cum sint partes quantitative eiusdem corporis, una pars continuaretur cum reliqua; et quoad secundam partem textus Apostoli videtur esse falsum quod singuli homines sunt alter alterius membra, quia sic nedum quilibet homo componeret quantitative cum reliquo sed quilibet homo sicut quodlibet compositum foret composite sue partes.

Answer: Natural and mystical combination differ.

Sed ad istum obiectum dicitur concedendo primam conclusionem (ut patet in obieccione prima); verumptamen notanda est differencia inter composicionem naturalem et misticam. Secundum composicionem naturalem quilibet homo componitur cum quolibet unum corpus, et ita licet sint partes quantitative tocius, non tamen quelibet continuatur cum qualibet. Continuacio quidem sive distancia cum sit respectus et non pars substancie, non tollit idemptitatem corporis, cum sit accidencia a quiditate substancie tam remotum. Et patet quod non sequitur: Si Petrus et Paulus sunt partes quantitative eiusdem corporis quod ipsi continuentur ad invicem; sed satis est quod ille partes suum totum quantitative faciant esse maius. Sed aliud est corpus misticum quod super esse naturale superaddit graciam predestinacionis. Et sic loquendo non quilibet homo mistice componit cum reliquo, cum deficit glutinum predestinacionis continuans. Unus enim Christus denominatur et alter Belial. Sed que continuacio Christi ad Belial? Et isto modo possunt solvi contra textum Apostoli I. Cor. XII°, ubi exercetur consimilis logica et sepe alibi in scriptura.

Continuity and distance are accidents.

Purgato ergo isto textu Apostoli ab insania sophistarum videndum est de pertinencia sensus sui. Vult ergo Apostolus diffiniendo docere quod, sicut in corpore naturali quodcunque membrum iuvat reliquum, licet unumquodque habeat officium per se primo sibi appropriatum, sic in corpore Christi mistico quod est ecclesia unumquodque membrum debet spiritualiter iuvare reli-

Duty of mutual help.

1. In marg.: Tercia obieccio. 12. In marg.: Responsio. 15. In marg.: 1; Composicio duplex { naturalis / mistica.
30. denominatur; deñ in cod. 33. Cod.: alii. 34. In marg.: Nota sensum Apostoli.

quum, licet unumquodque eorum habeat primo et per se laborem proprium et mercedem; et sicut (I. Cor. XII°) unumquodque membrum humani corporis habet propriam dignitatem et sine superbia servit secundum suum naturale officium suo toti, sic debet esse de membris ecclesie. Qui enim recipit a Deo ampliora carismata et est apud eum superior debet sine superbia vel ascripcione honori proprio facere officium gracie, quam recepit et totam laudem Deo ascribere. Oculus enim non dedignatur de pedibus, sed sine indignacione vel murmure naturaliter iuvat ipsos; et ita credunt fideles quod gradus altitudinis cesarie introductus in prelatos ecclesie facit divisionem et alienacionem eorum a corpore Christi mistico, cum ex superbia diabolica et de inferioribus dedignantur et non faciunt officium modo quo membris ecclesie pertineret.

Difficulties as to the agreement of our wills with God's: 1. Men's wills differ. 2. Even saints grieve at what God orders. 3. God's will is not known.

Circa hanc epistolam dubitatur utrum omnia membra ecclesie debent voluntati Dei sui concorditer copulari, nec dubium quin hoc sit necessarium et a fidelibus maxime attendendum. Et si obiciunt quod multa membra ecclesie sunt sibi ipsis contrarie voluntatis atque officii valde disparis, ymmo beata virgo et ceteri sancti | Fol. 247c naturaliter dolent de penis et mortibus amicorum et cum Deus vult quod ista sufferant, patet quod licitum est eos voluntati Dei esse contrarios, ymmo cum nec homo nec diabolus cognoscit voluntatem proximi, quomodo cognosceret viator voluntatem altissimi? Tales sunt multi obiectus infidelium quos superfluit recitare.

Answers: 1. God may ordain the difference of will.

Sed cum respondendum sit stulto, ne sibi sapiens videatur, respondendum est breviter ad quodlibet horum trium. Ad primum dicitur quod contrarietas voluntatum attestatur super peccato partis alterius vel mortale vel ad minimum veniale; unde beati non sunt in aliquo sibi ipsis contrarii (ut fuit de Paulo et Barnaba Act. . . .), stat tamen quod neuter sit voluntati Dei contrarius, cum Deus ex causa nobis abscondita sic voluit ipsos esse contrarios et per consequens volicio qua Deus sic voluit, foret utriusque actui conformis. Licet autem alter eorum peccavit venialiter, non tamen oportet

17. In marg.: Dubium. 20. In marg.: Obieccio triplex. 21. In marg.: 1. 22. In marg.: 2. 32. In cod.: mortali. 34. Act.: sequitur lacuna. 37. Cod.: volucio.

34. Act. XV, 39, 40.

quod sua volicio sit peccatum, vel si fuit peccatum veniale, non repugnat quod Deus approbet huiusmodi veniale. Et quantum ad secundum, supposito quod beata virgo licite doluit de pena et morte Christi ex passione naturali inferiori appetitu animi, certum est quod Deus voluit ut mater sua sic doleret, et per consequens dolor sive volicio matris sue volicioni contrarius, cum tunc ipse foret contrarius sibi ipsi. Et ita non sequitur si homo non velit quod Deus vult quod sit voluntati Dei contrarius, quia habet aliam volicionem confusam vel distinctam qua vult id quod Deus vult. Et illa volicio cum sit superioris potencie, non est inferiori contraria, licet a deposita terminetur. In istis autem oportet notare tam de Dei volicione quam de hominis, quod intelligendo ipsam formaliter distinguitur a subiecto. Et talium distinccio capi debet a distinccione volitorum ad que principaliter terminantur. Et illo modo loquitur Psalmus: *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.*

2. So God may ordain grief;

nor is grief incompatible with a general wish to conform to God's will.

Quoad tercium patet quod falsum assumitur, cum tam diabolus quam viator cognoscit tam volicionem quam cogitacionem Dei in pluribus et propter eius inmutabilitatem longe cercius quam cognoscit volicionem proximi conviantis. Verumptamen cogitaciones Dei plurimas ignoramus et ad cognoscendum eas sedule laboramus, quia scimus quod contrariando eis inevitabiliter peccamus. Unde quia tota scripture sacre sentencia ex fide est Dei volicio, debemus ad illum speculum dimissis aliis diligenter attendere, non ad mandatum pape sive episcopi, cum ipsi sint sepe voluntati Dei contrarii, ideo eorum scripture vocalis expressio foret nimis obscurum speculum ad videndum; certum quidem debet esse quod dum aliquis viator fuerit sic voluntati Dei contrarius quod impediat membrum ecclesie secundum legem Dei proficere peccat graviter. Et inter alia signa hoc est evidencius quod est expers communionis membrorum ecclesie. Si enim esset membrum ecclesie, deberet secundum Apostolum quodcunque aliud iuvare atque proficere et nulli esse contrarius in opere meritorio vel obesse. Et per idem ac locum a maiori sequitur quod nullus clericus vel prelatus debet esse ordinacioni

3. God's will is known in many things,

and we may learn it in Scripture.

1, 7. et seqq. Cod.: volucio . . . volucioni etc. 7. matris; adde: non fuit. 23. Cod.: proximi quiantis. 30. Cod.: scriptura. 34. Cod.: peccat deest. 37. Cod.: alium.

18. Psalm. CX, 2.

Dei de clericali conversacione contrarius et per consequens secundum formam qua Christus ordinaverit in lege sua voluntarie militare et illam ordinacionem defendere et fovere.

## SERMO XII.

*Habentes donaciones secundum graciam que data est nobis differentes sive propheciam secundum racionem fidei.* Ad Rom. XII°, 6.

Twenty seven conditions of profit to the Church.

In ista epistola que immediate sequitur epistolam proximam in eodem capitulo docet Apostolus viginti septem condiciones secundum quas omnes viantes debent reciproce se iuvare et prodesse ecclesie. Dicit ergo primo quod omnes viatores *habentes* a Christo *donaciones gracie differentes* debent secundum illas prodesse, quia aliter in vanum graciam Dei acciperent. Per hoc ergo ad laudem Dei differenciam donorum suorum exprimerent et non se ipsos ex alienis false et superbe extollerent. Qui enim abscondunt thesaurum Domini, ut dictam racionem eius celent, sunt Dei proditores et luciferini falsissimi.

1. Prophecy; which may be of future, past or present.

Prima istarum donacionum est prophecia de futuris, preteritis vel occultis ad fidem catholicam pertinentibus (a prophecia enim originatur fides), et iuvant se mutuo communiter. Nam Moyses nunquam prophetasset archana fidei de mundi inicio, nisi a Deo hoc prophetice habuisset, et conformiter sancta Elisabeth fidem de presenti de matre Domini nunciasset. Et breviter omnes prophete legis nove vel veteris numquam aliter affirmaciones de futuro vel negaciones aliquas cognovissent et specialiter de illis que excedunt ingenium naturale. Omnis enim viatoris noticia fit a Deo, ergo | multo Fol. 247[d] magis superhabundans noticia que excedit limites naturales. Et in omnibus istis Christus qui est Dei patris sapiencia illuminat miraculose quodammodo illustratos. Illas itaque prophecias, cum donantur ut publicate prosint ecclesie, debent illuminati constanter populo dimulgare. Et ista racio movebat prophetas in veteri

15. Cod.: acciperient. 19. Cod.: celant. 21. In marg.: 1. 22. vel; adde: presentibus. 26 Recte: nec conformiter.

5. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 246—249. Dominica II post Octavas Epiphaniae. 21. Cf. Sermones I, 19 33, 34. Cf. supra pag. 82, l. 9.

lege usque ad mortem verba Domini publicare et moverent nostros presbyteros quantumcunque mundo simplices intrepide predicare. Et hinc dixerunt apostoli Act. IV°, 20 quod *non possumus que audivimus et vidimus non loqui.* Nichil enim magis necessitat ad opus quam impulsus Spiritus in anima fideli.

2. Ministry.

Secunda donacio est *ministerium* sive laicale sive ecclesiasticum datum fideli ex impulsu Spiritus ministranti, ut patet de sacerdotibus fideliter sacramenta ministrantibus et breviter de quibuscunque ministris ecclesie in officio suo rite ministrantibus. Et condempnantur hic symoniaci, iudices falsi et causidici sive iuridici iusticie venditores. Omnes enim tales cum eis similibus vendunt Christum in multis casibus dampnabilius quam Judas Scarioth.

3. Teaching.

4. Exhortation.

These should not be sold.

Tertia donacio est officium edocentis, et specialiter evangelizacio; res est privata informacio vel scolastica dogmatizacio, et primam earum vocat Apostolus *donum illius qui docet in doctrina* et secundam vocat *donum illius qui exhortatur in exhortando.* Et videtur multis quod vendentes hoc donum vite necessitatem exigentibus . . . . Et quoad terciam de doctoribus qui in studiis generalibus colligunt pecunias de suis scolaribus, de quibus sunt tradiciones edite tamquam leges. Et utinam statuta talia destructa forent, cum tam legem Dei dampnificant quam fautores et consencientes condempnant.

5. Alms giving, which must be without thought of earthly reward.

Quinta donacio est corporaliter elemosinantis qui tribuit egentibus bona fortune *in simplicitate*, hoc est, sine plica duplicitatis retribucionem a Domino et temporalem retribucionem angulariter implicantis. Qui enim dat hec temporalia propter lucrum retribucionis mundane vel vane glorie, sicut non habet oculum simplicem sed includit angulum tribuendo, ut inmiscet racionem tam inconsonam, ita hic *recipit mercedem suam* (ut dicit Christus Matthei VI°, 2). Veritas enim requirit in tribuente tali sui ipsius simplicem racionem, quia duplicitas totum inficit, sicut unum peccatum tota opera bona de genere comitancia quoad meritum mortificat et deturpat. Et super ista racione dependet mandatum Christi Luce XIV°: *Cum facis elemosinam* etc. cum multis similitudinibus.

4. In marg.: Act. IV°. 7. In marg.: 2. 16. Cod.: Secunda donacio. 21. In hoc sermone aliquot partes excidisse apparet. 40. Recte: Matthei VI°, 2.

6. Spiritual rule.

Sexta donacio est curati spiritualis qui preest *in sollicitudine* tamquam pastor fideliter custodiens gregem suum. Deus enim adintra hunc educat et pastor facit fideliter quod pertinet suo officio. Quod si tota sollicitudo sit ad spoliacionem et indebitam tonsionem ovium, quis est mercenarius magis dampnabilis? Et hoc in ea proporcione in qua anime beatificande pociores sunt omnibus. Sed secundum leges humanas quas non licet inficere negligentes in custodia ovium sunt graviter puniendi, ergo multo magis negligentes in custodia ovium Jesu Christi.

7. Showing kindness cheerfully.

Septima donacio est illius *qui miseretur in hilaritate*, hoc est, qui hilariter compatitur oppressis effectuali misericordia adiuvando, non austeritate vultus aut verborum amplius desolando; et ad hoc valet attencio quatuordecim operum misericordie (de quibus dicitur parte prima). Et omnia ista officia ordinantur a Deo, ut singula membra ecclesie prosint singulis. Tantum enim vel plus prosunt indigentes potentibus atque divitibus recipiendo eorum suffragium, quanto non prosunt potentes aut divites oppressos aut pauperes adiuvando. Deus enim potens utrique, ut modo suo prosint sibi altrinsecus, limitat statum suum. Ideo in utroque membro debet caveri improperans et indignans superbia. Membrum enim humani corporis non improperat vel indignatur alteri, licet a ministerio suo adiuvante deficiat. Talia enim septem officia habent membra humani corporis; virtus perpetua precognoscit futura mala vel bona, cum prophetat naturaliter homini desiderabile vel fugibile alimentum.

The corresponding seven offices in the human body.

Stomachus tamquam cocus universalis ministrat alimentum omnibus membris sequentibus, epar docet in digestione secunda purum sanguinem dividere ab impuro, cor exhortatur spiritum et sanguinem moveri ad membra, et quinto alimentum roridum tribuit membris | [Fol. 248a] glutinatum eis per cambium sue forme, caput cum sensibus preest regendo corpus quoad extrinseca, et ultimo virtus regitiva corporis facit omne membrum compati alteri leso (ut docet Apostolus I Cor. XII$^{o}$). Et illum ordinem naturalem creditur Apostolum in isto septenario intendisse.

15. Cod.: hoc videlicet. 19. Cod.: in gentes.

17. Cf. Serm. Partem I, pag. 248, 259 et seqq.

Consequenter declarat Apostolus quibus vestimentis spiritualibus vel donis predicti septem officiarii et eorum ministri debent indui. Et primo omnium dicit quod necessaria est illis *dileccio sine simulacione*. Quid (rogo) est necessarius membris ecclesie quam vera caritas? Nam sine illa non sunt membra ecclesie sed in se divisi et per consequens iuxta verbum Christi Luce XI°, 17 *finaliter desolandum*. Nichil enim cercius quam quod ecclesia et omne totum habet robur a suis partibus coniunctis. Si ergo una pars repugnat alteri ipsam impediens, necesse est quod robur tocius de tanto diminuatur et finaliter dissolvatur. Oportet ergo quod sit vera dileccio excludens simulacionem atque ypocrisim, et per consequens oportet quod illa dileccio sit in Christo, amando Christum concorditer ac principaliter et omnia eius membra secundum racionem qua affectualiter ipsum amant. Si enim ipsum amamus et proximos secundum racionem qua faciunt nobis privatum commodum, necesse est quod amores sint contrarii, sicut contrariantur privata commoda affectata, et per consequens deficiente vero fundamento oportet quod sit falsa dileccio superlata. Et cum Deus caritas est, talis (quantum in ipso est) falsificat ymaginem Trinitatis. Aristoteles tamen philosophus ethnicus dicit VIII° Ethicorum quod *scelestius est falsificare amiciciam quam monetam*. Simulata namque dileccio que non est dileccio confundit ecclesiam et est inseparabiliter in istis privatis ordinibus atque sectis, quia caritate *non querente que sua sunt* necessitantur privatam proprietatem appetere et per consequens esse contrarii caritati.

Twenty garments or gifts, with which those should be induced who fulfil these offices.

1. Love without dissimulation.

Sed secundo oportet arma fidelium discrete indui. Nam pro tempore viacionis membra diaboli cum suis vestibus cum ecclesia sunt commixta. Ideo oportet quod fideles odiant *malum culpe*, quod est vestis commixta membrorum diaboli, et cum hoc malum non poterit per se esse sed requirit fundacionem in bono positivo, necesse est quod natura tali malicie subiecta in Domino diligatur, sic quod Dei filius habeat in quo Christum diligat et satis spissim in quo peccatum odiat.

2. Abhorrence of evil.

16. Cod.: quam. 24. In marg.: Aristoteles. 31. In marg.: 2. 39. Cod.: peccati.

4. Rom. XII, 9. 24. Aristoteles Eth. Nicom. 1165 b, 10—12. 28. Phil. II, 21.

3. Adherence to good.

Tercia vestis est *bono* virtutis *adhesio*. Cum enim habita sit boni a malo distinccio et mali refutacio, necesse est ut sequatur boni adhesio, cum nemo potest esse neuter ad hec duo. Cum itaque virtus sit per se bona, excludens omne malum peccati, patet in quanto Christi fidelis debet adherere sibi, nam ex glutino consuetudinis virtutis potenter excluditur peccatum et per consequens eius pena.

4. Love to each other not only in act but in habit.

Quarta vestis est ut dileccionem non solum in actu habeamus exuti illam in vespere, sed in habitu sempiterno, quia *caritas non excidit;* ideo dicit Apostolus *caritate fraternitatis invicem diligentes*. Caritas enim communiter sonat in habitum, sed dileccio in actum. Illi autem vere diligunt caritatem fraternitatis qui diligunt ordinacionem Christi servare in ecclesia, cum eius destruccio et rituum privatorum induccio christiana sit seminarium invidie et extinccio caritatis. Et hinc primo signanter dicitur: *Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum*. Debet enim pure observari christiana religio tamquam unguentum descendens a capite ecclesie vel cathena aurea per quam cuncti fideles debent esse in Domino cathenati.

5. Humility, which leads us to honour others.

Quinta vestis est ut cuncti viantes fratres suos humiliter venerantur. Per hoc enim fovetur caritas inter membra ecclesie sed istam vestem violenter dilaniant prelacia cesarea et ritus seculi. Nam prelatus cesareus de subdito meliori quoad Deum communiter dedignatur nec solum appropriat sibi honorem negando reciprocum, sed profundat se diabolice in modo honoris quem tamquam alter Deus exigit sibi impendi tam verbis quam ad mundum; non tamen oportet quod vocet eundem *reverendissimum* sive *beatissimum*, nec oportet quod faciat sibi genuflexionem vel mundanam inclinacionem nec oportet quod det sibi fructus temporalium vel apportet sibi atum vel equum altum, sed tantum in differencia signorum reputet ipsum habere alicuius boni excellenciam quoad Deum; cum enim de quolibet membro ecclesie quoad aliquam perfeccionem virtutis non est inventus similis illi et honor sit premium virtutis se-

Prelates demand honour, but fail in returning it.

1. In marg.: 3. 6. Cod.: visu fidelis. 9. In marg.: 4. 12. Cod.: caritatem. 23. In marg.: 5. 25. Cod.: delaniant. 35. atum; sic in cod. an argentum ($a^{tum}$)? ib. cod.: Sed cum in.

11. I. Cor. XIII, 8. 12. Rom. XIII, 10. 18. Psalm. CXXXII, 1.

cundum philosophos, patet quam racionalis est lex Christi quod membra eius debent sese reciproce venerari. Unde credo quod | iste honor apostolicus nunquam fuisset in sua generalitate sic extinctus, nisi per dotacionem succrevissent invidia et indignacio prelatorum.

Fol. 248b

Sexta vestis est quod officiarii ecclesie *non pigritentur sollicite* ad edificacionem ecclesie in suo officio alternare; et cum non sit prelatorum officium sic congregare pecunias sive dominia et cum illis conferare sibi seculum vel ad mundanam reverenciam aspirare sed istis contemptis humiliter evangelizare, patet quantam sollicitudinem darent ad primum fugiendum et aliud exequendum. Sed *Jordanis conversus est retrorsum*, cum in secundo non sint pigri sed ipsum simpliciter omittentes et totam sollicitudinem dant ad primum.

6. Unslothfulness.

Septima autem vestis est quod partes ecclesie sint *spiritu ferventes;* cum enim pigricia debet expelli iuxta vestem proximam, sequens est quod ministri Christi sint in suo ministerio fervidi, quia aliter extingueretur in eis caritas; non tamen debent fervere circa temporalia vel mundana sed circa bona spiritualia, que ad honorem Dei et utilitatem ecclesie redundarent; ideo signanter dicit Apostolus quod sint *spiritu ferventes.*

7. Fervour in spirit.

Octava vestis est quod sint *Domino servientes.* Quidquid enim fidelis fecerit debet intencione finali Domino deservire, ut docet Apostolus de servis servientibus suo domino temporali. Ideo absit quod in loco istius servitutis serviamus carni, diabolo sive mundo; et istum modum serviendi diminuit cesarea prelacia. Numquam enim aliter extraherent tot clericos eciam curatos a servitute Dei in suis ecclesiis et exigerent ab eis in suis domibus cesarias servitutes. Satis quidem fuisset quod ante istam dotacionem seculares domini traxerunt ministros suos a servitute Dei ad sibi seculariter serviendum. Sed dominium inductum in clero et diminucio secularis dominii servicium Dei diminuunt et diabolice sese augent.

8. Serving the Lord.

Nona vestis est quod ministri ecclesie sint *spe gaudentes;* oportet enim quod servicium habeat spem remuneracionis proporcionalem consequentem. Ideo sicut

9. Rejoicing in hope.

2. Cod.: sese recipere. 6. In marg.: 6. 9. Rectius: confederare sive conservare. 16. In marg.: 7. 24. In marg.: 8. 38. In marg.: 9.

13. Psalm. CXIII, 3. 24. Rom. XII, 11. 38 ib. 12.

servientes mundo sive diabolo, dimisso servicio Dei, possunt esse desperacione dolentes cum inevitabiliter retribucio eorum finalis sit penalitas atque dolor, sic servientes Deo debent esse de spe sui finalis premii condicionis opposite congaudentes. Sicut enim servicium factum mundo sive diabolo habet dileccionis quandam pruriginem comitantem et finem condicionis opposite, sic servicium factum Deo habet contra quendam animi gemitum comitantem et in fine dileccionem finalis gaudii consequentem. Unde Apostolus .... *Nos ipsi primicias spiritus habentes intra nos gemimus*, et Psalmo .... *Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultacione portantes manipulos suos;* et sic ex fide scripture debemus serviendo Domino spe gaudere.

Ground for such joy.

10. Patience in tribulation.

Et ex istis sequitur decima vestis quod fideles viantes debent esse *in tribulacione pacientes*. Cum enim ex dictis debent gaudere de premio et maior fructuosa tribulacio infert maius premium, debent esse *in tribulacionibus* eciam auctis cum gaudio *pacientes*. Sed oportet in paciencia ista attendere quod non inferatur propter factam iniuriam vel peccatum sed propter defensionem iusticie in causa Dei; quod si propter perpetratum facinus tribulacio inferatur, adhuc Deus ex sua misericordia pacientem humiliter condonat et premiat in beatitudine tamquam repertum finaliter in suo servicio.

11. Continual prayer.

Undecima vestis est *continua oracio*. Cum enim non possumus ordinate istas vestes induere sine speciali Dei informacione, patet quod necessarium est continue petere divinum suffragium. Ideo dicit Apostolus quod *debemus orare sine intermissione*. Quicunque enim in quocunque ministerio Deo ordinate serviverit bene orat; nec mirum de contextu subtilitatis verborum Apostoli, quia omnes dicte vestes sunt conclusiones pulcherrime ex fide demonstrabiles et instancias oppositas facile est fidelem tollere.

Arguunt enim quod debemus tribulantes nos diligere et pro ipsis tamquam benefactoribus exorare, quod verum est, cum aliter Christus non vocasset Judam

10. Apostolus; sequitur lacuna. 11. Psalmo sequitur lacuna. 27. In marg.: 11. 37. In marg.: a.

10. Rom. VIII, 33. 12. Psalm. CXXV, 6. 17. Rom. XII, 12. 27. Rom. XII, 12: *Orationi instantes*. 31. I. Thess. V, 17.

We are not to invite tribulation and must pray against the devil's wiles.

Fol. 248c

*amicum* nec pro suis cruciatoribus exorasset. Secundo arguunt, quod cum sit bonum et gaudiosum homini tribulari, homo eius maioritatem appeteret sine fine, quia semper eius maioritas foret | homini magis bonum. In isto dicitur quod in tribulacione tali sunt multa, ut passiva tribulacio tribulati, et de ista, cum in paciencia accepta fuerit, indubie est gaudendum. Sic enim homo gaudet armorum propter spem sequentis mundane glorie acucius tribulatus. Quanto magis fidelis in causa Dei de maiori premio magis certus? Ideo dicit Jacobus primo capitulo: *Omne gaudium existimate, cum in temptaciones varias incideritis;* sed quia mente est, tribulacionum huiusmodi finem habere, quia ad ultimum terminari ad mortem, ideo patet quod facta . . . . (ut valet verbum cum bene concluditur), quam diu datur occasio tribulandi, passive eciam usque ad mortem, debet homo cum gaudio illam pati et dolere de tribulancia et per consequens non prudenter ad tribulacionem propriam irritare. Verumptamen eo ipso quo maiorem tribulacionem virtuose tulerit foret illa sibi melior qualibet parte sua. Et quia in ista materia fallere potest diabolus, necessitamur *instare oracioni* et informacioni infallibili Dei nostri.

12. Compassion for the necessities of the Saints.

Duodecima vestis est *compaciencia necessitatibus sanctorum.* Cum enim fratres nostri necessitentur ex repugnacione quomodolibet tribulari, debemus ex condicione caritatis eis compati, dolentes de causa et tribulacione secundum racionem qua ex infecta radice producitur. Et sic debemus de eodem gaudere et dolere secundum disparem racionem; et hinc Apostolus ad Corinthos: *Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror?* Quod si sumus sic *compacientes tribulacionibus sanctorum,* non dubium quin communicabimus bonis suis. Deus enim est pronior ad premiandum propter participium meritorum quam ad puniendum cum merore tribulatorum.

13. Hospitality.

Tercia decima vestis est *hospitalitas* sanctorum in tribulacione viancium. Cum enim debemus necessitatibus

1. Cod.: exorare; ib. In marg.: b. 2. Cod.: Cum sint. 12. mente: ita cod. 14. facta; sequitur lacuna; Adde: tribulacione. 17. Cod.: dolore. 24. In marg.: 12. 30. Corinthos; scil. dicit. 37. In marg.: 13.

11. Jacobi I, 2. 24. Rom. XII, 13: *necessitatibus sanctorum communicantes.* 31. II. Cor. XI, 29.

eorum, et ipsi sunt hospites peregrini in terris pro amore Christi, patet ex evangelio Matthei XXV°, 35 quod debemus ipsos in domum *colligere vel iuvare.* Sed in isto oportet cavere de discipulis Antichristi.

14. Blessing persecutors.

Quarta decima vestis autem est quod homo *benedicat suis persequentibus,* ad quod necessitat racio, cum inimici huiusmodi lucrifaciunt persecuto et secundum racionem illam vocantur amici a Domino, quia ad Rom. VIII°, 28 *timentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

15. Blessing and not cursing.

Ideo decima quinta vestis mandat: *Benedicite et nolite maledicere.* Nam virtute benediccionis augetur premium et malediccione non maioratur sed tollitur et per consequens non mitigatur sed ad deterius irritatur. Ideo vulgariter dicunt fideles quod tres sunt leges in parte contrarie, prima qua redditur malum pro bono et hec est diabolica, secunda qua redditur bonum pro bono et malum pro malo et hec est ethnica et humana, tercia qua regulariter redditur bonum pro malo et hec est invincibilis et divina.

16. Rejoicing with them that rejoice.
17. Weeping with them that weep.

Sexta decima vestis est quod debemus *gaudere in Domino cum* pudice *gaudentibus, et* septima decima quod debemus *flere cum flentibus,* quia cum debemus membris Dei conformari in bono, patet quod utraque pars ex vi communicacionis sanctorum; quamvis autem non prompta sit nobis effusio corporalium lacrimarum, tamen in promptis habemus fletum interioris hominis, qui fit ex vera compassione quam misericors adhibet tribulatis.

18. Being of one mind to each other.

Decima octava vestis est quod cuncti fideles viantes sint concordes in animo *id ipsum invicem sencientes.* Quamvis enim necessitemur quoad nos ipsos in principio sentire discorditer, tamen debemus ascendere quousque habuerimus primum principium omnino immobile, et sue voluntati ac ordinacioni debemus simpliciter subiacere. Et tunc *sentimus id ipsum invicem* et meremur.

19. Not minding high things.

Unde decima nona vestis est quod simus *non alta sapientes* zelo superbie, quia tunc non ascendimus primo principio conformandi et per consequens, dum ipsum non sapuimus, insipidum est et demeritorium quicquid

1. eorum scil.: succurrere. 5. In marg.: 14. 11. In marg.: 15. 16—19. In marg.: a, b, c. 21, 22. In marg.: 16, 17. 28. Cod.: tribulantis. 29. In marg.: 18. 30. Cod.: in invicem. 36. In marg.: 19.

5. Rom. XII, 14. 11, 12. ib. 21. ib. 15. 30. ib. 16.

hic agimus. Et ita ultima vestis est quod debemus tam modis quam personis humilibus consentire. Tunc enim disponimur ut Dei beneplacito conformemur et cum Deus humilibus dat graciam nobis ipsam, ut instruamur in mediis et in finem ultimum beatifice elevemur.

20. Consenting to what is humble.

## SERMO XIII.

*Nolite esse prudentes apud vosmet ipsos.* Ad Rom. XII°, 16.

Ten conditions to be observed in the world.

In ista epistola immediate sequente post proximam Fol. 248d in capitulo XII° ad Romanos docet | Apostolus gentiles et in eis cunctos fideles decem condiciones laudabiles secundum quas debent in seculo conversari. Primam autem exprimit sub hiis verbis: *Nolite esse prudentes apud vosmet ipsos.* Ista autem astucia qua mundanus machinatur malum contra proximum peccatum commissum est periculosissimum inter seculariter conversantes, in tantum quod mundanus reputatur indigne vivere, nisi habuerit istam astuciam, ideo vocatur communiter prudencia personalis; et Apostolus vocat eam prudenciam apud homines. Sed indubie non est prudencia apud Deum, cum non sit virtus sed vicium destruens caritatem.

1. To shun selfish cunning.

Dicitur enim communiter apud regnicolas quod debent festinanter invadere regna alia, ne sibi noceant in futurum, sicut et habens proximum suum suspectum de futura malicia prevenit malum alteri iniuste sepius machinando. Et ista vocatur mundana prudencia quam Paulus prohibet et in ipso Deus.

Ex ista autem radice duo pululant secundum excusacionem iustificatam communiter apud mundum quod homo *malum pro malo reddat.* Et contra doctrinam priorem nunquam bonum pro malo, quod venenum per multas evidencias potest tolli, primo quod Deus ex irracionabilitate operis non potest nisi bonum pro malo reddere, igitur cum omnis christianus tenetur sequi Christum Deum et hominem, *nullus christianus debet malum pro malo reddere.* Ergo cum Christus propter huius condicionis maliciam hoc non potest (si enim

2. Not to render evil for evil.

Offence against God requires punishment.

1. In marg.: 20. 4. graciam; hic aliqua desunt: sic et nobis. 11. In marg.: Nota. 14. Cod.: qua proximum. 15. est; cod.: et. 17. In cod.: communiter twice. 21. Opinio bellorum. 27. In marg.: Dubia. 30. In marg.: 1.

6. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 249—251. Dominica tertia post Octavas Epiphaniae. 29. Rom. XII, 17.

*and in omitting to punish God would return evil for evil.*

aliquis tribuit Deo malum, tunc peccat offendendo ipsum, et per consequens Deus ex sua iusticia retribuit sibi penam), et cum illa pena sit iusta et bona eciam pacienti (ut hic supponitur), patet conclusio. Deus enim non potest se continere cum isto peccato ne puniat, sed si hoc faceret omittendo iusticiam, malum pro malo redderet.

*In returning evil a man exasperates his adversary,*

Item, quicunque malum pro malo reddiderit hostem ad maius malum exasperat et se ipsum a bono meriti apud Deum dampnificat; cum nemo debet hanc legem maledictam implere. Assumptum patet ex hoc quod nemo habet occasionem vel evidenciam probabilem nocendi proximo, nisi propter iniuriam quam proximus sibi infert; augmentata ergo vel innovata iniuria innovatur occasio plus nocendi. Unde audenter assero quod nunquam inter regnum Anglie et Francie fuisset bellum tam diu continuatum nisi propter iniurias altrinsecus innovatas; peccant ergo clerici et prelati utriusque regni qui plane et aspere non predicant istam fidem. Et quoad secundam partem assumpti patet quod ex omissione fidei istius practice amittit fidelis meritum tribulacionis, quod foret sibi prestancius quam omnia bona temporalia huius mundi.

*as is instanced in the wars between England and France.*

*Forgiveness brings better results than retaliation.*

Item, finis optimus ex reddicione mali reciproca foret vindicacio propria vel mitigacio, ne hostis inferat maius malum, sed finis necessario sequens ex lege Apostoli est prestancior isto fine; ergo stultum foret et diabolicum legem priorem admittere et legem secundam dimittere. Supposita maiori minor ostenditur: Nullus (inquam) dubitat quin melius foret ad beatitudinem committere in manus Dei vindictam quam viantem in persona propria vindicare. Unde Christus nunquam in persona propria se vindicavit humanitus sed secundum pacienciam que fuit infallibilis passus fuit, ymmo videtur vindicanciam talem in servis Christi sapere manifestam blasfemiam, cum ex fide Deo sit proprium finaliter vindicare a quo non potest deficere. Et si obicitur quod leges humane et divine que sonant in vindictam tunc omnino deficerent, patet quod lex talis quam oportet concedere esse Deum sic vindicat, non persona hominis ita passa, et exhinc dictum est quod luciferina foret superbia dimissa Dei vindicta christianum taliter

*Vengeance belongs to God.*

*True law is God.*

7. In marg.: 2; ib. Cod.: redderit. 9. Cod.: quod cum. 16. Cod.: continuum; ib. cod.: altrincicus. 23. In marg.: 3. 34. The accusative after 'videtur' is used in Wyclif. 35. Cod.: ex twice.

Danger of retaliation.

vindicare. Securitas eciam ex hoc patet quod impotens suum inimicum in vindictam propriam nescit si in hoc perdet propriam substanciam atque vitam, sed cum hoc sepe contingit, reliquum autem suum meriti non potest deficere, patet in presumente duplicitas et stulticia utrobique. Et quantum ad pacem confirmandam posterius patet quod boni retribucio contra malum stabiliret pacem in Domino, sed oppressio per malum vindicte ad tempus posset facere invasores dimittere, sed invalescente parte oppressa (quod est in manu Domini) thesaurizat, ut post crudelius vindicetur. Stulta ergo foret invasionis causa ubi periret securitas boni invasionis et supposita eius evacuacione nesciretur utrum parti invadenti | Fol. 249[a] caderet ad profectum. Lex ergo caritatis est per se sufficiens ad gignendum concordiam et tam pars sibi ipsi contraria quam clericus et prelatus specialiter in hac parte fidem negat et est infideli deterior.

Duty of keeping in mind the law of forgiveness.

Hanc ergo legem debemus studere, addiscere et docere, quia in ipsa patet tam subtilitas quam salubritas christiani et experiencia expergefaciens nos ad istam legem attencius publicandam foret certitudo qua scimus secundum legem peccati tam invasores quam invasos altrinsecos impediri. Nam communiter dampnificatur pars utraque sed specialiter invasores. Ille ergo foret infidelis regi et regno qui videret eos cadere in hoc precipucium et non (quantum in ipso est) a periculo prohiberet. Sed ignorancia fidei, attencio ad bona solum presencia et prurigo ad terrenam gloriam sunt in causa; sed non dubium quin sic ingratus suis domesticis sit proditor Deo et homini et pessimus infidelis.

3. In doing right we do good to others.

Tercio debemus esse *providentes bona non tantum coram Deo sed eciam coram omnibus hominibus*, quia debemus tantum prodesse ecclesie quantum sufficimus, et per consequens non solum quoad nos providere de rectitudine vie; quod fit et (illud enim quod prodest uni persone ecclesie virtute spiritualitatis prodest et omnibus corporaliter) ab omnibus est sentitum, cum quedam sit distincta sensacio et alia sit confusa. Sed

1. impotens. Rectius: impetens. 14. Cod.: ad perfectum. 20. Cod.: subtulitas. 22. Cod.: fore. 36. Cod.: quod fit in.

32. Rom. XII, 17.

isti condicioni repugnat mutitas et zelus ad privatum commodum vel honorem.

Et quia oriuntur bellum atque contencio ex istorum carencia, ideo quarto consulit expressius, *si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.*

4. Duty of bearing private injury.

Nichil enim impediret iuxta dicta talem pacem communem nisi inpaciencia proprie iniurie; sed illam debemus tollere. Si autem extrinsecum membrum diaboli vult quantumcunque pacientes proximos infestare, eadem est medicina, paciendo inimicos diligere; et tunc (quantum in nobis est) pacem habemus cum hostibus, cum facti sunt nobis amici atque benefici. Et quantumcunque viantes distiterint, ex vi communionis fidelium nobis prosunt; quod si rebellamus et irritamus hostes ad pungnam, in nobis est causa quare pax inter proximos non servatur.

5. and of renouncing revenge.

Et ex istis quinto est tollenda invasio: ideo dicit *non vos defendentes carissimi.* Cum enim anima posita in adopcione sit hostis invasio (quod ab Apostolo vocatur defensio) et paciens iniurie accepte que est undequaque securior atque utilior, non foret filius carissimus qui ipsam renueret et arma priora contrarie condicionis acciperet. Sic enim Christus qui uno verbo posset cunctos hostes suos prosternere (ut patet Johannis XVIII°) elegit humiliter ipso pati; quomodo ergo filius eius animus non faceret similiter.

Objections:
1. This would condemn the Pope for fighting.

Sed contra istud instant plurimi quod non licet christiano et specialiter pape pungnare, quod est contra fidem iam currentem.

2. Rulers would have no power of compulsion.

Item, tunc periret regnum et militum officium et per consequens totum brachium seculare, quod est expresse contra scripturam sacram.

3. God's gift of strength would be useless.

Item, sicut homo habet secundum potencias anime vim se ipsum naturaliter defendendi, ut patet de racione, sic habet secundum potencias corporis vim se ipsum corporaliter defendendi. Sed superflue Deus et natura tribuerent vim talem hominibus nisi possent secundum talem vim finem exequi in effectu; ergo licet homini corporaliter se ipsum defendere et inimico resistere. Et

1. Cod.: et twice. 7. Cod.: proprio. 8. Cod.: extrincicum. 18. asina in cod. 20. Cod.: accepto. 22. revireret in cod. 27. In marg.: Dubium. 29, 30, 33. Cod. in marg.: 1, 2, 3.

4. Rom. XII, 18. 18. ib. 19.

cum talis resistencia non posset esse sine accione corporea comitante, videtur quod inimicos hominis sit sibi licitum inpugnare.

Answers: 1. The Government may repel invaders;

Ad primum videtur michi quod licet brachio seculari defensive pugnare cum hostibus invadentibus. Sed ars ista est periculosa atque difficilis, quia oportet ad causam, ad formam, ad finem attendere; ad causam, cum sit pro defensione fidei non pro stercore temporalium; ad modum, id est, ut sit cum moderacione, pugnando primo cum racione trahente ad concordiam, si potest fieri. Sed impossibilitante homine ad istud, oportet finem, qui est caritas, modum agendi et paciendi discrecius mensurare, sic videlicet quod pugnans caritative diligat hominem quem impugnat et semper sit paratus istam viam dimittere, dum hostis vult viam racionis accipere; via tamen securior foret pugnare spiritualiter non cum gladio aerem verberando sed Deum orando, sic in tractu hostes ad concordiam obsecrando, et in illa reputata vecordia mortem si oporteat paciendo. Et istam viam videtur Paulum innuere, quando dicit *non vos defendentes karissimi.*

but must be ready to make peace, if it is practicable.

Et patet solucio ad primum quod non negandum est assumptum, extendendo nomen christiani ad quemcunque qui se putat christianum. | Fol. 249^b Nam secularis sed non clericus pugnat licite (modo quo dicitur) contra adversarium in opere infidelem; et iudicet ecclesia quis est talis. Quantum enim ad possessionatos clericos, videtur ne quod medium temptandum in principio foret ipsos de secularibus dominiis potestate regia spoliare. Et non dubium quin hoc posset fieri meritorie, facilius atque securius quam hostes quoscunque pugnando invadere, et Deus moveret partes secularis brachii ad perficiendum sufficienter et prudenter istam subtraccionem dominii per quam ecclesia venenatur. Numquam enim sum ausus ad bellum vel pungnam corporalem consulere sed ad partem securiorem ad quem ortatur Apostolus. Unde Abraham et David thauri legis veteris fuerunt in statu imperfecciori et magis ambiguo quam debent esse altilia legis nove. Unde quod papa vel clerici pugnant per se vel alios pro temporalibus est meridianum demonium et inducit fidem perversam in perfidiam.

But the clergy may not fight thus.

To stop them their lordships should be withdrawn.

Wyclif has never counselled war.

3. In marg.: Responsio. 4. In marg.: 1. 12. Cod.: que est.
31. Cod.: invadere twice. 40. Cod.: inducat.

36. Cf. Ezechielis XXXIX, 18.

2. Kings would be diverted from external wars to the suppression of wickedness at home.

Ad secundum dicitur quod non est color in consequencia sed bene sequitur ex isto cum veris quod reges et milites qui iam pugnant illicite, quia contra caritatem, pugnarent per racionem contra suos domesticos inimicos ecclesie. Lex enim caritatis sentenciat quod prius incipiat caritas ab istis domesticis quam a regnis vel personis exteris; ideo cum nullus debet pugnare cum aliquo nisi secundum caritatem, ut patet ex fide, et pugna cum racione et cum temporalium subtraccione sonat securius in caritatem quam pugna cum gladio, patet quod brachium seculare regnorum non pugnaret cum exteris regnis in gladio, antequam istam pugnam cum domesticis complevisset. Absit (inquam) fidelem credere quod non sit militum officium nisi cum gladio sic pugnare, quia tunc foret status imperfectissimus, quo Deo in ecclesia serviretur.

It is the duty of rulers to perform the seven works of mercy, and to resist Christ's enemies.

Debent autem milites servire Deo faciendo utrumque septenarium operum misericordie et secundum periculosissimum opus militum (modo quo dictum est) inimicos Christi et ecclesie expugnare. Unde Luce III° legitur quomodo milites venerant ad Baptistam querentes quid ipsi facerent merendo beatitudinem et respondit: *Neminem concuciatis neque calumpniam faciatis et contenti estote stipendiis vestris*; ubi patet luce clarius quod preco Christi et organum Spiritus Sancti primo prohibet oppressionem vel invasionem extra caritatem, ad quod sunt milites proniores. Secundo quod non excitet ad pugnas, quod licet sit minus malum, tamen ad illud sunt milites nimis proni. Et tercio quod quiete in caritate non remurmurent pro copia temporalium ut solempnius sint ornati, ubi manifeste patet quod militum officium stat principaliter in predicto servicio Dei suspensa pugna qualibet corporali.

3. While spiritual warfare is of most importance, bodily war may be incumbent on laymen.

Ad tercium dicitur quod finalis conclusio est concedenda; sed sicut anima est dignior corpore, ita debet fidelis pugnam preponere anime et exclusa eius sufficiencia per invasionem diaboli ad pugnam abstraccionis temporalium inclinare, et supposito quod ista non sufficiat, tunc cum predicta condicione triplici hostes corporaliter expugnare. Sed hoc solum secularibus debet

1. In marg.: 2. 6. Cod.: regis. 34. In marg.: 3.

22. Lucae III, 14.

competere; clerici autem debent aliam viam securiorem eligere. Et si replicatur quod ipsi habent potenciam corporalem ut ceteri, quare ergo non licet illis uti potencia sua in sui defensionem ut faciunt seculares? Sed erubescant impudici qui istud obiciunt; ipsi enim habent ut seculares organa procreandi et tamen propter beatitudinem adquirendam se castrant ut eunuchi (ut docet evangelium). Quare ergo non propter magis meritum sic exercitarent suam potenciam corporalem? nam Psalmo .... scribit Sapiens: *Fortitudinem meam ad te custodiam.* Quomodo ergo non custodit potenciam suam ad Deum amplius venerandum qui usum illius vertit in melius, eligendo viam Domino plus placentem?

The clergy may not fight.

Sexta condicio sequens ex priori est quod quilibet christianus *daret locum ire;* ille autem dat locum ire qui propter iniuriam Dei in caritate irascitur et propter honorem proprium aut iniuriam propriam vindicandam non irascitur, sed expellit talem iracundiam ut venenum. Ille autem dat locum vere ire et excludit iram diaboli. Sicut enim virtuose iratus est Dominus, sic Moyses et alii servi eius; unde ad discernendum unam iram a reliqua utendum est regula Augustini. Non enim est aliqua passio anime vel aliqua creatura quin in illa reluceat divina iusticia, nec est aliqua ira culpabilis nisi secundum racionem qua deficit a Dei iusticia; colemus ergo de ira que est humana passio illud quod pure sapit iusticiam ab illo quod a defectu iusticie | Fol. 249c est fundatum. Et credamus quod illud autonomatice inest Deo et perfecte quodammodo iustis suis. Et sic dicit Psalmus *Deum furere et irasci.* Moyses autem dicitur sepe irasci propter ydololatriam, licet quoad iniuriam suam fuerit mitissimus. Ille ergo secularis aggrediatur bellum corporeum qui scit colare hanc virtuosam iram per se ab alia viciosa, et ille qui nescit nisi illas confundere omnino abstineat a bello huiusmodi corporali. Sed sciat rectus colator quod non irascatur nisi pure ad vindicandum Dei iniuriam et ad utilitatem persone iniuriantis atque ecclesie, et nullo modo sit in animo irracionabiliter perturbatus nec intendat honorem vel lucrum proprium, ut faciunt communiter bellatores. Ideo

6. Giving place unto wrath, i. e. being angry in God's cause, not in our own.

We must purge our anger of all injustice,

and be sure that our motives are not personal.

28. Cod.: quod deest.

10. Psalm. LVIII, 10. 15. Rom. XII, 19. 22. Regula Augustini; cf. Trialogum, pag. 175. 30. Psalm. CV, 40.

confirmat Apostolus suam sentenciam per dictum Deuteronomii XXXII°, 35 *Michi vindicta et ego retribuam.* Nam impossibile vel nimis difficile est pugnantem, concussum vel lesum non irasci alteri propter vindicte proprie appetitum.

7. Feeding our enemies; not in preference to others, but of their needs come before us.

Septima autem condicio obligans ad dileccionem cuiuscunque proximi eciam inimici sub istis verbis exprimitur: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum.* Ubi notandum contra sophistas quod signum condicionis non exprimat nudam consequenciam ad hunc sensum; quod si inimicus tuus esurierit, debes eum cibare corporaliter, quia tunc Christus peccasset continue, et cuncti fideles forent necessitati propter inimiciciam spiritualem criminis peccare continue, oportet eos quantumcunque distantes ad criminosos currere et cibare vel aliter omittere quod debent facere. Ideo dicunt notantes equivocaciones quod *si* in talibus locucionibus simpliciter circumstancie paritatem . . . . ac si scriptura intenderet, *si esurierit inimicus tuus* et fuerit in magna necessitate tibi ita positus, *tunc debes* ceteris paribus *eum cibare et potare* cibario corporali et omnino spiritualiter, volendo eum habere firmitatem fidei tamquam cibum et superaddicionem consilii tamquam potum; nam istas voluciones que terminantur ad cibacionem spiritualem pacemque exigit regula caritatis: sic debet intelligi dictum Sapientis Prov. . . . . et dictum Apostoli in hoc loco.

8. Giving them drink; so lighting the fire of charity within them,

Et patet quomodo octava condicio debet intelligi: *Si sitit, potum da illi: Hoc* (inquit) *faciens carbones ignis congeres super caput eius.* Relevare vero necessitatem inimici in casu huiusmodi est dare occasionem, ut ignis caritatis in sue mentis arbitrio accendatur.

9. not to be overcome of evil.

He who is slain for God's sake is a conqueror.

Nona vero condicio est quod homo *nolit vinci a malo* intelligendo per malum sive peccatum sive suum subiectum proprium vel extrinsecum. Cum enim homo virtuose occiditur ab inimico qui sit membrum diaboli et peccatis suis qui sunt diabolice armature, non vincitur ab eis sed eos superat per virtutem. Ex cuius victoria coronabitur apud Deum. Et (ut breviter dicatur) non est possibile hominem superari vel vinci nisi a peccato

2. Cod.: Vindictam. 15. Cod.: distanter. 18. paritatem (?) Cod.: $pi^{tem}$. Unum verbum excidisse videtur. 26. Prov.; sequitur lacuna in cod. 29. Cod.: Congeries. 34. Cod.: extrinciecum. 37. Cod.: sed twice.

8. Rom. XII, 20. 26. Proverb. XXV, 21.

Man can be conquered only by his own sin.

proprio superetur, quia incitetur quantumcunque ab hoste extrinseco occiderit corpus superante anima digniori. Ille homo superat, quia pars eius nobilior superat in qua per se eius personalitas est servata. Unde improprie loquuntur qui dicunt mundane quod inimicus superat hostem suum ex hoc quod ipsum occidit, cum proprie loquerentur, dicendo quod occisus per pacienciam quia per virtutem anime superat suum.

10. Overcome evil with good; i. e. overcome sin by the strength of virtue.

Ideo Apostolus dicit condicione decima et finali: *Vince in bono malum.* Tunc enim facit fidelis sic, quando in bono virtutis superat reprobum vel peccatum, quod cum sit facilius ac secundum racionem multipliciter bonum melius, est instancius faciendum; considerando quidem triplicem racionem boni dicitur communiter quod aliquod est bonum utile, aliquod delectabile et aliquod est honestum, sed quid utilius quam adquisicio beatitudinis? quid delectabilius quam secundum viam virtutum incedere in qua angeli beatifice delectantur? aut quid honestius quam abrenunciare diabolo et peccato per se maxime fedativo secundum viam angelicam ad beatitudinem ascendendo? Quamvis autem multa dura circumstant istam epistolam, tamen sunt ad breviores epistolas differenda.

## SERMO XIV.

*Nemini quicquam debeatis nisi invicem diligatis.* Ad Rom. XIII°, 8.

Love the fulfilment of the law.

In ista epistola pro finali conclusione trium precedencium Apostolus epilogat caritatem, immo si quemcunque fratrem tuum perfecte diligis, satis est ad observanciam mandatorum. Primo tamen tollende sunt
Fol. 249[d] instancie quibus instant avari | atque sophiste contra primum verbum Apostoli. Si, inquiunt, nemo debet quidquid debere alteri nisi dileccionem mutuam vel caritatem ut diligat fratrem suum, cum hoc non sit pecunia vel aliquod temporale, sequitur quod non est debitum de aliquo temporale. Et cum nemo potest mercari cum aliquo sine obligacione pro aliquo temporali, sequitur quod talis obligacio non implicat debitum, et per con-

Objections: 1. This would put an end to all commerce,

2. Cod.: extrincico. 3. Cod.: superiat. 8. suum; scil. hostem. 9. Cod.: dicit quod. 13. Cod.: boni. 32. In marg.: 1; Duplex obieccio. 33. Cod.: vel ut caritatem.

24. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 252—254. Dominica quarta post Octavas Epiphaniae.

sequens nemo potest de debito corporali fratrem suum impetere.

2. and to payment of debts.

Et contra idem instant sophiste multipliciter: Nemo, inquiunt, debet quicquam solvere fratri suo nisi dileccionem debet solvere, et per consequens nichil terrenum cum quo vita conversancium nutrietur; nemo autem ex nuda dileccione posset vivere.

Answer: double use of 'nisi': affirmative and negative.

Sed pro ista argucia infamis binarii est notandum quod *nisi* est equivocum ad hec duo. Quandoque enim enim sumitur exceptive ut noverunt logici exponentes ipsum dupliciter, scilicet per affirmativam et negativam. Affirmativa autem est prima exponens et preiacens exceptive, quando autem sumitur negative simpliciter, tunc valet istis duobus '*si non*', ut quando dicit Apostolus II. Cor. . . . . *Michi autem absit gloriari nisi in cruce*, cum intencio sua sit quod in Christo crucifixo principaliter glorietur. Sed intendit quod in nullo glorietur si non in cruce et in passione quam Christus in cruce pertulit, et per distinccionem et equivocacionis deteccionem tolluntur argucie sophistarum. Intendit enim

The Apostle means that love is the chief debt.

Apostolus quod nec in commercio corporali nec spirituali sit quisquam debitor homini si non secundum legem caritatis principaliter debeat ipsum diligere. Ab aliis autem debitis temporalibus potest homo exui sed ab isto debito propter eius spiritualitatem et perpetuitatem nunquam exuitur. Quanto enim quis fratrem

This is a constantly growing debt which can never be acquitted.

suum ardencius dilexerit in caritate tanto plus tenetur eum diligere, sicut quantum plus de servicio Deo reddiderit, tanto plus de servicio debet Deo, quia servicium Deo inpensum et dileccio caritatis ex novitate mercedis et delectacionis quam inferunt continue obligant ad simile magis novum. Sic autem non est de temporalibus debitis propter eorum imperfeccionem, et ideo sicut insolubiliter quis debet Deum et proximum suum diligere, sic insolubiliter debet Deo servire. Et hoc intendebat Apostolus in primo verbo huius epistole quando dixit: *Nemini quicquam debeatis si non ut invicem diligatis*. Nemo enim debet mercari vel tractare cum proximo nisi ad fratrem, ut ipsum caritative diligat, cum

3. In marg.: 2. 8. In marg.: Duplex responsio. 9. quod nisi ·/. in cod.; in marg.: nullum verbum adicitur; ib. in cod.: he. 15. Cor. sequitur lacuna. 20. Cod.: detencionem; ib. sophisticorum. 29, 30. Cod.: redderit. 34. Cod.: insolibiliter.

15. Gal. VI, 14.

in hoc consistit merces perpetua. Beati quidem perpetuo diligunt licet dispariter tam suos socios quam dampnatos. Nec oportet ulterius pro solucione dictas argucias recitare. Probat autem Apostolus conclusionem suam per hoc medium: Si quis perfecte *proximum* suum *diligit*, totam *legem* decalogi *implevit*, cum omnia septem mandata secunde tabule ad hoc tendunt finaliter ut proximus diligatur. *Qui autem offendit in uno eorum* (secundum Jacobum) *factus est omnium reus*, et per consequens nullum perfecte implevit nec proximum suum perfecte diligit, quod si non facit, tunc cum paribus est prevaricator omnium trium mandatorum prime tabule et sic tocius decalogi. Unde I. Johannis dicit Sanctus: *Qui enim fratrem suum quem videt non diligit, Deum quem non videt quomodo potest diligere?* Quasi diceret: Nullo modo. Sicut ergo unum mandatum est connexum cum reliquo, sic mandata dileccionis Dei et proximi sunt connexa. Ideo dicit Veritas Matthei . . . . quod *in hiis duobus mandatis universa lex pendet et prophete*, ymmo secundum Apostolum hic *plenitudo legis est* utraque *dileccio*, hoc est, si quis alteram earum perfecte habuerit, totam legem implevit, et sic caritativa dileccio est servanda propter sui brevitatem, propter communitatem, delectacionem et propter finalem retribucionem, probat autem Apostolus de septem mandatis secunde tabule quod *omnia includuntur in uno verbo caritative dileccionis*, ut patet litera.

Perfect love to our neighbour fulfils the whole law.

Circa istam epistolam dubitatur utrum caritativa dileccio et fratrum validorum clamorosa mendicacio sint compossibiles, et videtur quod non, quia eo ipso quod frater sic mendicaverit indebite, concupiscit rem sui proximi, et si sic, offendit in ultimum mandatum decalogi et per consequens est prevaricator cunctorum iuxta beatum Jacobum; et sequitur oppositum dubii propositi. Quoad assumptum patet quod licet fidelem concupiscere omnia bona Dei, cum *iustorum sint omnia*, et Deus super omnia bona sua constituet servos suos, quod cum sit concupiscibile, patet quod licet bona alterius vi caritative

Friars' begging an offence against charity.

22. sic. Cod.: si. 24. Cod.: dilectacionem. 25. septem; cod.: quinque. 27. Cod.: et patet. 28. In marg.: Dubium notandum. 30. In marg.: Prima racio.

8. Jac. II, 10. 14. I. Joh. IV, 20. 18. Matth. XXII, 40. 21. Rom. XIII, 10. 26. Rom. XIII, 9: *In hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.*

Such begging is a sign of concupiscence.

communionis concupiscere. Sed tota prevaricacio est in concupiscencia indebita. Quod autem talis mendicacio dicit concupiscenciam indebitam sic suadetur, suppo- Fol. 250a nendo | quod dicit concupiscenciam boni proximi. Nam talis concupiscencia non est fundabilis in scriptura nec a Christo vel aliquo eius apostolo exemplata. Ergo ipsa supposita est valde indebita, cum tam in scriptura quam in vita Christi et apostolorum est omne opus hominis licitum exemplatum. Assumptum patet ex hoc quod nec in Christo nec in factis apostolorum fuerunt *est et non*, sed in apostolis et specialiter in Paulo fuit talis mendicacio detestata. Ergo nullibi per eos fuit licenciata. Christus enim qui *venit non legem solvere sed implere* nullibi taliter mendicavit. Nam Deuteronomii XV°, 4 *omnino non erit indigens et mendicus inter vos;* ubi certum est quod loquitur de taliter mendicante et de incarcerato quem oportet divites prevenire. Et hinc Apostolus mendicitatem tantum exhorruit (ut patet Actuum XX°, I$^a$ Thessal. IV° et II$^a$ Thessal. III°). Nec dubium quin hoc organum et Spiritus Sanctus fistulans erant in isto concordes.

Christ gave no example of such begging.

Item, ex fide supponitur quod Christus fuit omnipotens, omnisciens et omnivolus, et per consequens sequitur cum veris quod tota conversacio sua atque commissio ordinata fuit, ut postmodum sit viatoribus in exemplum. Cum ergo totum evangelium non cavetur de tali mendicacione Christi, sed innuitur manifeste oppositum, sequitur quod non taliter mendicavit. Pro antecedente patet, cum talis mendicacio fuisset notabile exemplum fidelibus ad faciendum similiter, quod Spiritus Sanctus non omisisset ipsam exprimere nisi blasfemetur quod fuit negligens in dando fidelibus legem suam. Unde ceci sic mendicantes per rimas evangelii circumpalpant, ubi possunt sibi fingere mendicacionis huiusmodi fundamentum. Et fingunt triplex mendacium; primo ex illo Joh. IV°, 7, ubi Christus dixit Samaritane ut *daret sibi bibere;* sed hoc diffuse explanatum est alibi non fuisse mendicacionem. Et utinam fratres non mendicarent aliter quam de aqua.

They urge Christ's request to the woman of Samaria. They do not beg only water.

6. Cod.: alico. 22. In marg.: Racio secunda. 35. In marg.: Triplex ficcio pro mendicacione; ib. in marg.: 1.

10. II. Cor. I, 18. 13. Matth. V, 17.

Christ did not beg of Zacchaeus, but commanded him.

Secundus locus est illud Luce XIX°, 5, ubi Christus dixit Zacheo: *Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Sed patet quod hoc non est verbum taliter mendicantis, sed innocentis Domini imperantis.

Nor did he beg of Martha.

Tercius locus est illud Luce X°, 41, ubi Martha fuit sollicita ministrare Christo cum suis apostolis. Cum ergo venit ad prandium non vocatus, videtur quod taliter mendicavit. Sed deficiente colore in ista argucia, patet quod Christus sepe venit ad prandium tamquam universalis Dominus et vere innocens, quando indecens fuisset quod servi sui ipsum ad prandium invitassent; et non plus sequitur de Christo quam de terreno domino, si venit ad suum prandium non vocatus, ergo mendicat. Christus enim est verior dominus cuiuscunque essibilis quam aliquis dominus secularis. Unde Christus Johannis VI°, 5 in convivando quinque millia hominum de quinque panibus indicat universalitatem sui dominii. Non enim dicit Philippo: Dic populo ut mendicent a proximis sicut ego, sed dicit: *Unde ememus panes ut manducent hii.* Et idem patet Johannis IV°, 8 ubi Apostolus: *abierunt ad villam ut emerent* Christo *cibum.* Que ergo necessitas sibi, ut aquam a femina mendicaret? Unde Matthei XXI° postquam fuit famelicus et detestans istam mendicacionem non panem peciit clamorose, sed surgens in Bethaniam cras mane rediit ostendens suum dominium et ingressus in templum dominanter eiecit ab eo in persona propria illicite commercantes.

He taught that each man should provide for himself.

Item, Christus non sic mendicasset dando exemplum servis suis ad faciendum similiter nisi hoc fuisset racionabile et conveniens statui innocencie. Sed omnino patet oppositum. Ergo Christus non mendicavit taliter ad hunc finem. Ordinavit enim Christus, in cuius factis non fuit contradiccio, quod quisque provideret de bonis quoad usum proprium et non foret alteri onerosus. Sic enim in statu innocencie unus non fuisset fatigatus ad ministrandum alteri, sed quilibet libere de fructibus quantum oportuit accepisset; unde post lapsum dedit Deus servis suis propriam potenciam corporalem et iniunxit proprium laborem, ne forent proximis onerosi, ut patet

1. In marg.: 2. 6. In marg.: 3. 16. Cod.: essebilis. 22. Cod.: iverunt adierunt. 26. surgens; cod.: gens. 30. In marg.: Racio tercia.

Genesis III°, 19, ubi dicitur non in mendicacione vescere alieno cibario sed *in sudore vesceris pane tuo.*

The friars disobey God's command to labour.

Secte autem iste nituntur in isto et multis aliis pervertere legem Christi, et hinc credunt quidam quod propter omissionem salubris mandati Domini de laboricione manuali fratres superbiunt iuxta illud Psalmi: *In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur*, ideo tenuit eos superbia. Quando enim ociantur, ut alii non dant se laboricio sed rapine, et quando alii de populo talliagiis et aliis exaccionibus macerantur, illi tamquam filii diaboli peccato liberi non taliter flagellantur. Et cum ex fide laboricium fuit | [Fol. 250b] iniunctum a Domino ad reprimendum superbiam, ad memorandum culpam propriam et ad excitandum contemplacionem devotam, patet quod fratres per mendicacionem infundabilem a talibus eximuntur. Et hec racio quare Paulus sic se dedit laboricio pro se et sociis, quare Clemens papa prohibuit pauperes baptizatos taliter mendicare; et sic de ceteris sanctis antequam iste secte canine fuerant introducte. Christus ergo qui in summo continue servavit statum innocencie non taliter superflue mendicavit, quia tunc fuisset onerosus ecclesie, nec cuncta opera sue viacionis fecisset ad regulam; et patet quod mencientes de Christo in mendicacione ista blasphemant in ipsum et per consequens in totam Trinitatem.

Begging leads to lying,

Item, cum Christus ex fide Johannis XIII°, 6 sit prima *veritas*, odit mendacia nec dat occasionem, ut eius discipuli menciantur. Sed si daret occasionem taliter mendicandi, daret occasionem crebrius menciendi. Ergo hoc non potuit competere Veritati. Cum enim mendicare sit defectum egentis indicare, patet quod clamans talem defectum sine substrata necessitate manifeste mentitur, et cum tale reale mendacium odit Deus, patet quod non taliter mendicavit. Fratres autem mendicant de

as in false pretence of need.

3. In marg.: Nota. 16. Cod.: exuuntur. 17. In marg.: Triplex causa quare homo debet laborare. 27. In marg.: Quarta racio. 31. In marg.: Quid est mendicare. In marg. inf. Nota quid est mendicare? cum quatuor conclusionibus. De eadem materia inf. Sermone XXIX° (Rectius XXVIII°).

7. Psalm. LXXII, 5. 18. Clementina Epist. prior (ed. Dressel), cap. CLI (text. lat.), pag. 103. Sed et eos qui semper ad illum propter praedicationem atque doctrinam conveniebant maximeque quos sciebat divitiis abundare et largiri posse hortabatur, ne semel sancto baptismo purgatos sinerent publice a Judaeis inopiae causa nutriri. Cf. Wyclif's Serm. I, No. IX, vol. I, pag. 64.

The Mendicants fare better than their almsgivers.

plebe avide et communiter elemosinantibus vescuntur laucius, ut patet de buccis eorum, ymmo in vescibilibus et aliis temporalibus usibilibus superant multos plebeos a quibus spoliant bona sua. Cum ergo instanter et violenter verberant aerem, eructando mendaciter quod adeo sunt egeni, patet quod sic mendicando seminant spissim mendacia.

Two kinds of begging: 1. Innuitive i. e. simply letting real poverty be seen.

Est enim duplex mendicitas, prima qua persona devota vere et naturaliter innuit eius indigenciam et pauperiem, et taliter fuit Christus mendicus cum indicavit in re quantum passus fuit pro homine et sic loquitur Psalm. XII° quod Scarioth *persecutus est hominem inopem et mendicum.* Et ad hunc sensum dicit Apostolus II. Cor. VIII°, 9 quod Christus fuit *egenus et inops.* Cum enim in statu innocencie non fuissent homines onerati cibariis, quia hoc fuisset superfluum et Christus ex fide tantum servavit statum innocencie quantum racio permittebat, non fuit oneratus cibariis sive pecunia, sed habens continue precise quantum permisit racio vixit in moribus summe bene. Quod autem habuit sacculos atque pecuniam hoc habebat in Scarioth, ut exemplaret posterius possessionem temporalium moderatam.

2. Clamorous, without real want.

Secunda autem mendicacio culpanda est peticio clamorosa sine indigencia necessaria bonorum proximi, et isto modo Scarioth peciit insinuative de Magdalene valorem unguenti ad trecentos denarios (ut patet Johannis XII°); unde in pena (sicut ponit Psalm. CVIII°) sunt singuli qui illicite sic mendicant, ideo vocantur Scariotite a pluribus, cum indubie ypocritice devocionem simulant sicut ipse. Unde tales ypocrite false fingunt quod imitantur Christum in conversacione simillime, et nulli a Christo magis degenerant. Si enim cum istis paribus sequerentur Christum in moribus, potissime forent in egencia et mendicacione. Sed quoad egenciam superant multos populos et magnos dominos habentes in propriis sumptuosas domos, utensilia et possessiones que Christus non habuit. Patet quantum ab ipso in

8. In marg: Duplex mendicitas { laudabilis / culpabilis

8. In marg.: 1. 12. Cod.: XVIII°. 13. Cod.: medicum. 18. Cod.: onertatus. 21. Cod.: baculos. 28. sicut ponit; Cod.: penam sinpit. 33. In marg.: Nota. 35. Cod.: egencia. 37. Cod. sumptuosos quoad.

12. Psalm. CVIII, 17.

egencia variantur. Et quantum ad mendicacionem, patet ex dictis quomodo in hoc sunt Scariotite sibi contrarii. Et patet quam mendax est similitudinis Christi ficticia, unde metricus vere dicit:

*Mendax mendicus non est veritatis amicus.*

Si enim ex fide evangelii Christi discipuli sunt eius amici, si faciunt quod ipse eis precipit, sequitur per locum a contrario sensu convertibilis, si non faciunt quod Christus precipit et false fingunt se facere sunt Christi inimici et hostes publici caritatis.

Such beggars are destroyers of realms: 1. by impoverishing lords.

Item, descendendo ad destruccionem reipublice patet quod tales mendici sunt destructores regnorum tam in temporalibus quam in spiritualibus. Onustant enim plebeos laboratores in regnis et simplices per multa millia librarum auri (ut sepe ostensum est); nec dubium quin in hoc spoliant brachium seculare, cum necesse sit deficientibus tenentibus redditus suos deficere. Nec obest quod talem thesaurum sparsim in inimicis congregant cautelose, quia sicut non refert quod persona fiat exsanguis et consumpta per cruentacionem in una vena vel per tantum sanguinis effusionem per poros aut partes insensibiles, sic non refert utrum persona regni sit consumpta in temporalibus per globosas rapinas ut | fit de possessionatis clericis, vel per subtiles exsudaciones, ut fit de Mendicantibus; ymmo sicut plus penalitatis sustulit, quando facte sunt sudaciones eius tamquam gutte sanguinis decurrentis, quam quando vene sue clavis vel lancea sunt aperte, ita videtur de persona regni quoad spoliacionem notoriam per possessionatos sensibiliter mendicantes. Nec dubium quin clerus ex ordinacione Domini institutus multiplicem rapinam per fratres patitur, ut patet de confessionibus, de sepulturis, de missis et aliis sub colore elemosinarie defalcatis; mendici vero Christi quos ipse maceravit pena cecitatis, claudicacionis vel debilitacionis paciuntur per ipsos manifestam iniuriam. Nam cum regnum sit tantum finite prosperitatis et copie temporalium, necesse est quod subtractis illis per calliditates fratrum tamquam mare recipiencium et non redundancium quod egeni Christi deficiant. Sed (rogo) attendamus ad spirituale commodum quid refundunt, nam si non diligunt dominum

Fol. 250c

2. by robbing the clergy.

5. In marg.: Versus; ib. Cod.: mendiciis. 11. In marg.: Quinta racio. 23. Cod.: temporibus. 24. Cod.: ut ut. 34. Cod.: merceravit.

Jesum Christum ipsum sequentes in moribus, certum est quod deteriorant populum cum quo communicant et non prosunt; ymmo esto quod prodessent spiritualiter adhuc presumpcio foret diabolica hoc temere diffinire. Videtur quod sapit mercandiam symoniacam tractatus eorum cum populo, cum monstruosa eorum communitas necessitat ipsos ad mendicandum callide in tractatibus mundi et ad committendum multa illicita.

Friars cannot fulfil Christ's command of mutual love.

Item, cum secundum istam epistolam omnes viantes necessitantur ad diligendum se invicem et dominum Jesum Christum et fratres propter conventicula eorum et privatas sectas necessitantur ad oppositum, patet quod deficiunt a principali debito proximorum. Si enim debite Christum diligerent, forent de suis ordinacionibus et religiosis legibus contentati; sed istas abiciunt, novitates proprias statuentes, ideo videtur quod propter defectum dileccionis Christi incurrunt nimis generaliter anathema, et specialiter si propter privatum commodum aut sustentacionem proprium sue secte ordinacionem Christi dissimulant sive tacent.

They do no alms but are founded on avarice.

Quantum ad dileccionem proximi in elemosinis corporalibus, patet quod elemosinantur a proximis, non econtra, nisi forte propter spem retribucionis superhabundantis convivent mundi potentes Christi pauperibus derelictis. Et breviter sicut novam religionem Antichristi constituunt, sic in novis principiis avaricie sese fundant. Nam Moyses in lege veteri qui fuit dux populi profitetur quomodo nullius subiecti sui aliquid concupivit (ut patet Numeri XVI°), secundo patet illud de Samuele (I. Reg. XII°), et tercio patet idem de Paulo (Act. XX°). Si ergo in lege veteri, quando populus sperabat retribucionem temporalem, supremi iudices nichil a populo acceperunt, quanto magis in lege gracie, quando sunt lex Christi et eius retribucio spiritualis specialiter attendende.

They despoil the people more than kings do.

Numquid sufficit lex Christi que debet esse ultima quoad sui propositos, nisi Antichristus superaddat legem quod non solum supremi iudices sed quilibet monstruosus de suo exercitu de temporalibus spoliet populum supra reges? Nam Act. XX°, 33, 34 dicit Christus per suum Apostolum: *Argentum autem et aurum aut vestem nullius concupivi, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea que opus michi erant et*

9. In marg.: Sexta racio. 20. Cod.: simulant. Corr. 28. secundo; cod.: primo. 32. nichil; cod.: vel a. 38. In marg.: Act. XX°.

St. Paul earned his living.

Evils produced by the sects.

*hiis qui mecum sunt ministraverunt manus iste.* Nec dubium quin Apostolus plus profecit ecclesie pro tempore sue viacionis quam faciunt omnes fratres, quia a tempore quo subintroducte sunt secte decrevit christiana religio, frigescebat multorum caritas et communitates fidelium per Antichristi versucias decreverunt, ac si *inmundus spiritus* (sicut in lege veteri) *exiverit* ad tempus *ab homine*, et videns quod non quantum appetit tantum nocet in gentibus . . . *sibi ipsi: Revertar in domum meam unde exivi, et inveniens eam* ritibus noviter adinventis *ornatam et scopis mundatam* tradicionum novarumque quoad mundi apparenciam emundatam *assumit* sibi Antichristum ut eius principalem vicarium ac universitatem suorum complicum *et fiunt novissima hominis* nudo nomine christiani *peiora prioribus.* Et sic creditur (ut in lege antiqua) quod generacio nomine christianorum sit pessima ad quod indubitanter iuvant precipue iste secte, cum lex Christi debet servari in sua facilitate ac libertate primeva, sed nunc per fastum et questum Antichristi ultra duriciem et illibertacionem legis veteris est gravata.

## SERMO XV.

Thirteen garments needful to the Christian.

*Induite vos sicut electi Dei.* Ad Col. III°, 12.

Dictum est Sermone XII° huius de viginti vestibus | Fol. 250[d] necessariis viatori. Et omnes illas precipit Apostolus in epistola ista ordinate induere, quod est hodie eo necessarius quo interiora spiritualis hominis ut caritas refrigescunt (ut dicitur Matthei XXIV°). Quia autem indumenta membrorum Christi atque diaboli sunt condicionis opposite ut virtutes et vicia, ideo dicit Apostolus: *Induite vos sicut electi Dei.* Non enim melius possunt discerni membra Christi a membris diaboli quam ex varietate huiusmodi indumenti. Membra enim Christi induunt uniformitatem virtutum et pacis sed membra diaboli varietatem operum viciorum. Nam licet quandoque faciant opera bona de genere (quibus enim vestibus anime stragulantur), tamen omnia illa in isto colore con-

3. In marg.: Nota. 5. Cod.: frigefiebat. 9. gentibus; sequitur lacuna in cod. Adde: dicit; ib. Cod.: Revertatis. 12. Cod.: enundatum. 23. Cod.: Ductum.

6. Matth. XII, 43—45. 21. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 255—257. Dominica quinta post Octavas Epiphaniae. 27. Matth. XXIV, 12.

veniunt quod cinguntur malicia viciorum. *Induite*, inquit, *vos* hiis tredecim vestimentis, cum sitis *electi* Dei per specialem vocacionem et (ut sperare debetis) per predestinacionem, estis secundo *sancti*, hoc est, in fide firmati per predicacionem sanctorum, exemplacionem et sacramentorum roboracionem. Tercio debetis secundum racionem qua estis *dilecti* Dei secundum presentem iusticiam. Nam secundum hoc debetis contra hostes Christi in armatura sua pugnare viriliter, quia dilecti Christi non possunt in pugna ista in fine deficere.

1. Bowels of mercy; specially spiritual mercy.

Primo ergo debetis induere *viscera misericordie* tamquam camisia et specialiter misericordie septemplicis spiritualis. Primo enim debet homo misereri anime sue, et si post miseretur fratribus scilicet specialiter peccatoribus, placet Deo. Sed Osee X°, 12 dicitur: *Metite in ore misericordie.* Misericordia enim debet per omnia interiora spiritualis hominis profundari, cum Matthei V°, 7 scribitur: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Vocat autem Apostolus *viscera misericordie*, cum Deus noster quem debemus imitari visitavit nos in Christo, fuit interior eius filius vel . . . ; et sic misericordie sue eterne adintra possunt dici eius viscera, sicut vere misericordie a Deo et eius filio exemplate, que debent esse principaliter circa turpitudines peccatorum.

2. Kindness.

Secunda vestis quam debemus induere est benignitas que est fervor vel bona igneitas caritatis. Superfluum quidem foret christianum habere nomen misericordie nisi misericordiam corporalem vel spiritualem benigne exerceat in effectu. Ideo dicit Apostolus ad Ephesos IV°, 32: *Estote autem invicem benigni donantes invicem sicut et Christus donavit vobis.* Ista autem benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei non ex operibus iusticie que fecimus nos.

3. Humility.

Tercia vestis est *humilitas* qua homo istam benignitatem exerceat sine pompa, cum Matthei XI°, 29 scribitur: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.* Dicit Sapiens: *Quanto maior es humilia te in omnibus;* nec quicquam est iustius, cum illa humiliacio principaliter

4—6. In marg.: 1, 2, 3. 11. In marg.: Prima vestis. 21. Hic aliquot verba exciderunt. 25. In marg.: Secunda vestis. 27. Cod.: Christialium. 28. Cod.: begnique. 32, 33. Hic verbum excidisse videtur; non fit nisi ex? 34. In marg.: Tercia vestis. 36. Cod.: Dicite.

11. Col. III, 12. 37. Eccli. III, 20.

fit Deo. Ideo dicit Christus baptizatus a Johanne *sine modo; sic decet nos implere omnem iusticiam.*

4. Modesty; the manner that God approves.

Quarta vestis quam homo indueret est *modestia* in omnibus factis suis, hoc est, modus quem Deus approbat et illa modestia per se facit hominem virtuosum; nec est possibile aliquem virtuosum fieri sine illa. Ideo bene est illi qui habuerit illum modum. Sed iocosa, frivola vel mundana dicitur modus quem mundus approbat, et vocatur a contrario modestia apud multos; et illa indubie non est modestia de qua Apostolus ad Phil. IV°, 5: *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus,* cum illa modestia sit circumstancia vite vel operis virtuosa, cum Luce XXI°, 19 scribitur: *In paciencia vestra possidebitis animas vestras.* Sic enim Christus humillime paciebatur summas iniurias, ut de abieccione sui generis, cum .... vocatus est *filius fabri: Nonne,* inquiunt, *mater eius et fratres eius nobiscum sunt?* qui fuerunt satis pauperes quoad mundum. Secundo passus est obprobria ex defectu ingenii naturalis, cum in evangelio .... scribitur: *Insanit, ut quid eum auditis?* Et tercio passus est defamacionem interpretacione pessima de operibus maxime virtuosis. Nam Luce XI°, 15, quando eiecit de muto demonium pharisei, interpretati sunt quod hoc fecit virtute cuiusdam diaboli cui ex infideli obsequio fuerat copulatus. *In Belsebub,* inquit, *principe demoniorum eicit demonia.* Si ergo Christus in cognacione, in naturali disposicione et virtuosissima operacione passus est humillime tot obprobria, qui sumus nos miseri qui in tot criminibus sumus rei et tamen non ad similitudinem sui equanimiter obprobria tolleramus? Sumus autem tamquam filii degeneres sibi contrarii, cum iniuriam Dei cotidie tolleramus, sed nostram iniuriam corditer vindicamus; econtra autem fuit de | ipso et suis veris filiis tam in novo quam in veteri testamento, quod indubie indicat nos contra caritatis regulas nos ipsos diligere et non ipsum. Illum autem ad cuius iniuriam quis magis irascitur magis amat, et sicut notant quidam: Felix ille in quo est misericordia sine avaricia sive accidia. Et ista quinque indumenta spiritualia tollunt nuditatem quinque viciorum,

5. Patience. Christ bore reproach and scorn humbly;

who are we to be impatient?

Fol. 251a

3. In marg.: Quarta vestis. 13. Cod.: Luce II°; ib. Cod.: possedebitis. 15. cum; sequitur lacuna. 16. In marg.: 1; Nota. 18. In marg.: 2. 19. evangelio; sequitur lacuna.

1. Matth. III, 15. 15, 16. Matth. XIII, 55. 20. Joh. X, 20.

*Christ the one example to follow.*

nutriunt autem ordinem bonum ad proximum tam inter maiores, cum docent onera supportare, offensas remittere et exemplum tocius conversacionis a Christo recipere. Cum enim ipse fuit summe modestie et omni genere virtuosus, nec est exemplum aliud familiarius, propinquius aut cercius, stultus foret qui ipso relicto gustaverit fontem extraneum. Cum enim Christus non potest peccare (ut patet Joh. VIII°), omnes autem alii duces vel errant vel tenent rectum tramitem, precise de quanto ipsum in moribus imitantur, stultus foret qui illum fontem desereret et aquam turbidam degustaret. Et in ista stulticia de eligendo cecos duces, diabolicas vestes et graves ac turpissimas armaturas errat communiter totus mundus. Et ideo fructus qui sequitur est precipitacio in voraginem viciorum, perturbacio horrenda conversancium et superacio domesticorum hostium. Maledictus itaque dominus qui sic finaliter premiat servos suos.

*6. Forbearing one another.*

*7. Forgiving one another.*

Scola autem quam docet Apostolus requirit sexto *supportantes invicem*, hoc est, illos qui ex compassione excusant vicia proximorum, et requirit septimo scolares *donantes invicem* sub ipsis. Cum enim debemus esse Christo filii imitatorii: *Si quis adversus aliquem habet querelam, sicut Christus donavit* suis hostibus, sic et debet ipse iniurianti donare sive dimittere. Et patet contrarietas inter scolam Christi et scolam diaboli; nam scola Christi docet unum eius discipulum reliquum supportare, scola autem diaboli docet quemcunque discipulum fratrem suum deprimere; sic enim facit magister eorum quoad suos discipulos. Et secundo scola Christi docet discipulos suos altrinsecus iniurias illatas remittere, sed scola diaboli docet omnino illatas iniurias vindicare, non solum in hostes sed in illos qui vellent esse pacifici, et sine modestia usque ad internicionem ulcisci. Et istam scolam videntur homines armorum et legiste servare, cum priores usque ad mortem suos iniuriantes avide persequuntur et secundi omnino consulunt quod iniuriatus persequatur suam iusticiam, quia aliter leges (ut inquiunt) deperirent, sed

*Soldiers and lawyers seek revenge;*

4. Cod.: modeste. 9. Cod.: errent. 19. In marg.: Sexta vestis. 20. Cod.: illo. 25. Cod.: quo iniuriandi donare. 31. Cod.: altrincicus. 34, 35. Cod.: intervencionem. An legendum: interempcionem?

20. Col. III, 13.

(quod plus ponderant) sua lucra atque litigia non veni-

and so are against Christ.

rent. Maledicta itaque scola que ut habeat materiam fovet bella et lites, cum si ipsa omnino extinxerit non haberet quid secundum artem suam addisceret; nec dubium quin divina sciencia que nititur tam materiam quam formam utriusque istarum extinguere est utrique earum contraria; et cum non sint nisi duo magistri principales in mundo, scilicet Christus atque diabolus, manifestum est quod scola predicta scole Christi contraria est scola diaboli. *Qui enim non est cum Christo contra ipsum est*, et sic est per consequens Antichristus (ut patet Luce XIº, 23). Et sic patet prudenter calculantibus quod in vocata ecclesia militante sunt plures tortores diaboli quam confessores Christi.

8. Love; the wedding garment without which none can enter heaven.

Octava vestis et preciosissima est *çaritas*, quia ipsa est vestis nupcialis sine qua nemo intrabit in patriam; ideo dicit Apostolus: *Super omnia autem hec caritatem habete, quod est vinculum perfeccionis;* ubi notum quod *super* non dicit circumstanciam superioritatis situalis, cum omnes iste vestes sunt ubicunque est anima, sed dicit superioritatem dignitatis virtutis (ut declarat Apostolus I. Cor. XIIº). Ipsa enim est cathena aurea sine qua anima est nuda virtutibus et qua habita colligantur omnia secundum ordinem perfeccionis tam angeli quam homines et virtutes. Ideo dicitur Iª Petri IVº, 8: *Ante omnia autem mutuam in nobismet ipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum.*

How Charity covers sin.

Quamvis autem peccata sint in salvandis tamquam in suis radicibus sive causis, tamen operta sunt quoad actum accusacionis finalis. Sedecim autem condiciones caritatis quas vocat Apostolus sunt diligencius annotande, quia cum caritas tam crebre magnificatur et esse necessaria ad salutem ostenditur vix unum invenies quin fingat se habere eciam deficientibus aliis virtutibus caritatem. Sed ad discernendum utrum sumus falsi et duplices in sermone, notandum primo quod quicunque

It carries with it the germ of all virtue, and is repugnant to all vice.

caritatem habuerit habet qualemcunque virtutem ad minimum in radice. | Secundo notandum quod caritas repugnat cuicunque crimini, cum anima divisibilis caritate et vicio est vestita. Et tercio notandum omnino

Fol. 232b

15. In marg.: Octava vestis. 37. Cod.: virtutes.

17. Col. III, 14.

quod caritativus habeat condiciones sedecim caritatis, quia aliter decipit se ipsum mendaciter; ideo sciamus quod habemus iudicem superiorem qui nec in noticia nec in iudicio falli poterit vel frustrari.

9. The exultant peace of God.

Nona vestis est *pax* vera exultans in pacem amantibus. Constat quidem ex locis scripture quod nomina virtutum et aliarum formarum abstractarum sumuntur crebrius pro subiectis, ut Apostolus describens caritatem imponit sedecim condiciones que subiectis caritatis debent competere, et conformiter in proposito dum sic dicit: *Et pax Christi exultet in cordibus vestris*, hoc est, gignat in vobis exultacionem, aut vos qui estis veri pacifici exultetis. Evidencia autem que moveret ad pacis concordiam est vocacio qua vocatur ecclesia et ordinatur a Domino esse unum corpus misticum; ideo membra singula debent secundum legem nature primo mutuo se iuvare. Racio autem naturalis que talem pacem concluderet et auctoritas primi auctoris cum suo opere istam pacem in membris corporis Christi convinceret, ideo signum evidentissimum est quod non sunt de corpore Christi qui non diligunt istam pacem. Cum enim oportet omnia Christi membra esse sibi grata, ipse autem tam crebro commendat pacem suis fidelibus, patet ex lege gratitudinis qua mandatum tam leve et utile nostri magistri et domini servaremus quod illam pacem custodiremus quam Dominus taliter nobis mandat.

Unity of the Church is the bond of peace.

Indwelling of the word of Christ,

Decima vestis semper necessaria viantibus est quod *verbum Christi habitet in eis habundanter.* Cum enim Christus sit *veritas* (Joh. XV°), verbum suum non potest deficere nec fallere credentem in ipsum. Ideo Joh. VIII°, 46 dicitur: *Si veritatem dico vobis, quare vos non creditis michi?* Racio autem tocius perversitatis ecclesie stat in hoc quod verbum Christi non habitat in suis membris; habitat autem verbum Christi in homine, quando aure devote percipitur, in memoria diligenter reconditur et fideliter in opere adimpletur, ut patet Luce VIII° de semine verbi Dei; unde qui perfunctorie recipit verbum Dei in opere eius sensui contradicit, obaudit ipsum et non obedit, vel audit ad sensum Christi per Apostolum

which must be received in the ear,

laid up in the memory,

fulfilled in act.

4. Cod.: falli. 5. In marg.: Nona vestis. 6. Cod.: quidam ex loca. 9. Cod.: sibi ($s^{i}$) condiciones. 10. Cod.: debent petere. 16. Cod.: prime. 27. In marg.: Decima vestis.

11. Col. III, 15. 28. ib. 16.

suum hic expositum. Convincit quidem experiencia naturalis quod sensibile potest esse presensum et speciem suam in sensum imprimere et tamen propter occupacionem sensus vel alienacionem eius ad alia non sentiri, ut patet specialiter de visu et auditu; quando ergo aliqua confundunt in homine sentenciam verbi Dei, ita quod ipsa non habitet constanter et principaliter in homine audiente, et nunc dicit evangelium ipsum non audiri, quod exponit Apostolus, quia non habitanter auditur. Et patet quam culpandi sunt qui gratancius et diligencius audiunt gesta gentilium et fabulas poetarum quam Christi evangelium; et plus culpandi sunt qui predicant populo apocrifa quibus non pascitur anima sed multipliciter infirmatur, cum Joh. VI°, 12 mandat Dominus eius discipulis ut *de quinque panibus et duobus piscibus fragmenta colligunt* et non de ficticiis phantasticis extra illos.

Wickedness of preferring tales to the Gospel.

11. Teaching in all wisdom.

Veritates autem postillantes ex scriptura sacra excerptas debemus colligere et per illas precise fideles in predicacionibus nostris pascere et omnino (quantum sufficimus) verbum Dei ad inhabitacionem imprimere, et tunc sumus secundum vestem christiani *in omni sapiencia docentes*. Cum enim sapiencia sit habitus intellectivus ad veritates de Deo principaliter terminatus, et dicitur etimologice quasi sapida sciencia, ideo quicquid fidelis docuerit debet esse sapiencia, quia finaliter ut Deus ametur et honoretur; unde diabolici sunt qui impediunt clerum vel laicum in omni sapiencia sic docere. Non dubium quin tales impedientes dogmatizant tam verbo quam opere sapienciam huius mundi que secundum beatum Jacobum est *terrena animalis et diabolica;* ideo nulli sunt magis Dei et ecclesie proditores.

Etymology of 'sapiencia'.

Wickedness of hindering sound teaching.

12. Mutual admonition.

Duodecima vestis est quod christiani sint *commonentes se ipsos* non solum reciproce sed ut prius bene operantes se ipsos excitent ad futura bona opera continuandum et augendum. Sicut enim Sortes in teatro differt a se ipso in foro, sic fidelis se ipsum excitans ad continuandum bona opera in futurum differt a se ipso ipsa opera in posterum prosequente. Et ita docet

9. In marg.: Nota. 22. secundum; adde undecimam. 33. In marg.: Duodecima vestis.

31. Jac. III, 15. 33, 34. Col. III, 16. 36. Cf. Sermones, Pars II, Sermo XXIX, pag. 215.

Apostolus quod ista commonicio circulariter stet in quinque: primo quod ortentur | se ipsos . . . in *himpnis* per quod notatur laus Dei in mente intrinseca; tercio quod ortentur se ipsos in *canticis* spiritualibus quoad iocunditatem habitam de celestibus (ut docetur ad Eph. V°); quarto oportet quod christiani se ipsos commoneant et continue *gracias agant* Deo recolentes semper quod a Deo habent quicquid laudabile habuerint, cum secundum Apostolum *non simus sufficientes aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficiencia nostra ex Deo est;* et quinto oportet *commonentes se ipsos* in isto circulari tripudio esse *cantantes in cordibus suis* Domino iuxta illud Phi. IV°, 4: *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete* (ut supra exponitur Sermone IV° huius).

Fol. 251c

Five forms of admonition; 1. psalms, 2. hymns, 3. spiritual songs,

4. giving thanks,

5. singing in their hearts.

Decima tercia vestis est benedicta regula ut *omnia quecunque fideles faciunt, in nomine domini nostri Jesu Christi hec faciant;* quod si vere compleverint tunc sunt vera membra corporis Christi quod est ecclesia et per consequens membra cui per se detur accio et ipsi nuda ac humilia instrumenta; et sic tota laus operacionum ecclesie in Christum ut eius caput atque principium redundaret, et sic per humanitatem Christi ad laudem Trinitatis finaliter saltaretur. Ex quibus videtur quod vivens aut operans criminose blasphemat in Deum et est magis expresse ypocrita; facit enim in nomine domini Jesu Christi hec opera (ut hic monet Apostolus et ipse ypocrita innuitive dicit); cum ergo summa blasphemia foret invocare Christum Deum et hominem in testem et auctorem criminis, patet conclusio. Sed que maior blasphemia quam imponere Christo quicquid prelati vel nostri clerici fecerint? Numquid credimus sonare in eius blasphemiam quod mentimur Christum in tanta pompa seculi conversari? revera mentiri super fratrem nostrum in eo quod sonat in denigracionem sui status aut fame foret grave peccatum, quanto magis mentiri in Christum quod propter gravitatem peccati non potest competere. In re quidem non dicimus: *In Dei nomine Amen* et cetera que Christo imponimus, quin pocius in nomine

13. Doing all in the name of the Lord Jesus.

Wickedness of hypocrites

and of those who falsely pretend Christ's authority.

2. After ipsos there is an omission; primo should be 'psalmis'. 3. Cod.: intrincica. 12. Cod.: ipso. 16. In marg.: Decima tercia vestis. 26. Cod.: est deest. 30. Cod.: minor. 32. sonare; cod.: sotω. 35. Cod.: stratus.

9. II. Cor. III, 5. 16. Col. III, 17.

patris nostri satane hoc facimus et totum factum peccati Christo imponimus, et inter omnia peccata que regnant in seculo hoc est horribilius, in tantum quod sacerdotes legis veteris scindentes vestimenta sua convenientes nobiscum in principiis hoc horrerent, et contra istam blasphemiam clamarent singuli christiani. Non enim concipio que alia consideracio christianos et specialiter sacerdotes a degeneracione ac blasfemo mendacio Jesu Christi nostri cicius revocaret.

## SERMO XVI.

*Nescitis quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium.* I[a] Cor. IX°, 24.

Explanation of terms used in text.

In ista epistola Apostolus hortatur racione exemplari fideles viantes ad viriliter decertandum pro acquirenda beatitudine cum hostibus spiritualibus ut carne, mundo atque diabolo. Est autem stadium spacium centum viginti passus continens, et dicitur a *stare* per apocrifa gentilium, quia tantum spacium incurrit Hercules uno anelitu. Et dicitur stadium octava pars miliaris. Est autem *bravium* grece palma, vel corona triumphalis; et constat de exercitacione hominum in hoc ludo .... sic spiritualiter tota vita presens est quedam agonizacio contra hostes spirituales et quedam rursus ad supernum bravium adquirendum. Ad hoc autem bravium supernum oportet fidelem *directe* et *continue* currere per opera caritatis; *directe* quia obliquans ab itinere retardatur, et *continue* quia stacio, deviacio vel retrogradacio est dampnabilis in viante; in hoc ergo differt bravium legis Christi, id est, premium cursus ab aliis braviis, quod stat quemlibet ipsum acquirere, quia non terrena cupiditate sed amore celestium curritur ad hunc finem. Finis autem iste cum sit res spiritualis est eo dulcior quo pluribus communicatur; nec tardatur sic currens propter invidiam vel impedicionem concurrentis socii sed iuvatur. Econtra autem est de concurrentibus in stadio et pro bravio temporali; ideo Apostolus ponens istam differenciam dicit in similitudine exemplante quod *omnes sic currentes in*

In our spiritual race we must run straightly and steadily.

We shall not be impeded by rivals.

4. Cod.: conveniantes. 8. Cod.: blasfemia. 12. Cod.: Cor. IX° et X°. 17. Cod.: ypocrifa. 18. recte: cucurrit. 21. Hic aliquot verba desunt. 23. Cod.: spiritualiter et quidam. 29. Cod.: stat quodamlibet.

10. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, pag. II, 257—260.

*stadio current* secundum ultimum visus sui, *sed tantum unus accipit bravium*, eo quod solum premiatur et eis ex equo currentibus propter defectum excessus utrique premium denegatur.

We must bear in mind the greatness of the prize,

Cum autem tota hec vita presens sit nobis stadium quod debemus currere ab uno spiritu ad octavam etatem beatitudinis ut | gigantes, patet ex habundancia premii ex libertate Domini et ex punicione vecordis tardantis quam instanter debemus currere. Si enim tam impetuose curritur propter laudem vel premium temporale (quod nichil est in comparacione ad beatitudinem), quanto magis movetur fidelis instancius propter tantum premium acquirendum. Secunda condicio que est liberalitas Dei nostri moveret ad animosius sic currendum, cum non debemus timere frustracionem a premio propter velocius concurrentes nec angustiare propter invidiam aut tardacionem in bravio propter alios decertantes; spectat quidem ad libertatem atque magnificenciam tanti Domini ultra dominos temporales quod ludus suus sit graciosior atque securior; sed tercium quod moveret celeritatem huius cursus in bravio est hoc quod tardans secundum aliquam trium predictarum viarum latronibus et hostibus cruciatur et demum eternaliter condempnatur.

Fol. 251[d]

the munificence of the prize-giver,

the danger of slackness.

Slackness comes from want of faith.

Nec est possibile viantem tardare in ista segnicie nisi propter defectum fidei christiane; ideo propter certitudinem huius cursus hortatur Apostolus: *Sic*, inquit, *currite ut comprehendatis.* Unde secundum modum loquendi scole theologice viator vocatur apprehensor, quando aliquam partem itineris celestis apprehendit, et solum comprehensor, cum unite et certe in fine huius vite bravium celeste accepit, unde per unum meditullium temporis quo legitime currens expectat in purgatorio certus de premio vocatur nec tunc currens nec premium comprehendens.

2nd illustration: the wrestler.

Secunda racio exemplaris Apostoli est de agonizantibus propter laudem aut premium temporale. Ipsi enim notant signancius quod nec propter defectum vel superfluitatem cibarii in quantitate aut qualitate ab efficacia sui certaminis sint tardati. Ideo dicit Apostolus: *Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet.*

1, visus; an vis? 12. Cod.: instancius twice. 18. Cod.: quidam. 22. Cod.: trum predictarum. 30. Cod.: apprehensor.

39. I. Cor. IX, 25.

Ascetic abstinence.

Sepe enim incorpulentus vel ingurgitatus ante tempus sui certaminis abstinet se cibario ut ieiunans, ne propter corpulenciam aut defectum anelitus sit postmodum in suo certamine impeditus. Et sic Moyses, Helyas et Christus leguntur propter celestem coronam quadraginta diebus et noctibus ieiunasse. Si ergo hoc servatur laudabiliter propter coronam corruptibilem acquirendam, sequitur insolubiliter per locum a maiori quod nos debemus facere proporcionaliter propter coronam beatitudinis acquirendam. Utamur ergo hiis temporalibus de quanto disponunt atque facilitant, ut taliter perpetuo coronemur et ab omnibus impedientibus agonem predictum secundum racionem illam abstineamus. Et patet sensus universalis quem sophista putat se intrepide impugnare.

Our prize is certain,

Post duas raciones exemplares ad viriliter militandum premittit Apostolus modum pugnandi: *Ego*, inquit, *sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans.* Nam spes firma de premio potissime animat laborantem, sed currens pro bravio temporali est valde incertus de premio, sicut pugnans corporaliter ut superflue multum pugnat, ita de victoria est incertus. Apostolus ergo in cursu suo ex fide est certus de premio nec pugnat superflue pugna corporali, cum necesse sit sic pugnantes *verberare aerem* et multos motus sui instrumenti bellici quoad finem quem intenderit esse frustra. Sed benedicta sit pugna evangelica cuius quelibet pars virtute intencionis meritorie est utilis ad beatitudinem acquirendam. Cum enim *homo castigat corpus suum*, ut sit in virtuoso anime servicio moderatum, non est aliqua pars subieccionis nutrimenti vel pene corporis quin sufficiat ad salutem. *Ne forte cum aliis predicaverim* de sanctitate vite et conversacione in moribus, *ego ipse* propter carnis petulanciam et vitam doctrine contrariam *sim* a Deo simpliciter *reprobatus.* Nihil enim est predicanti catholico plus timendum, quia si contradicit sibi ipsi in opere et sermone, non dubium quin sit ex parte diaboli contrarius veritati. Nec potest

and every virtuous act helps to win it.

10. Cod.: temporibus. 14. Cod.: quem. 18. Cod.: in certum. 21, 22. Cod.: pungnans .... pungnat; sic et in pluribus locis seqq. 35. Cod.: simplici reprobatus.

17. I. Cor. IX, 26. 29. ib. 27.

*Christ helped the O. T. Fathers.*

quis fingere quod Christus defecit patribus vel modernis ad firmandum spem ad taliter discertandum, cum omnes patres preteriti habuerunt proporcionale iuvamen ad nostrum; sacramenta quidem multum iuvant currentes, sed nonnisi de quanto per illa confertur gracia quam conferre est Deo facile per unum signum vel aliud. Ideo vere dicit Apostolus: *Nolo vos ignorare fratres* tamquam carnales vel sophistas scripture scienciam impugnantes, sed Spiritus Sancti logicam atque sentenciam approbantes, *quoniam patres nostri* omnes qui ducti erant quadraginta annis | [Fol. 252a] per desertum *sub nube erant*, cum nubes in die illos protexit et columpna ignis in nocte eos precessit (Exodi XIII°). Nec dubium quin illa columpna nubis et ignis fuerant baptizati. Non enim refert quomodo elementum tangit vel circumdat baptizatos, et sic tamen quod Spiritus Sanctus. Et conformiter omnes illi mare transierunt (Exodi XIII°). Et non obstante quod mare fuit illis pro muro a dextris et a sinistris et sic eos non tetigit, in Moyse tamen utrobique meritorie fuerant baptizati. Ideo dicit Apostolus quod *omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari.*

*He gave them sacramental grace by other signs than ours.*

*This explains how they were baptized in the cloud and in the sea.*

*The manna was a type of the Eucharist.*

Nec oportet in hoc timere ridiculosas instancias sophistarum; et ad sensum consimilem *omnes illi* de ducatu Moysi *eandem escam spiritualem manducaverunt* (ut patet de manna Exodi XVI°). Que esca ideo dicitur spiritualis, quia per eius miraculosam missionem erant spiritualiter saciati et per illam figuram futuram eukaristiam et fruicionem Christi in patria cognoverunt; et ad sensum consimilem *eundem potum spiritalem biberunt, cum* ad literam aquam miraculose fluentem *de petra* (ut patet Exodi XVII°); *petra autem fuit* consequens eos in memoria et spiritualiter fuit *Christus*, cum cognoverunt flumina de ventre exitura aque sapiencie, de quibus fideles erant bibituri. Si ergo Deus patribus de lege veteri in necessariis suo iuvamine non defecit nec potuit, per idem in lege gracie recte currentibus et pro causa sua agonizantibus non potest deficere. Faciat ergo viator instanter quod sibi attinet et non tantum timeat de influxu Spiritus Sancti, quantum timeret de spiritu

*God who thus helped the fathers will not fail us.*

13. Cod.: Exodi V°. 16. baptizatos; Cod.: $bapti^{cie}$. ib.: quod; adde: detur. 34. Cod.: exitura twice.

7. I Cor. X, 1. 21. I Cor. X, 2. 24. ib. 3, 4.

aerio inspirato, nam Deus est spiritus qui infinitum prompcius astat suis fidelibus adiuvandis quam astat spiritus aerius ad cordis refrigerium temperandum.

The faithful must abstain from lying, as from luxury.

Circa hanc epistolam dubitatur utrum fideles currentes viam spiritualem ad habendum celeste bravium et fideliter agonizantes pro corona patrie debent a mendaciis sicut a crapula abstinere; nec dubium quin sic, cum omne mendacium sit peccatum et econtra, nec est ab aliquo nisi de quanto peccatum sapuerit abstinendum. Ex quo patet quod girovagiter mendicantes validi, vagantes per patrias, cuiusmodi sunt fratres et alie secte novelle, debent precipue a mendaciis precavere. Quidam tamen refert quod sicut ingressus eorum fundatur in mendaciis, sic sunt in mendaciis spissius involuti. Inceperant, inquit, fratres Predicatores sub Innocencio III° sub fuco istius mendacii quod melius esset et sibi honorificencius sectam novam innovare quam antiquam religionem Christi a suis contagiis expurgare; et circa sextum annum sequentem, cum talium sectarum innovacio per idem infinitum procederet, fratres Minores inceperant. Nec dubium quin fundamentum illorum sit blasphemum mendacium, cum longe melius fuisset antiquam religionem quam Christus instituit expurgare quam novam sub blasphemo mendacio innovare.

Friars given to lying.

Their beginning: 1. Preachers,

2. Minors,

3. Augustinians,

Sed post illos videns pater mendacii quod per novitates tales nocebat ecclesie introduxit Augustinenses qui, videntes quod in talibus sectis fuit antiquitas laude digna, finxerunt quod per quingentos annos ante Predicatores sub Augustino licet plebi incogniti in heremis habitarunt. Sed quarto tamquam quartus Evangelista secta Carmelitarum inceperat que callide fingit se habere patronam beatam virginem et diu ante incarnacionem Christi sub Helia in monte Carmeli Deum devocius coluisse. Et sic per sompnia atque mendacia facti sunt primi novissimi atque novissimi primi. Nec dubium quin sic posset sectarum novitas infinitum procedere; sed plurime sunt extincte. Superaddunt eciam iste secte quod super illis sicut super quatuor evangelistis fundatur

4. Carmelites.

Lies of these last orders as to their origin.

4. In marg.: Nota dubium de mendacio. 10. Cod.: gerofagniter (sic!). 12. Cod.: quidem; ib. in marg.: Nota. 15. In marg.: 1. Nota de incepcione fratrum Predicatorum. 21. In marg.: 2. Nota incepcionem Minorum. 22. Cod.: blasphemium. 26. In marg.: 3. Nota de incepcione Augustinensium. 31. In marg.: 4. Nota incepcionem Carmelitarum.

15. Cf. Trial. 361. Cf. Serm. Pars II, Sermo XVI, pag. 123.

ecclesia; nec dubium quin multum prosunt militantibus, sed non tantum quantum diaboli. Illi enim per accidens multum profuerunt, antequam iste secte fuerant introducte, et (ut multi inquiunt) scabellum super quatuor pedibus inequalibus ac sibi repugnantibus, sicut sunt isti quatuor ordines, non est firmum.

Their many lies; some blasphemous,

Iste autem secte dicuntur seminare mendacia in ingressu, in progressu et in egressu; nec mirum quia menciuntur concorditer super domino Jesu Christo, cum blaspheme dicunt quod ab isto habent hostiatim et sic valide mendicare; quod videtur multis ex hoc esse blasphemum quod, sicut Christo imponunt ignoranciam aut negligenciam, sic sibi imponunt peccatum maximum in viando. Numquam enim ex fide scripture introduxit has sectas, ideo si sunt tam necessarie et directe proficientes ecclesie, Christus vel ignorasset eius | Fol. 252b commodum per ipsos fructificans vel cognoscendo utilitatem eorum differens per mille annos et amplius negligencius retardasset.

as when they charge Christ with having begged as they do.

Pro prima parte supponitur primo quod Christus sit omnipotens, omnisciens atque omnivolus, secundo supponitur quod elemosina sine maiori clamore data liberius ceteris paribus plus elemosinanti proficiat. Ex quibus tercio colligitur, cum Christus secundum deitatem posset movere dilectos suos sine tali mendicacione clamorosa, et quoad humanitatem foret talis mendicacio sibi penalis atque inutilis et pro exemplo futuro nocens ecclesie, blasphemum foret peccatum ex nuda parte sui taliter mendicare. Totus enim defectus in cupiditatem Domini redundaret; sed quid blasphemius, cum Johannis VIII°, 46 scribitur: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Et ex ista evidencia cum aliis sex prioribus capiunt sancti et sollempnes doctores quod hereticum sit pertinaciter asserere Christum taliter mendicasse.

This they do to glorify themselves and their orders.

Nec habet causam istud mendacium nisi stat ut isti mendici seducant populum et sine labore apostoli vivant delectabiliter in ocio, ut utilius atque perfeccius intrare suum ordinem tamquam perfectissimum. Sed repugnancia inter hos ordines, perfeccio christiani ordinis et fructus consequens convincunt mendacium.

1. Cod.: ecclesie; ib.: dubium deest. Addidi. 2. Cod.: sed non tamen. 7. In marg.: Nota. 8. In marg.: 1. 10. Cod.: blasphemie. 16. In marg.: 1. 20. Cod.: pro secunda; ib. Cod.: supponendo. 30. Cod.: sed qui blasphemis. 37. Cod.: dilectabiliter in occio.

They lie as to their poverty, and as to their spiritual repayment for gifts.

Secundo quoad progressum non est nobis facile numerare sua mendacia, ut patet de mendicacione sua, suum ordinem valde pauperibus quos spoliant plus egere; quantum ad spirituale suffragium infinitum plus beneficiis retribuunt quam valet elemosina temporalis. Et quoad absolucionem, sepulturam et alia sacramentalia quibus illudunt simplicibus solum Deus atque diabolus suorum mendaciorum numerum cognoverunt.

Also as to the salvation of those that die in their habit.

Et quoad tercium genus mendacii in egressu fingunt blaspheme quod patronus suus impetravit a Domino nullum de secta illa vel morientem in illo habitu esse ad penam perpetuam condempnandum, sed quicunque fuerit in fructuoso proposito mori in tali habitu, est tamquam predestinatus in consummata gracia confirmatus. Et revera Begardi et Beguine non in tanta heresi erant lapsi et (ut notant subtiles) non est aliqua sui corporis habitus nutus vel signum, quod ipsi invenerant quin patule menciatur. Omnia enim ista adinventa sunt, ut dicant populo ipsos in religione Christi et in legis sue observancia excedere cunctos alios seculares. Sed quid mendacius? Ideo non mirum si pater eorum perturbat ecclesiam militantem. Ideo Lincolniensis dicit quod talis vagans in populo (ut fratres faciunt) libencius quam in claustro, talis (inquam) signatur cadaver mortuum, de sepulcro egressum, pannis funebribus involutum, a diabolo inter homines agitatum et declarat particulares. Sed quomodo queso non temptaretur et perturbaretur respublica per huiusmodi vagabundos? Penetrant enim loca et domos celerius in quibus credunt fructum temporalis commodi residere et tamquam vespertiliones, musce sive testudines fructus quos inveniunt sugunt, lacerant vel corrodunt et de nequicia facto suorum particularium indicent mundam ab experiencia quam noverunt.

They reply that our argument would condemn innuitive begging,

Sed replicant communiter quod iuxta racionem terciam superius nemo innuitive vel tacite mendicaret, ymmo si aliquis viator a summo gradu possibili virtutum deficiat, culpandus foret. Christus tamen faciliter possit ad oppositum inclinare; sed tales pseudo nesciunt distin-

1. In marg.: 2. ib. Cod.: progressum pat$^{m}$ (patulum?). 15. Cod.: Beguini. 16. Cod.: ut vetant. 24. Cod.: cadavar. 31. Cod.: suggent. 33. Cod.: experienciam. 35. In marg.: Replicacio fratrum. 38. In marg.: Responsio.

22. Cf. Trialogum, pag. 336, 433.

guere inter verbum operis et clamoris, sed arguunt per locum a simiali similitudine, quod si Christus dixit in facto suam egenciam ad edificandum ecclesiam et diligendum eum pro sua ecclesia tantam inopiam pacientem, ergo per idem licet quotcunque et qualescunque fratres per clamores falsos et validos bona pauperum extorquere. Et quoad secundum patet quod nesciunt distinguere inter defectum Christi proprium personalem et defectum alterius hominis propter hoc quod ipse reddit se culpabiliter gracie incapacem. Si ergo Christus in persona propria taliter non mendicasset, foret in persona propria increpandus; quod mendacium blasfemum fratres accumulant super Christum, cum tamen utrobique evangelium dicit quod Christus tamquam universalis Fol. 252c dominus omnium moderate et parce cepit vescibilia cum | egencia atque inopia parcens plebi.

but this is a mere sophism.

Christ, the lord of all took sparingly of His own.

Unde Matthei XXI°, 3 quando misit apostolos in Jerusalem, ut adducerent sibi asinam et pullum, eis dedit summum signum sui dominii: *Si quis* (inquit) *aliquid vobis dixerit, dicite quia Dominus hiis opus habet et confestim dimittet eos;* et iterum quando in fine fecit suis discipulis pascale convivium, mandavit eis quod eligerent cenaculum grande stratum et alloquerentur patremfamilias sub hiis verbis: *Magister dicit: Apud te facio pasca cum discipulis meis.* Sed quis dubitat quin magister et dominus dicunt summam excellenciam que soli Deo potest competere? Sed mendici nituntur per sua blasphema mendacia Christum ab isto magisterio atque dominio spoliare; et per istud tolluntur omnes argucie quas sciunt pro parte sua ex evangelio fabricare.

Christ shewed His dominion in sending for the asses and in ordering the room for the last supper.

## SERMO XVII.

*Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.* IIª Cor. XI°, 19 et XII°.

In ista epistola videtur multis quod Apostolus more suo increpat ironice ipsos Corinthios ex falsa paciencia pseudopredicatorum qui ipsos seduxerant; aliis autem videtur quod ipsos commendat ex immensa paciencia,

Doubt whether the apostle spoke ironically.

2. Cod.: silitudine. 8. inter twice. 10, 11. Cod.: in persona frustra. 14. Cod.: dicit deest. 17. Cod.: qui misit. 18. Cod.: eius dedit. 21. Cod.: dimittit. 27. Cod.: medici. 28. Cod.: pro sua blasfemia mendacia.

24. Matth. XXVI, 18. 31. Dominica in Sexagesima. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, 260—264.

qui eorum plurimi erant tales. Supposito ergo quod erant stulti et vecordes tolerando pseudoapostolos qui sunt de facto insipientes, sed numquid in hoc estis vos ipsi sapientes? Cum autem debetis esse sapientes, facitis vos ipsos insipientes taliter tolerando; *sustinetis enim* superborum pseudoapostolorum has quinque iniurias: *Si quis eorum vos in servitutem* legalium legis veteris *redigit* propter devocionem ypocritice simulatam, libertatem Christi (vivendo faciliter pro adquirenda beatitudine) dimittendo; et istud de facto est magna stulticia, cum vergit ad iniuriam Dei et nocumentum, istam insaniam stulcius acceptantes.

Five injuries from false teachers: 1. They bring into servitude;

2. They devour the people;

Secunda insania tolerantis istos pseudoapostolos stat in isto quod propter devocionem ypocriticam sustinent: *Si quis* eorum *devorat* eorum substancias et sic ipsos. Sic enim pseudoapostoli per verba adulacionis laute consumendo eorum tèmporalia ipsos taliter devorarunt, hoc est, comederunt eorum cibaria in suis domiciliis per que viverent in persona propria et sic eos taliter devorarunt.

3. They take too much from the people;

Tercio stulte sustinuerant *dum quis* istorum pseudoapostolorum *accipit* eorum temporalia et sua propria domicilia in cibariis et domibus prodigaliter consumentes.

4. They exalt themselves;

Et quarto stulte sustinuerant *dum quis* illorum pseudoapostolorum *extollebatur* de nobilitate sui generis iudaici et regionis sue quam supra gentiles ut Grecos vel alios habuerant. Et hoc est magna stulticia, cum apud Deum nec talis generis nobilitas nec futura religiositas sed iusticia presentis vite aut operis sunt laudanda.

5. They smite in the face.

Quinto sustinuerunt stulte Corinthii *dum quis* istorum pseudoapostolorum *in faciem eos ceciderat*, quando bona sua eis negaverant vel eorum fictam sentenciam non foverant; ad tantum enim potest diabolus seducere servos Christi quod credant nullum esse remedium apponendum, etsi pseudo ista presumpserint eo quod Christi domini perante false fuerant pullicati.

The friars are like them.

Sed notandum ista quinque possunt finaliter hodie pseudofratribus applicari. Numquid sanctus Apostolus instinctu Spiritus Sancti doctus ipsos meminit dum

3, 5. Cod.: incipientes. 22. Cod.: in sua. 26. Cod.: extollebant. 29. Cod.: religiosita. 32. Cod.: cederat. 34. Cod.: foverunt.

7. II. Cor. XI, 20.

finaliter subiungit in eadem epistola periculum in falsis fratribus? Constat luce clarius quod dictus quinarius falsos fratres facit superbire. Nam si parcerent gregi et intenderent laboricio, sicut fecit Apostolus (Act. XX°), non taliter superbirent. Sed (ut sepe dictum est) in Psalmo scribitur *in labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur.* Ideo tenuit eos superbia.

Kings should protect their subjects by driving away such teachers.

Remedium autem contra istos pseudoapostolos est multipliciter variatum, primo (inquam) debent reges et seculares domini ipsos prudenter exagitare de suis dominiis, cum simplices tenentes suos tenentur defendere a talibus raptoribus, cum hoc possent facilius quam forciores raptores sua dominia manu valida invadentes. Quomodo ergo aut quare redditus reciperent de suis tenentibus, nisi eis retribuerent defensionem in corpore ac bonis temporalibus cum quibus necessitatem vite sue et redditus suis dominis supportarent? Foveant ergo seculares domini | suos subiectos simplices in religione apostolica et non ultra.

Fol. 252a

Bishops should repress them, instead of prohibiting true priests.

Secundum remedium est quod prelati qui spiritualiter pascerent gregem suum tantam curam gregis sui in se et in suis fidelibus adhiberent, ne populus necessitetur tales pseudoapostolos acceptare. Scit enim episcopus prohibere et suspendere fideles sacerdotes qui iuvando ipsum evangelice predicarent. Quare ergo ad tantum cecatur per artem diaboli quod nescit tales pseudoapostolos impedire? Revera fomentum peccati altrinsecus est in causa.

The people should refuse them alms,

Tercium autem remedium stat in prudenti populo qui non retribuit talibus pseudoapostolis, licet mittantur a principe tenebrarum, sed dum eis edificatorie predicaverint (quod raro evenit) laudant Deum, referentes quod symoniacum foret ac utrique parti nocivum propter predicacionem vel spirituale ministerium quidquam dare, et cum habent ex fideli testimonio quod collegium fratrum sit in domibus et utensilibus, in vestimentis atque pecunia ipsis potencius, non stat cum sua consciencia collegium illud cum talibus temporalibus amplius onerare; et licet fratres per verba imperatoria, per verba scandalosa erubescencia inducencia sive per

18. Cod.: regione. 22. Cod.: et deest. 27. Cod.: altrincecus.

6. Psalm. LXXII, 5.

verbera in faciem eos cederent, equanimiter sustinerent vel de aliquo remedio in suis proximis providerent. Et ita superba cecitas est in causa quare tanti et tales pseudoapostoli ita regnant. Alii autem subtilius a talibus fratribus fidem interrogant, qui cum respondere nesciant vel respondendo sibi ipsis in opere contradicant, habet populus excusacionem laudabilem ne retribuerent de suis temporalibus in fomentum talis collegii monstruosi. Nec obiciat frater vel aliquis quod populo non foret talis pseudoapostolorum tolerancia animosa nec veri apostoli vel clerici forent in tanta indigencia a populo reputati; nam pacienter tolerare talia propter nobilitatem virtutis est vera religio faciens humiles Deo nobiles et potentes. Ideo Apostolus exponens ad quem sensum hec debent fieri sic effatur: *Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte*, quasi diceret: Loquor vobis istam sentenciam secundum nobilitatem mundanam et debilitatem secularem, sicut erant apostoli pro Domino conversati, et tamen nullus eorum pseudoapostolorum posset in aliquo laudabili magnificare se ipsum quin in eodem et ampliori possunt Paulus et ceteri veri apostoli se ipsos extollere; ideo dicit: *In quo quis audit audeo et ego*, hoc est: In quocunque laude digno quis istorum pseudoapostolorum audet se ipsum extollere audeo et ego in eorum confusionem et Dei laudem a quo humiliter scio hec omnia provenire. In quocunque ergo quis illorum pseudoapostolorum audet se extollere laude digno, audeo ego Paulus me ipsum extollere propter causas predictas, verumptamen genus extollencie vel laudacionis reputatur insipiencia, sapiens inanem gloriam.

and make them give account of their faith.

True apostles would not be disparaged by poverty.

Paul possessed all of which they boasted.

In quinque ergo in quibus pompant se reliquos superare equiparo me eis vel ipsos tamquam minus sapiens me ipsum affirmo excedere: primo extollunt se in hoc quod *Ebrei sunt* in quibus fides primo floruit. *Sed ego* apostolus eciam sum Hebreus. Secundo extollunt se ex hoc quod *sunt Israelite*, hoc est, filii Jacob, quia omnes fideles filios suos habuit, *et ego sum* eiusdem perfeccionis, cum sim de tribu Beniamin. Tercio extollunt se quod *sunt semen Abrahe* a quo fides habuit

5. Cod.: cui cum. 7. Cod.: retribuerant. 28. Cod.: digne.

15, 22. II. Cor. XI, 21. 35 et seqq. ib. 22, 23.

exordium, *et ego* sum de eadem stipite, non de ancilla sed libera procreatus. Quarto extollunt se quod *sunt ministri Christi, et ego fui* miraculose ad hoc ministerium applicatus. Sed quinto ut minus sapiens dico: Plus ego in omnibus istis et aliis sum supra istos pseudoapostolos exaltatus. Et dicit sapienciam talis locucionis esse secundum quid, et vocat prius secundum genus suum insipienciam, quia non est nisi occasione destruende superbie et extollende Dei magnificencie usitanda. Habuit ergo ultra ministerium Christi laureolam maioris penalitatis et paciencie tribulacionum pro Christi amore, et hoc sonat in excellenciam militarem. Unde consequenter recitantur insignia quibus strenuitas huius militis decoratur, primo quia in predicando evangelium plurimum *laboravit*, secundo quia pro Christi nomine sepe fuit *in carcere tribulatus*, tercio quia pro fide evangelii sepius est *plagatus*, quarto fuit sepe positus *in mortis periculis*. Et illa pericula notantur in predicacione secundum cau- Fol. 253a sam | mortes sicut et pene quas in illis periculis toleravit. Quinto fuit a Judeis *quinquies flagellatus et in qualibet flagellacione sustinuit percussiones triginta novem*. Nam Deuteronomii XXV° committitur Judeis licencia quod pro minoribus culpis pro quibus mors non foret infligenda inponant plagas et verbera, sic tamen quod quadragenarium non excedant. Judices vero pretendentes pietatem ordinaverunt quod de illo numero diminueretur proporcionaliter ad delictum. De Paulo vero quia odiosus eis fuit diminuerunt nisi unam verberacionem, et cum quinquies accepit triginta novem verberaciones, patet quod sustinuit ducenta verbera preter quinque.

Such boasting he counts foolish.

List of the trials he had passed through.

Sexto *ter virgis cesus est* (Act. XVI°, 22), *semel lapidatus est* (Act. XIV°, 18), *fuit ter positus in naufragio* (de quorum uno patet Act. XXVII°, 41); et vel tunc vel alias non dubium quin duo alia sequebantur, et forte quia Paulus vel de navigacione se intromiserat vel ad illam ex instinctu Spiritus Sancti consuluerat, dicitur quod fecit naufragium non culpabiliter, cum Christus indubie fecit quamlibet penam suam.

2. Cod.: procuratus. 12. Cod.: excellencia. 16. Cod.: quia quia. 19. Cod.: quas twice. 24. Cod.: s<sup>v</sup> tamen. 32. Cod.: sum est Act. VI°, XVI°, VII°.

12. II. Cor. XI, 23. 20. ib. 24. 32. ib. 25.

Nono *nocte et die fuit in profundo maris*, hoc est, in altitudine maris a litoribus multum distans (ut patet in suo naufragio versus Romam). Decimo *fuit in itineribus sepe* sub grandi periculo propter insidias positas sibi ab hostibus. Undecimo *fuit in periculis fluminum* mediterraneorum. Duodecimo *fuit in periculis latronum*. Tercio decimo *fuit in multis periculis genere proprio*, eo quod contra infidelitatem eorum et occisionem Christi evangelium predicavit. Quarto decimo *fuit in periculis in gentibus* aliis sibi adversantibus, non tamen tantum quantum in periculis proprie nacionis. Quinto decimo in omni loco in quo evangelizavit perpessus est ab inimicis crucis Christi, ut nunc *in civitate* (de quo Act. XIX°). Sexto decimo *fuit subiectus periculis in solitudine* (ut patet Act. XXIX°). Septimo decimo *passus est marina pericula* a piratis. Decimo octavo positus *fuit in maximis periculis a falsis fratribus* qui false se nominaverant christianos; in ipsis enim quasi in decimo nono periculo est perversionis universitas, cum Matthei X°, 36 dicit Christus: *Inimici hominis domestici eius*. Decimo nono *fuit in labore manuali* (ut patet Act. X°) et fuit *in erumpna*, quia in edia extra rumen (ut patet Cor. . . . .) Vicesimo *passus est in vigiliis multis*. Vicesimo primo *in fame et siti*. Vicesimo secundo *in ieiuniis multis*. Vicesimo tercio *in frigore et nuditate*. Vicesimo quarto *preter istas penalitates extrincecas passus est* intrinsece penas plurimas dolorosas. Incumbebat enim Apostolo cotidie intendere solite *regimen omnium ecclesiarum* suarum ad magnam afflicionem mentis sue, cum intense *compassus est omni infirmo* in fide vel moribus; et ita propter ruentes in peccata malo exemplo alterius (quod est *scandalizari*) Apostolus intrinsecus *fuit ustus*, quia igne caritatis intencius est accensus; et sic cum istis tribus penis intrinsecis sunt viginti sex quas miles iste passus fuit ex caritate fervida propter Christum.

How the care of the churches weighed upon St. Paul.

Our boast, if any, must be in suffering.

Cum ergo *gloriari oportet* propter viacionem meritoriam vel directe in spem meriti vel indirecte propter pseudoapostolos confutandos, non est gloriandum in strenuitate, nobilitate vel potencia corporali sed in in-

1. Cod.: fuit hoc. 17. recte: in falsis. 23. Cod.: Cor. sequitur lacuna. 27. Cod.: intrincice.

1 et seqq. II. Cor. XI, 25, 26, 27, 28. 24. I. Cor. IV, 7.

firmitatibus et abieccionibus quas quis captative patitur propter Christum; ista autem est spiritualis strenuitas strenuitati corporali opposita, quia quando in se ipso vires deficiunt, corporalem strenuitatem oportet deficere, et fructus remanens est plurimum pomposa memoria per quam decrepiti sese iactant. Spiritualis autem strenuitas est facilis a Domino commendabiliter exemplata. Consistit enim in humili paciencia, et quando homo marcescit in corpore, tunc virescit in anima, et ubi illa edificat ad iehennam, ista dignificat ad coronam; et quia suspicari posset quod Paulus de istis pompat tamquam ypocrita, adicit iuramentum laudabile quod propter inanem gloriam *non mentitur.*

Spiritual energy consists in patience.

Vicesimo septimo narrat Apostolus evasionem particularis periculi quomodo prepositus Damascenorum sub Areta rege ad suggestionem Judeorum disposuit ipsum capi, sed evadens per domum coniunctam parieti *in sporta* ultra parietem *est dimissus* (ut patet Act. IX°). Apostolus autem nolens temptare Deum, tum cum sibi sufficit humanum suffragium, eo quod fuit personalis pastorum persecucio et non gregis, ac revelacionem a Deo habuit quod ulterius prodesset ecclesie, *per fenestram* domus modo quo dicitur *est dimissus.*

*Si* itaque *gloriari oportet* taliter, sicut directe non expedit, sed occasione a pseudoapostolis materiali oportet tam ad | materiam quam ad formam gloriantem attendere; ad materiam ut in infirmitate vel humili paciencia pro Christo humilis paciatur, et quoad formam quod confitendo cognoscat se tenere in limitibus veritatis et quod Dei providencia ista fiant. Sed modicum est sufferre ista penalia, nisi sequantur alia gloriosa. Ideo dicit quod *veniet ad visiones* intellectuales *et revelaciones* noticie huiusmodi visionum, et cum talis sit actus perfectissimus nobilioris virtutis, patet quod superat omnes huiusmodi passiones. Et in confirmacionem istius Apostolus habuit experienciam arralem, cum scivit de se ipso, quando fuit cecatus a Domino in sua conversione (de qua Act. IX°), quando fuit raptus ad tercium gradum visionis intellectualis, que secundum Augustinum vocatur tercium celum et vocatur a quibusdam clara intuicio

Fol. 253b

If we boast, it must be of our infirmities and then only with due ascription to God.

St. Paul's visions more than repaid his suffering.

9, 10. Cod.: virescit et ubi anima edificat. Illa, sc. corporalis strenuitas. 10. ista; cod.: ita. 16. Cod.: Arocha. 17. sporta; cod.: oporta. 26. Cod.: tam materiale. 38. Cod.: IX° deest.

13. II. Cor. XI, 31. 17. ib. 32, 33. 24. Cor. XII, 1. 32. ib.

rei in sua racione exemplari. Et sic Moyses et Apostolus tamquam duo legiferi erant celesti visione spiritualiter illustrati.

St. Paul's modesty.

Apostolus autem quia hoc sonat in eius extollenciam, singulariter ipsum non nominat sed sub verbis communibus: *Scio*, inquit, *hominem* huiusmodi, et quia in illo raptu ignoravit an anima fuit coniuncta corpori vel a corpore separata, non fatetur hanc ignoranciam; ex quibus subtiles multa conviciunt, primo quod tota personalitas hominis remanet in suo spiritu sive actuaverit, sive fuerit a corpore separatus, quia scivit personalitatem sui hec cernere et nescivit an corpus suum fuit cum anima copulatum. Secundo notant quod cum clara visione stat nesciencia de multis, cum Deus libere notificat homini quantum prodest; et sic viantis intuicio in verbo nec arguit ipsum esse omniscientem nec beatum ex huiusmodi visione, cum in visione illa sunt gradus multiplices.

Evidence from his words that the personality may remain without the body.

Intuition of divine things does not imply omniscience.

Paul does not reveal all he saw.

Apostolus tamen non solum fuit raptus ad hanc claram visionem intellectus sed ad affecciones delectabiles voluntatis; ideo dicitur *raptus in paradisum* et novissime suam predestinacionem (ut innuitur ad Rom. VIII°), et ista verba *non licet loqui* expresse hic aliis viam; et (ut notant cronicantes) a tempore sue conversionis usque ad tempus quo scripsit istam epistolam fluxerunt anni quatuordecim. Ideo dicit se ipsum *ante annos quatuordecim* sic vidisse. *Parcit* autem Apostolus de multis sibi cognitis revelandum, ne quis videndo vel audiendo de illo extollat eum ultra limites veritatis; unde propter humilitatem servandam datus est sibi quidam angelus sathane ipsum temptans, sive ad luxuriam sive ad aliam carnalem insolenciam, non est cura; et notant multi quomodo Vas eleccionis rogavit Dominum ut ab illo maligno spiritu liberetur, et non est exauditus in isto sed didicit quomodo tales temptaciones sicut et tribulaciones per accidens multum prosunt, sic tamen quod homo habeat a Deo graciam equanimiter resistendi. Ex quibus concludit Apostolus quod libenter gloriabitur in tribulacionibus et temptacionibus ac mundanis depressionibus, quia omnia hec tria sunt media, ut virtus pacientis similiter habitet copiosius in viante.

He was trained to humility by the angel of Satan.

8. Cod.: corpori. 9. In marg.: 1. 13. In marg.: 2. 15. Cod.: intuiccio. 16. Cod.: omnescientem. 24. notant; Cod.: udānt.

# SERMO XVIII.

*Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut es sonans aut cimbalum tinniens.* I. Cor. XIII°, 1.

Excellence of charity, without which other gifts are useless.

Ista epistola magnificat caritatem quomodo excellit omnes virtutes alias in necessitate, utilitate et stabilitate. In necessitate, quia sine caritate non valet aliud donum Dei; nam sine caritate non valent dona que pertinent ad locucionem, in tantum quod *si linguis* omnium *hominum loquatur quis* quantumcunque sanctum evangelium et efficacibus nutibus, ut superiores angeli illuminant, inferiores autem secundum voces evangelicas corporaliter assumentes, *et* cum hoc *caritatem non habuerit, factus est velut es sonans et ut cimbalum tinniens.* Constat quidem quod alia est vox viva qua animalis anima vivificatur caritate sicut corpus anima; patet deficiente caritate emittitur sonus informis quoad sonum meritorium, es autem planum concussum ab alio sonando aliis se ipsum indicat et consumit, correspondenter quantumcunque angelice quis locutus fuerit deficiente caritate, organa sua moventur ab alio, quia a malo angelo et per | loquelas aliis quandoque proficit, et omnino angelis bonis atque hominibus indicat suam maliciam, dampnificando se ipsum continue, quia Psalmo scribitur: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos retrorsum.* Quando vero vita discordat a vocibus, homo fit membrum diaboli sibi ipsi contradictorie in figura. Sicut autem plane ac nude dicens veritatem evangelicam extra caritatem continue officit sibi ipsi, sic quantumcunque subtiliter tinniens racionibus, concordanciis vel exemplis dum a caritate defuerit sibi nocet, quia (ut hic supponitur ex declaratis alibi) quidquid peccans mortaliter quantumcunque bonum de genere fecerit peccat continue. Cum ergo oportet quod cuicunque deest caritas insit peccatum mortale, patet sentencia.

Fol. 253c

Brass sounds when struck by something else; so, however well we speak without charity, it is at the movement of a bad angel.

4. Cod.: Cor. II°. 5. Cod.: excessit. 15. Cod.: quidam; ib. quam animalis. 37. Cod.: infit.

1. Dominica in Quinquagesima. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 265—269. 24. Ps. XLIX, 16, 17.

Caritas itaque est fons singulorum bonorum, cui non communicat alienus, que sicut oleum non potest premi vel minui; que si desit frustra habentur cetera, si assit habentur omnia, quia ipsam consequitur multitudo donorum Spiritus Sancti, que sicut oleum fervide catenantur, et si habetur indubie per se ardet.

Charity is the informing virtue that changes all others for the better.

Secundo dicit Apostolus quod, *si habuerit propheciam* noscendo futura, ut Balaam habuit, *et noverit misteria omnia* divinorum ut arcana Trinitatis, de quibus est sapiencia, *si habuerit omnem scienciam* creatoris, sive divinitus datam sive prophetice adquisitam, et si tercio habuerit virtutem miracula operandi, *ita ut montes transferat* (sicut loquitur evangelium Matthei XVII°) ex vehemencia fidei, hec omnia dona sive in locucionibus sive in cognicionibus sive in miraculosis operacionibus *sine caritate nichil proficiunt* ad beatitudinem promerendam. Caritas enim est virtus suprema que omnia dona communicancia mutat in melius. Ideo dicitur apud scolasticos virtutes alias informare nec sine eius formacione nomen virtutum proprie sorciuntur et (ut dicit Apostolus) sine ipsa anima non vivificatur, sed homo quoad primam ordinacionem Domini adnichilatur. Et quarto quantumcunque quis polluerit operibus misericordie, *distribuendo omnes facultates suas* in usus pauperum, quod videtur maxima pietas propinquissima veritati, *et si tradiderit corpus suum* comburendum, quod videtur martyrium durissimum, *nichil prodest* martyrizato quoad beatitudinem consequendam. Nam propheciam habuerunt Balaam et Cayphas, ministeria noscunt demones et Judas, scienciam habent pharisei et infideles philosophi, opera vero misericordie faciunt seducti in seculo, sed quia deest vestis nupcialis qua sola convive secure discumbunt et a perdicionis filiis distinguuntur, ideo quecunque bona communicata fuerunt deformiter refrigescunt. Hoc enim est oleum per se lucens, fatuis virginibus in fine deficiens, et hec est vestis qua frigus expellitur quo frigebat Petrus ad prunas Caife se calefaciens. Et patet huius virtutis necessitas, cum sine ipsa quantum ad beatitudinem nullum aliud bonum valet.

Example of the uselesness of other gifts without it.

1. Cod.: singularum. 5, 6. Cod.: cahenantur. 6. Cod.: si hetur. 10. Cod.: creatorum. 13. Cod.: transferant. 24. Cod.: facultates meas in eis suas. 27. Cod.: martyrum. 28. sequendam; cod.: quendam. 29. Cod.: Balaam, Pa'ul et Cayphas; ib. Cod.: noscut. 30. Cod.: phariseie. 34. Cod.: fuerit. 36. Cod.: in fine twice.

8. I. ad Cor. XIII, 2. 26. II. Cor. XIII, 3.

As charity is hard to recognize with certainty, the Apostle recites its sixteen conditions.

Sed quia caritas de difficili cognoscitur et multi simulant se facere multa opera ex instinctu caritatis quibus diabolus illudit ecclesie, ideo secundo principaliter docet Apostolus condiciones sedecim caritatis (de quibus sermone . . . .) Nam in istis operibus decipitur totus mundus, cum infidelissimi in sectis aliis faciunt quecunque opera bona de genere, et nostri mundo divites ac religiosi vel fratres faciunt apparenciam bonorum operum fervorem caritatis (ut fingunt) indicancium; ideo cum Christus Deus noster caritas est, impossibile videtur quemquam secundum caritatem procedere nisi de quanto imitatus fuerit in modo vivendi ipsam primam caritatem.

Is there a difference between charity and grace?

Dubitant autem scolastici, cum caritas sit habitus a Deo infusus in animam denominans hominem formaliter Deo carum, gracia autem gratum faciens sit habitus eiusdem condicionis atque officii, quomodo illi duo habitus theologici distinguuntur, et videtur michi per verba efficacia quibus corresponderet mea noticia illos distinguere. Horreo quidem quod qualitas vel accidens quodcunque sit res que possit per se existere et non substancie inherere, quia sic sine fundacione possent fingere graciam ut fundamentum caritatis datam a Deo singulariter | et prius gratificantem hominem Deo, antequam caritas sit infusa et postmodum mediante gracia et cooperacione hominis tribuit caritatem, et sicut prima virtus valet ad Dominum diligendum, ita secunda virtus valet ad opera meritoria prosequendum. Sed verba sunt multa talia sine fundacione multiplicata; scio tamen quod tam caritas quam gloria sumitur multipliciter in scriptura.

Accidents cannot be self-existent.

Fol. 253a

Charity of predestination and of present righteousness.

Quibus suppositis dubitatur ulterius utrum Apostolus hic loquitur de caritate vel gracia predestinacionis aut de caritate secundum presentem iusticiam. Et videtur ex multis verbis quod loquitur de caritate predestinacionis que non potest excidere; alia autem caritas stat cum peccato mortali, ut patet de prescito (quem Deus eque odit continue) et edificanti sibi continue ad iehennam, sed oppositum videtur, cum nemo viando potest caritatem predestinacionis cognoscere.

3. Cod.: ideo duo. 5. Cod.: Sermone nam. 12. Cod.: invitatus; ib. Cod.: pravam caritatem. 13. In marg.: Dubium. 17. Cod: ut videtur. 29. Cod.: in deest. 30. In marg.: Dubium. 33. Cod.: de gracia; gracia ext. in marg.: de caritate.

5. Cf. Serm. pars II, serm. XXXIII, pag. 244—247.

Prelates cannot tell whether charity informs them; still less whether it informs others.

Quomodo ergo absolveret quis asserendo se dare graciam presumendo se cognoscere et ponendo se in multis statibus atque officiis ad que debet cognoscere caritatem esse primo requisitam. In ista materia credo maiorem partem vocate ecclesie esse deceptam, cum descendendo a papa, cardinalibus atque episcopis vix unus eorum cognoscit evidenter quando caritas se ipsum informat et multo minus quando alius dona spiritualia ab ipsis recipit; et cum tam frontose in materia ista diffiniunt, patet quam cece seducunt populum. Supposita ergo distinccione noticie patet quod nullus nostrum hic cognoscit intuitive, demonstrative vel infallibiliter quod gracia vel caritas sibi inest, sed noticia probabili possunt ex actu dileccionis cognoscere et ex infirmitate intencionis perseverandi conformi probabilitate convincere quod sit predestinatus et sperare quod erit beatificatus. Multi autem multiplicant sibi signa et palliant quod illa relucent in ipsis. Videtur tamen michi quod quicunque plus dilexerit aliquid creatum quam dominum Jesum Christum est expers talis gracie et econtra. Et cum idem sit Christum diligere et legem aut ordinacionem suam, patet quod quicunque illam contempnendo postposuerit maius bonum ut sic peccat contra sapienciam increatam.

He who prefers tradition to Christ's law lacks charity.

Ex quibus sequitur quod quicunque prelatus, religiosus vel eis consenciens plus afficitur tradicioni humanitus adinvente quam legi et ordinacioni domini Jesu Christi, nisi resipuerit est expers caritatis et gracie ut prescitus. Temptet ergo se ipsum fidelis, si novitates dignitatum, religionum vel statuum novellorum plus amaverit quam antiqua que Christus sue ecclesie ordinavit et secundum hoc iudicet si habuerit caritatem. Illi autem qui non considerant tam subtiliter et profunde considerent si magis afficiuntur alicui bono temporali quam domino Jesu Christo aut plus instant pro tali aliquo quam pro Dei obsequio. Et hoc sit illis pro regula statum suum anime discernendi.

Thus do Caesarean prelates and private religions.

Ex istis quidam eliciunt quod omnes prelati cesarei, omnes religiosi privati et quicumque eis consenserint nisi resipuerint sunt dampnandi, et probant per hoc

4. primo requisitam; Cod.: p'm'equisitam. 10. Cod.: ceducunt. 11. In marg.: Nota. 16. Cod.: convicere. 25. In cod.: Nota conclusionem. 29. In cod.: nominatates. 38. Cod.: cesarii; ib. in marg.: Nota intime conclusionem ex causa.

quod omnes tales *querunt que sua sunt*, ergo caritatis huiusmodi sunt expertes. Et quantum ad resipiscenciam in fine nullum signum evidet quin in defensione et appropriacione proprietatis huiusmodi perseverent, ut hii scriptis frivolis suam sentenciam opinando, hii a papa et mundi principibus suas novitates irregulares et detenciones et appropriaciones temporalium augmentando; et ista non sunt argumenta quod de illis novitatibus penitent hora mortis. Ideo (ut dicunt sancti) non est magis indurata malicia quam in clericis sic perversis. Sed quod plus dolendum est trahunt per possessiones et alia media ypocritica populum Dei a lege Christi ad suam perniciem ex consensu, et specialiter solvendo libertatem legis Christi, qua per pauca media levia et honesta velit christianos celum adquirere. Ideo Apostolus deridendo Corinthios sic eos alloquitur II[a] Cor. XI°, 20: *Sustinetis* (inquit) *si quis vos in servitutem redigit,* hoc est, extincta libertate legis Christi, dum quis pseudoapostolus per tradiciones facit ultra patres legis veteris nos servire. Sed sicut Apostolus alibi dicit ironice: *Donate mihi istam iniuriam*, sic posset istis dici derisorie propter istam stulticiam: Retribuat nobis Deus. Attendendum est ergo ad libertatem legis et ordinacionis quam Christus instituit et in eius defensione ac observancia fundanda est consciencia quod perseverans in illis finaliter erit salvus. Nec video a quo alio signo posset securius | sive patencius concludi habicio caritatis; et sic distinguendum est de caritate secundum presentem iusticiam et de caritate predestinacionis. Cum autem actus anime sunt nobis notissimi, debet credi ex fide quod quicunque habuerit ad legem Christi observandam claram intencionem et mundum propositum est in caritate secundum presentem iusticiam, quod si habuerit firmitatem talis propositi perseverandi usque ad mortem debet sperare ex eadem fide quod sit in fide predestinacionis et illam spem debet intendere et iocunde citra fidem illi firmiter adherere, verumtamen ab iniuriis illatis sollicite se purgare et ab inferendis diligencius precavere.

Fol. 254[a]

They give no sign of repentance.

They destroy the freedom of Christ's law.

Desire to obey Christ shews present righteousness, and gives hope we are predestinate.

2. Cod.: recipiscenciam. 3. Cod.: nullum. 7. Cod.: temporum. 13. Cod.: perniciam. 14. Cod.: contra per. 15. Cod.: velut christianos. Hic locus corruptus est. 33. Cod.: habuerit.

21. II. Cor. XII, 13.

Grace of predestination infinitely the best.

Credi tamen debet quod gracia predestinacionis in quantumcunque criminoso secundum presentem iniusticiam est infinitum melior quam gracia secundum presentem iusticiam in prescito quantumcunque devotus fuerit vel fervidus in operibus pietatis. Examinent ergo iste secte private se ipsas si in se et in aliis intenderint et de facto servaverint libertatem legis Christi suis limitibus vel econtra per tradiciones additas illam gravaverint et in servitutem se et plebem redegerint, et secundum hoc debent habere conscienciam, si graciam habuerint, quod si perseveraverint in opposito, sciant quod indurant se ipsos, ac si cum malleo clavum incuterent prope cor quousque vita sua totaliter sit extincta, eciam licet cotidie celebraverint, oraciones quantumcunque devotas dixerint et opera quantumcunque bona de genere perseveranter fecerint, ut docet Apostolus in principio huius epistole. Ideo stulti sunt qui nude confidunt in talibus operibus sectarum novarum habentibus spem pietatis, cum enim se ipsos continue per peccatum . . . . quomodo aliis mererentur. Et ista est radix perturbacionis ecclesie et una de subtilioribus latebris Antichristi.

Charity of predestination never fails;

In tercia autem parte huius epistole declarat Apostolus post utilitates sedecim stabilitatem permanencie caritatis, dicendo quod *non excidit.* Quamvis autem actus et opera caritatis exciderint, ymmo habitus caritatis secundum presentem iusticiam quandoque excidit, cum Apoc. II°, 4: *Dum caritatem tuam primam reliquisti,* tamen habitus caritatis predestinacionis non potest excidere. Caritas ergo inter virtutes theologicas manet eadem in patria. *Prophecia* autem *evacuabitur* in patria, tum quia non erunt post iudicium tales veritates future contingentes fidelibus revelande, tum eciam quia omnis noticia enigmatica tunc evacuabitur clara visio generaliter in beatis. Secundo *sive lingue vel ydiomata cessabunt, caritas non cessabit.* Cum enim lingue variantur secundum proporciones et influencias celestes et varias disposiciones in corpore, stante uniformitate in singulis beatis, non erit tunc linguarum variacio sicut modo; qui tamen credunt probabiliter, cum Psalmo CXLIX°, 6

It lasts beyond prophecy (which will be fulfilled)

tongues (which will cease to vary).

1. In marg.: Nota conclusionem. 6. Cod.: ipsos; ib. intendunt. 9. Cod.: redigerint. 20. per peccatum; hic verbum excidit. 37. Cod.: cesestes. 39. Cod.: vaiacio. 40. Cod.: Psalmo XIV°, 9.

31, 35. I. Cor. XIII, 8.

Knowledge (which will be changed into clear intuition).

scribitur: *Exultaciones vocales Dei erunt in gutture sanctorum;* quod ydioma Hebreorum manebit in patria. Tercio cum sciencia destruetur, manebit caritas; sciencie quidem particulares adquisite de sensibus post diem iudicii non manebunt, tum quia scibile tunc non erit et sciencia ac scibile secundum philosophos sese respiciunt relative, tum eciam quia post diem iudicii illuminati erunt sensus ab emanacione a Deo et virtutibus superioribus et non secundum ordinem iam currentem. *Ex parte* enim scimus et *ex parte* prophetamus et utrumque est noticia imperfecta, quia sensus particulares errabiles habemus hic scienciam nostram ortam. Sed in arras future perfecte sciencie habemus certam scienciam universalium et veritatum que sunt principia ad conclusiones alias demonstrandas. In prophecia eciam est imperfeccio quoad noticiam et certificacionem, sed oportet *cum venerit* status gracie in quo erit perfeccio hominis ultimata, quod *evacuetur* imperfeccio noticie et succedat clara intuicio influxa secundum alium ordinem miserorum viancium quo superiores recipiunt noticiam a sensibus inferioribus pretermissam.

The Apostle's example from children, who care only for their personal desires, but as men learn to regard the honour of God.

Et patet exemplum confirmans istam sentenciam in natura; nam Apostolus et alii *cum erant parvuli, inperfecta balbucie loquebantur*, et solum sensibilia eis presencia sapuerunt ac solum eis sensibiliter placencia et displicencia cogitabant. *Quando autem facti sunt viri, evacuerunt* operaciones huiusmodi parvulorum, loquentes ut perfecti sapientes futuram beatitudinem ultra sensibilia eis presencia et cogitantes non solum bona eis propria sed honorem Dei ac utilitatem ecclesie. Cum ergo Deus et natura non incipiunt ab imperfecto pro- Fol. 254b gredi non in perfeccione ultima consumantes, patet | quod post istam secundam noticiam quam habemus in virili etate succedet tercia finaliter perfecta. *Videmus enim per speculum in enigmate*, quia *tunc facie ad faciem.* Est autem duplex visio extendendo visionem ad omnem noticiam intellectus, scilicet visio intuitiva vel abstractiva, et utrumque membrum habet subdivisionem multiplicem. Intuitiva visio vocatur qua per se visum immediate videtur ab oculo, ut per se sensibile immediate

Intuitive vision is directed by the eye;

16. Cod.: imperfecto. 20. Cod.: aliam. 21. Cod.: pretermissa.
27. Cod.: loquente. 33. Cod.: quod habemus. 38. Cod.: subdicionem.

23. I. Cor. XIII, 11. 34. ib. 12.

Abstractive vision is by the intellect, working on what the senses present.

videtur, per hoc quod multiplicat se secundum esse spirituale tam in medio quam virtute et aliqualiter tali modo viderent beati munera divina. Visio autem abstractiva est visio discursiva quam intellectus elicit ex noticia per se visibilis; et isto modo videmus substancias tam materiales quam immateriales, ut materiales propinquius ex hoc quod sua accidencia per se sensibilia intuemur, ut senciendo quodcunque per se sensibile materialis substancie. Illam sencio sensacione per accidens sed substanciam immaterialem videmus distancius ex sua opera substancie.

The senses perceive accidents, from which the intellect infers immaterial substance.

Illam sencio sensacione vitali et multis aliis condicionibus quas racione convincimus, ut videmus quod homo vivit vel vitam hominis; quod est idem ex hoc quod operaciones quas vocamus vitales in ipso cognoscimus; et isto modo remotissime cognoscitur artifex per suam fabricam modo quo dicimus

Thus we know God.

nos Deum videre sive cognoscere per hunc mundum sensibilem, et sic indirecte vel reflexe Deum cognoscimus ac si homo videret rem cognoscibilem relucentem in speculo.

Such knowledge often affected by error,

Et quia illam noticiam comitantur decepciones multe et fallacie, ideo Apostolus loquens de illa visione vocat eam *specularem in enigmate;* et sic abstractive satis certe cognoscimus Deum et multas alias veritates. Illam autem noticiam de Deo cum sit imperfecta et obscura, oportet verti in claram noticiam ad beatitudinem hominis secundum ultimam sui potenciam meritoriam faciendam.

which shall be purged away in heaven.

Et de illa loquitur Apostolus, quando dicit quod *videmus tunc*, hoc est, post istam imperfectam visionem visione patrie Deum et angelos *facie ad faciem. Nunc* autem cognoscit Apostolus et multo magis quilibet viator alius citra Christum *ex parte*, quia imperfecte, noticia speculari, sed in patria, ubi saciabitur appetitus, plene in tantum commune sicut cognoscet, cognitus est a Deo, et ita licet maneant iste tres virtutes theologice, scilicet *fides spes et caritas* hic in via, *maior autem horum est caritas*, et dicit *horum*, quia quamvis fides mutetur in claram visionem, spes in beatificam fruicionem, caritas tamen que utrobique remanet tam in via quam in patria superat ambo ista.

3. Cod.: videret. 8. Cod.: intuemus ut sensiendo. 22. Cod.: et deest. 27. Cod.: ultima. 33. Cod.: plena.

28 et seq. I. Cor. XIII, 12—14

# SERMO XIX.

*Hortamur vos ne in vacuum graciam Dei recipiatis.* IIª Cor. VIº, 1.

Different kinds of grace that may be received in vain;

Dictum est in communi verbo de gracia, Sermone . . . huius quomodo quidlibet quod Deus dat homini ad eius profectum sive extrinsecum sive intrinsecum potest vocari gracia, et sic in vacuum graciam Dei recipit qui quodcunque donum Dei receperit et non fruitur vel utitur ad hunc finem; et potest sermo ex istis verbis ad quodcunque secundum pertinenciam auditorii applicari, ut hii dicunt quod quidam *in vacuum graciam Dei recipiunt*, graciam in baptismo, hii quod quidam *in vacuum graciam Dei recipiunt* qui dona Spiritus Sancti sicut scienciam super bona naturalia habent copiosius eis data, et tamen non applicant ea ad Dei honorem et utilitatem ecclesie et per consequens non ad suum commodum. Sed e contra michi tamen videtur quod satis pertinenter potest tempus idoneum datum homini ad merendum vocari ista Dei gracia, et sic qui preterit tempus illud et non laborat proporcionaliter illi tempori *in vacuum recipit* illam graciam; et generaliter quicunque recipit tempus gracie in quo Deus disposuit humano generi libertatem ultra ceremonias legis veteris et tamen redit ad cerimonias ampliores dampnabiliter recipit graciam talis temporis. Et ita cum totum tempus gracie sit datum homini ad copiose et faciliter promerendum, et idem tempus commune omni homini, patet quod prelati et quicunque impediunt viantes ad taliter promerendum in vacuum graciam Dei recipiunt.

baptismal grace, gifts of the Spirit, e. g. knowledge.

Wyclif would say it is the time given us to earn salvation.

We have this in vain if we turn from God's freedom to ceremonies

We receive grace in vain:

Unde secundum Lincolniensem dicto XLVIIº dupliciter contingit hominem in vacuum graciam Dei recipere, primo dum quis bona gratuita sibi oblata unde salvari posset renuit; de talibus dicit Dominus: *Vocavi et renuistis,* | Fol. 254ᶜ Prov. . . . . Secundo dum bona gratuite sibi data prevaricans abicit; gracia enim est bona voluntas Dei qua antecedenter vult omnes homines salvos fieri. Primo ergo talis obsistit Deo pulsanti ad hostium mentis et ingredi volenti, secundo admissum aut receptum

1. by refusing it

2. by throwing it away through sin.

4. Numerus sermonis deest. 6. Cod.: intrincicum; ib.: sive extrinsecum deest. 15. Cod.: amplicant. 34. Prov.; Cod.: sequitur lacuna.

3. Dominica prima Quadragesimae. 4. Cf. supra Serm. V. 33. Prov. I, 24.

abicit; veteres quidem caligas non abiciunt homines dum apte sunt; magis ergo vilescit peccatori spiritus datus quam calceamentum vetus cum donum sit maximum et Deus non offert tepide sed liberam voluntatem et instancia maxima. Quare ergo respuitur stultissime cum maximo dampno et iustissimo supplicio? Tales enim similes sunt mari mortuo quod nichil vivum intus recipit sed iniectum casualiter statim reicit. Tales enim mortui sunt per culpam, fluidi per concupiscenciam, amari per iram, mundi solicitudines et seculi tristiciam.

Those who reject grace are like the dead Sea.

Similiter hoc mare faces accensas non sinit in se immergi; sic et hii ardentes et lucentes caritate et sciencia Christi cogitaciones in profundum dileccionis sui iniungi non sinunt, sed mortuas spiritualiter ad carnalem dileccionem admittunt. Tercio sepe in hoc mari accidunt fulmina et alie tempestates; sic et Deus fulminat super tales ingratos vindictam ire sue et talis fulminacio plus quam modernorum satraparum excommunicacio est timenda.

All have power to receive God's grace.

Nec sunt excusandi qui dicunt quod non est in potestate sua graciam Dei recipere, quia Isaie XLIX°, 8 dicit Deus qui mentiri non potest quod tempore legis nove accepto Deo ad faciendum graciam *exaudivi* oraciones fidelium et in die quo Christus fecit salutem in medio terre audivi te monendo et acceptando. Sicut ergo nichil accepcione temporis est vianti liberius, sic nec ista gracia potest aliquid liberius presentari. Ideo dicunt fideles quod idem est non cooperari cum Deo in isto tempore ad merendum et ociari in loco insidiarum, in vado aut portu periculoso, ubi cooperans possit habere paratissimum adiutorem. Christus enim assistit sic viantibus qui volunt efficaciter se salvari; ideo sequitur: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

It is better to present our petitions to Christ than to any pope.

Instanter enim laborant Romipete ut presentes sint pape ad porrigendum peticiones suas pro tempore quo gracia est accepta. Sed papa noster Christus graciosius concedit ampliores gracias in hoc tempore, cum viamus; nec oportet currere Avinionam, quia locus est ubique

3. Cod.: cum cum. 9. Cod.: fluedi. 19. Cod.: postquam.

34. II. Cor. VI, 2. 36. Cf. Serm., Pars II, pag. 341.

contrito pertinens; Deus enim tripliciter est ubique. Disponamus ergo nos ad recipiendum tantam graciam, cum sit tam facile sicut spiritum inhaurire, cum Psalmo CXVIII°, 131 scribitur: *Os meum aperui et attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.* Facilius namque est aperire os mentis quam corporis; stat ergo disposicio nostra, ut recipiamur ad examen gracie aperte in negacione et affirmacione tamquam in leccione et cantu. Nam declinando a malo et faciendo bonum fit homo habilis ad graciam eo ipso. Ideo dicit Apostolus quoad negacionem quod *nemini debemus dare ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.* Nam declinando a malo oportet cavere ne offendamus fratres scandalo ex dictis vel operibus minus rectis; quod licet quilibet fidelis debet attendere, prelati tamen specialiter, cum in ministerio facilius possunt offendere in subiectos. Et signanter dicit Apostolus quod *non simus dantes ullam offensionem,* quia quidam ex lege Dei ministrare aliis et iuvare omittendo illud ministerium dat offensionem in subditos.

The pope and idle prelates should rather ask forgiveness from the laity than pretend to give it.

Ex quo quidam concludunt quod papa et alii prelati segnes inter omnes viantes plus debent fratribus, et per consequens laici dimittunt copiosius illis sua debita vel peccata, dum tamen remissionis huiusmodi sunt capaces. Ex quo quibusdam videtur inconsonum esse prelatos huiusmodi de potestate remissionis peccati singulariter se pompare. Affirmacio autem super qua stabilitur totum christiani ministerium stat in isto quod *in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros.* Dicant (inquam) omnia opera nostra quod sumus fideles servi domini Jesu Christi, et tunc quomodocunque scandalizaremur a diabolo vel membris eius ministerium nostrum non vituperabitur apud Deum; et revera eorum vituperacio cum approbacione divina est simpliciter commendacio.

Prelates in excommunicating do not follow the example of Christ;

Ad servandum autem hanc regulam apostolicam oportet nos humiliter sequi Christum in omnibus factis suis. Sed quomodo (queso) prelati | [Fol. 254a] cesarei excommunicant homines in nomine domini Jesu Christi pro crimine ex falsa suggestione pseudofratrum, antequam illud crimen fuerit eis notum; cumque autem dominus Jesus

4. Cod.: Psalmo XI°. 37. Cod.: cesarii.

11. Cor. VI, 3. 28. ib. 4.

Christus hoc non posset facere, manifestum est quod hii sic faciendo non exhibent se Christi ministros, sed elati *super omne quod dicitur Deus* precipuos ministros diaboli. Respectu quidem Christi est non sic excommunicare sed humiliter tolerare iniurias, et nonne docet Apostolus *quod exhibeamus nosmet ipsos sicut Dei ministros in multa paciencia? Christus enim cum malediceretur, non maledicebat* (ut dicit beatus Petrus) et generaliter sine vindicta appetita vel capta humanitus summe pacienter tulit omnes iniurias; ad similitudinem sui apostoli sufferebant novem tales penalitates pro eius nomine. Et quia ille paciencie fuerant geminate secundum corpus et animam, ideo Apostolus vocat eam *multam pacienciam* quoad numerum et ad tempus. Paulus enim passus est *in tribulacionibus* (ut patet IIª Cor. XII° et supra exponitur Sermone XIX° huius de viginti septem tribulacionibus suis).

who endured insult with patience.

Trials of the apostles.

Secundo tribulati sunt apostoli *in necessitatibus*, hoc est, in penuriis necessariorum vite, sicut et Christus passus est, cum esuriit quantum voluit (ut patet Mathei IV° et XXI°).

Tercio tribulati sunt *in angustiis* quibus ex evadendi difficultate sepius sunt astricti.

Quarto tribulati sunt *in plagis* (ut patet de Apostolo Sermone ut supra).

Quinto *in carceribus* quibus impediebantur discurrere ad edificandum ecclesiam et in corpore multipliciter sunt puniti.

Sexto tribulati sunt *in sedicionibus*, ut una parte populi tenente cum Christi apostolis et alia contra illos.

Septimo *in laboribus* corporalibus operando manibus, ut fecit Apostolus aput Corinthos (ut patet Act. XX°).

Octavo tribulati sunt *in vigiliis*, non solum propter iusticiam oracionum et diligenciam predicacionum sed propter timorem persecucionum.

Nono tribulati sunt *in ieiuniis* que gratis acceperant, ut corpus serviat anime meritorius. Et hec novem exercitant ministros Christi ad suum officium humiliter et

5. Cod.: non. 7. In marg.: 1. 11. Cod.: penalitas. 16. Recte: Sermone XVIII°. 18. In marg.: 2. 22. In marg.: 3; ib. in cod.: angustus. 24. In marg.: 4. 26. In marg.: 5. 29. In marg.: 6. 31. In marg.: 7. 33. In marg.: 8. 35. Cod.: timoris persecucionem. 36. In marg.: 9.

7. I. Petri II, 23. 13 et seq.: II. Cor. VI, 4—6.

meritorie exequendum, que quia deficiunt omnino in nobis, sumus nimis vage in Dei ministerio negligentes.

Virtues needed for the ministry: 1. chastity,

Ulterius quoad virtutes que sunt principia bene operandi oportet ministrum Christi vivere *in castitate* que dicit puritatem mentis; redundant . . . . in corporis mundiciam, et hec nedum precipue servat famam sed habilitat ministrum Christi ad eius ministracionem diligencius et placencius exequendam.

2. knowledge, such as is needful to salvation,

Et ista castitas secundo disponit *ad scienciam* que est noticia divinorum et humanorum, quantum est necessarium ad salutem. Deus enim non potest tali casto deficere quin infundat sibi noticiam in mensura qua expedit ipsum cognoscere quid sibi prodest facere.

3. constancy in hope,

Tercio habitis istis duabus virtutibus *longanimiter* expectat Dei promissio pro fideli ministerio premiantis. Ille enim vocatur *longanimis* qui ex constancia fidei per longum tempus sperat premium, sicut *agricultor* secundum beatum Jacobum *sperat fructum.*

4. kindness,

Quarto succedit *suavitas* quasi longanimitatis edilium qua quis propter spem remuneracionis cum quadam dulcedine patitur et cum proximis leniter conversatur.

5. and that in the Holy Spirit,

Quinto talis affabilitas fit specialiter illustracione *Spiritus Sancti* secundum quam appropriatur benevolencia.

6. unfeigned Charity,

Sexto vivendum est *in caritate non ficta*, et hoc est necessarium continue tam viatori cuilibet quam beato. Omnes enim fingimus quod sumus *in caritate*, diligendo tam Deum quam omnem proximum ut debemus; sed Veritas clare intuens cogitaciones, verba et opera videt quod fingimus (ut plurimum) menciendo. Ille ergo falsam caritatem aut *fictam* habet, qui quandocunque simulat se habere caritatem ad discrepanciam verbi Dei.

7. truth (this forbids falsehood under pretence of charity),

Et ex istis sequitur septimo quod debemus communicare cum fratribus *in verbo veritatis*, eo quod miscendo verba falsitatis, duplicitatis, mendacii, fingimus caritatem, ideo numquam debemus communicare cum falsis fratribus, nisi vel tacendo vel veritatem (ut mente concipimus) publicando; ergo debemus *in virtute Dei* quidquid facimus operari, non solum verbaliter confitendo sed de facto propter conformitatem nostri ad virtutem

8. working in the power of God,

3. In marg.: 1. 5. redundant; sequitur lacuna; spatium unius verbi vacuum. 9. In marg.: 2. 14. In marg.: 3. 19. In marg.: 4. 22. In marg.: 5. 23. Cod.: quam deest. Addidi. 24. In marg.: 6. 30. Cod.: habet deest. Cod.: quia; ib. cod.: quocunque. 32. In marg.: 7. 39. Cod.: nosci ad.

9 et seqq. II. Cor. VI, 6—7. 18. Jac. V, 7.

(que est Dei sapiencia), cuncta nostra opera faciendo, ita quod quesito a nobis in cuius virtute vel potestate hec facimus, vere dicamus sine ficticia quod *in virtute Dei*, et tunc stabit stabile opus nostrum.

9. righteousness,

Sed cum tales veridici habent hostes multiplices, ideo nono docet Apostolus quod tuti simus *per arma iusticie*, faciendo tam amicis quam inimicis iusticie complementum. Alii autem intelligunt per *dextram et sinistram* prospera et adversa homini conformia in natura vel ipso inferiora, premiaciones quas iusticia requirit nos facere. In omnibus (inquam) debemus quantum in nobis est semper et ubique iusticiam observare | et sic Christo ministremus iuste Deo nostro tam *in gloria quam in ignobilitate*, ne in primo inflemur nec in secundo propter oppressionem hostium precipitemur, ut contingit de illis qui succumbunt a veritatis tramite propter carenciam mundane glorie.

Fol. 255a

11. constant service to Christ whether in good or evil report,

Undecimo debemus constanter ministrare Christo in casu quo contingat nos impelli *per infamiam* vel elevari *per bonam famam*, sicut apostoli reputati sunt quandoque falsi et magici et quandoque humiles et fideles, sicut fuit de Christo, sic contigit modernis observantibus in plana iusticia regulam veritatis.

12. not fearing the imputation of falsehood,

Decimo secundo debemus constare in ministerio nobis credito, licet ab aliquibus iudicemur *seductores et* ab aliis *veraces*.

13. caring not to be known to the world.

Decimo tercio debemus constare in Christi ministerio, licet apud mundum sumus qualitate *ignoti*, cum sufficit quod apud Deum simus in constancia virtutis *cogniti*. Et omnia ista tredecim reduci possunt ad vite superbiam deprimendam.

These 13 points make up our warfare against the pride of the world. As to the flesh we must be

Sed quarto decimo quantum ad concupiscenciam carnis viri devoti sunt *quasi morientes* non actus vitales vel mundanos indebite exercentes, et ecce parati sunt ex hoc secundum interiorem hominem delectabiliter vivere quoad Deum.

14. dying,

15. chastened.

Et sic quinto decimo debemus ministrare Christo *in tempore nostre viacionis*, non ut Deo abiecti sed *ut* amicabiliter *castigati*, quia Apoc. . . . . . *Ego quos amo arguo et castigo;* et per consequens non debemus nos supponere mortificatos virga vel baculo consolatorio tam pii magistri.

17. Alinea 10 deest. 38. Apoc. sequitur lacuna.

6 et seqq. II. Cor. VI, 8, 9. 37 et seqq. II. Cor. VI, 10. 38. Apoc. III, 19.

16. Sad because of temptation, yet rejoicing in the Lord,

Sexto decimo debemus vivere *quasi tristes* de tardacione nostre glorie et periculo nostre carnalis vel mundane concupiscencie, et tamen debemus *semper gaudere* in Domino tamquam turtures propter consolacionem premii quod speramus. Sed quoad concupiscenciam oculorum debemus videri *egentes*, cum Christus *pro nobis egenus factus est* (IIª Cor. VIII°, 9). Et loquitur Apostolus de voluntaria egencia que non est proximo onerosa, ut patet fratres fingunt mendaciter se egenos; tales enim pauperes evangelici et non mendici validi proximos tam corporaliter quam spiritualiter *locupletant*. Quomodo queso locupletaret plebem, dominos vel rectores qui spoliat egenos qui sunt basis omnibus illis in temporalibus et augmentat sua habitacula supra Christum et onerat totum populum et totum medium spere terre. Non dubium quin talis prevaricator et mendax in Christum non directe aliquem locupletat.

and poor like Christ.

17. Possessing all things by the title of righteousness.

Septimo decimo et ultimo viri vere evangelici debent esse *tamquam nichil habentes* civiliter vel seculariter *et omnia possidentes* titulo iusticie, cum *iustorum sunt* omnia.

Force of the apostle's use of 'as' (tamquam).

Et notant quidam quod Apostolus ponit coniuncci-onem similitudinis in hiis que sunt temporalia, non sic autem in hiis qui habent racionem spirituum eternorum. Prima enim sicut in sompnis transeunt fantastice, ideo talibus additur *quasi nichil*, cum sint similitudines et non vere existencie ut virtutes. Et hoc dictum Apostoli sicut suum I° ad Tim. VI° et dictum Christi Luce XIV° vere testantur quod clerici non debent civiliter dominari. Secundo notant quidam ex hoc textu quod Christus non valide mendicavit, ut fratres blasphemant in ipsum. Christus enim perpetuo possedit omnia, sed nemo in virtute Dei accipiens quod suum est cum summa mo-destia mendicat ab homine, ergo Christus non taliter mendicavit. Si enim totum genus humanum stetisset in statu innocencie, accepisset de bonis Dei quantum libuerit sine mendicacione. Quomodo ergo Christus summe iustus et innocens mendicavit, cum fuit titulo fortissimo non solum habens perfunctorie temporalia sed iustissime omnia possidens, hoc est, post sedens in dominacione

Christ did not beg; He received what was already His.

6. Cod.: vident egentes. 14. Cod.: augmentant. 22. Cod.: qui-dem. 28. suum; adde: dictum. 30. In marg.: 2; ib. Cod.: quidem. 36. Cod.: quantum.

Friars, in saying that He begged, imply that He had fallen from innocence and ceased to be Lord of all things.

eorum pacifica et quieta. Fratres ergo imponentes Deo mendicacionem huiusmodi implicant blaspheme quod non continue stetit in statu innocencie nec fuit vere dominus omnium bonorum Dei; quod est expresse contra illud Matthei XXI°, 3: *Si quis,* inquit, *aliquid vobis dixerit, dicite quia Dominus hiis opus habet et confestim dimittet eos.* Sed cum Dominus per se positus sumitur simpliciter pro per se domino dominorum, manifestum est quia in hoc verbo ostendit suum universale dominium. Nec dubito quin nisi in hoc loco mendicasset usum asine atque pulli nullibi mendicasset. Si (inquam) fratres per impossibile stetissent in statu innocencie usque ad hoc instans et iam cepissent a proximis pauperioribus modo quo iam faciunt mendicare et edificassent sibi sumptuosa habitacula et bona Dei sic superflue consumpsissent, eo ipso a statu innocencie decidissent et pociore racione quam Caym prius habitum dominium perdidissent. Iniuria enim abusus bonorum raptorum per suam ypocrisim clamat ad Deum; ideo scintilla | caritatis in eis si affuerit extingueret hoc peccatum. Certum est tamen quod fuit mendicus Dei, cum panem cotidianum a Deo suo (ut Augustinus sentenciat) mendicavit; et illam mendicacionem ad alliciendum amorem fratribus indicavit, ac si homo stetisset in statu innocencie et pro amore fratrum de bonis propriis pepercisset. Et sic dicunt fideles quod Christus oravit in persona ecclesie quod Deus debita sua dimitteret, licet in persona sua peccare non potuit.

Rapacity of the friars.

Fol. 255b

## SERMO XX.

*Rogamus vos et obsecramus in domino Jesu.* Iª Thessal. IV°, 1.

St. Paul's gentleness in warning his flock.

In ista epistola hortatur Apostolus Thessalonicos et in ipsis singulos christianos quomodo debent Deo et spiritualibus suis patribus obedire, et nota quod iste papa piissimus qui est dignior quam omnes pape cesarii non mandat filios suos *sub pena excommunicacionis mandatis suis firmiter obedire,* sed rogat eos humiliter

1. Cod.: imponentes decimo. 20. Cod.: sintilla. 29. In marg.: Dominica secunda Quadragesime. 32. Cod.: Tesselonicos. 36, 37. Hac formula utitur curia Romana in bullis.

29. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 272—274.

et obsecrat, hoc est, cum adiuracione deprecatur, et ut ista forma servetur in prelatis sequentibus dicit pluraliter, non dominative ut nostri prelati, qui in hoc blasfeme super Dominum extolluntur, nec auctoritate sua hoc precipit sed in domino Jesu memorans illud .... *Omnia quecunque facitis in nomine Jesu facite.*

He gives them the old commandment, not a new invention;

Et moveret huius prelati filios tam timor quam amor verbis suis attendere: timor in Domino et amor in Jesu. Nam Malachie I°, 6 scribitur: *Si ego Dominus, ubi est timor meus*, et Abbacuc III°, 18: *Et exultabo in Deo, Jesu meo.* Et nota quod iste prelatus discretus rogat filios seniores et obsecrat iuniores, non ut dent sibi pecuniam sed ut timeant et ament Dominum etc. In hoc *non dat eis mandatum novum*, ut pape moderni, sed *mandatum vetus quod habuerunt ab inicio* (ut dicitur I. Joh. II°, 7). Et utinam subiecti pape cesario remitterent sibi responsum, quando apostoli non mandatum novum, sapiens cupiditatem, miserunt suis filiis sed amorem Dei et observanciam mandatorum. Et cum non plus tenentur spirituales filii suis patribus obedire, mandatum pape cum neutrum istorum sapuerit debent renuere.

and what he asks, is that they should walk in the way of virtue.

Formam autem obsecracionis explicat Apostolus, cum subiungit: *ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere Deo, sic et ambuletis ut habundetis magis.* Non rogat ut detur sibi de bonis fortune subsidium vel ut de beneficiis ecclesie que vendidit dentur sibi symoniace primi fructus, sed (ut sepe repeciit) quomodo oportet illos viantes per viam virtutum incedere et sic Deo per opera meritoria complacere. Et patet quomodo Apostolus necessitat sub auctoritate Dei et necessitate auditorii ut faciant; non enim potest viator aufugere quin ex Dei mandato oporteat ipsum taliter ambulare vel dampnacionem incurrere. Et patet quante subditus tenetur suis prepositis obedire, quia solum in istis que mandat Apostolus vel in hiis que media sunt ad ista. Non enim plus tenetur obedire domino Jesu Christo; non ergo plus debemus obedire Antichristo, licet extollitur super Christum.

He does not demand subsidies or first fruits.

Eciam propter hoc mandat Apostolus I. ad Cor. IV°, 16: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* De tanto enim

5. illud; sequitur lacuna. Adde: Col. III°, 17. 9. Cod.: Malachie II°.
16. Cod.: papa. 17. quando; rectius: quod. 28. Cod.: recipiit.
39. Cod.: Apostolus ad Corinth; sequitur lacuna.

6. Col. III, 17.

*Subjects are bound to obey prelates only so far as these obey Christ.*

et non ultra quam prepositi imitantur Christum, tenentur subditi eos in preceptis vel monitis imitari. Et utinam ecclesia istud perfecte cognosceret; tunc enim solum verba Christi loquentis in prelatis attenderet, quia si in domino Jesu Christo quicquam precipiunt, Christus in eis illud loquitur. Et sic intelligenda est lex beati Cypriani posita in decretis, distinccione VIIIª, *Si solus Christus audiendus est.* Et servata hac fide videtur multis quod provisio paparum cesaria qua dat inhabilibus vel sibi incognitis beneficia ecclesiastica de regnis exteris omnino cessaret, cum in hoc nec Christum nec apostolos imitatur, sed imprudenter necessitat eos ad medicum quem debet scire esse inhabilem vel tamquam expers huius noticie vel exempli nescit sive bonum eis faciat sive malum. Obligantur autem fideles singuli ut ambulent secundum formam quam Christus eis iniunxit et sui apostoli, que repugnat indubie huic forme. Sicut ergo acceperunt ab apostolis quomodo eos oporteat ambulare, sic contemptis novitatibus hoc observent; tunc eciam magis continue in caritate et bonis spiritualibus habundabunt, ubi iam servantes oppositum ex Antichristi monitis a bonis spiritualibus retrocedunt et in malicia profundantur. Et hec racio tocius perversitatis ecclesie.

*If this were acted on, it would put a stop to papal provisions.*

*We ought to abound in spiritual gifts.*

Nec dubium quin quilibet fidelis tenetur continue in bonis spiritus habundare, quia | ex quo datum est sibi tempus continue ad hunc finem frustrans illum incurrit Dei indignacionem et debitum. Debemus autem crescere continue ad minimum successive in virtutibus et earum operibus, et ita necesse est ut *videatis quomodo caute ambuletis* (ut precipitur ad Eph. V°, 15). Et hoc in via lata mandatorum et stricta semita consiliorum; *habundetis* (inquam) *fide,* sicut aer luce (ut precipitur IIª Cor. VIII°, 7), *spe,* sicut agricola certitudine fructuum per inspeccionem germinis et florum (ut precipitur ad Rom. XV°, 13), *caritate,* sicut fornax igne; nam vas nostrum quod Deus dedit nobis ut caritate finaliter repleatur et sic ad celum spiritu pleno hoc igne trans-

Fol. 255c

7. Cod.: decretis in. 17. Cod.: repungnat.

7, 8. Decr. prima pars, dist. VIII, cap. IX. Cf. Serm. I, 173; II, 15, 33. 33. Vulgate: *Sed sicut in omnibus abundatis fide et sermone.* 36. Rom. XV, 13: *ut abundetis in spe et virtute Spiritus Sancti.*

eatur, debet attendi continue caritate, quia ocium accensionis huius vasis indicat accidiam viatoris; et sic debemus ad firmitatem vel intencionem bonorum operum attendi continue caritate.

The faithful need to have the commandment often repeated.

Ista autem precepta vetera et novissima debent sepe fidelibus recitari, cum, sicut clavus in rota per inusitatam aure siccitatem perditur, sic noticia mandatorum. Ideo dicit Apostolus: *Scitis enim que precepta dederim vobis per dominum Jesum.* Precepta autem currunt in uno verbo dileccionis, ut scilicet debite diligantur Deus et proximus, et sicut variantur periodi individuorum, sic oportet hec precepta in recitacionibus variari. Oportet enim cuiuslibet predestinati furnum calefieri caritate in quo tres panes (de quibus Luce . . . .) inpistentur. Si ergo *refrigescet caritas multorum* ex sua desidia, cum subsit tanta indefectibilis materia, sunt culpandi. Dedit autem Apostolus fidelibus ista precepta non tamquam nuncius domini Jesu Christi; II. Cor. ultimo dicit: *An experimentum queritis eius qui loquitur in me dominus Jesus Christus;* operibus autem Preconis debetis credere et non nude membrane mortue. Nam Joh. X°, 37, 38 Christus dicit: *Si non facio opera patris mei, nolite michi credere. Si autem facio et non vultis mihi credere, operibus credite.* Nam viva opera caritate accensa sunt efficacissimum testimonium in prelatis; ideo non dubium refuga qui extollitur super Christum, vendicans membranam suam plumbo bullatam plus credi quam opera, cum Christus de se ipso hoc non potuit sed negavit, est tamquam meridianum demonium fugiendus.

The commandments are given for our good.

Nec sunt ista precepta ad Dei singularem proprietatem utilia, et non nobis, cum tota utilitas et honestas in subditos redundaret; ideo dicit Preco de voluntate Dei sui certificatus: *Hec est*, inquit, *voluntas Dei, ut vos sanctificemini*, hoc est, ut in stabilitate virtutum et sinceritate vite firmemini. Quamvis enim non omnia ista sequuntur in singulis, tamen voluntas Dei beneplaciti undique est impleta, cum vult ut sanctificemini, licet non velit quod sanctificamini; nam volucio qua Deus vult homines debere sanctificari ad eorum com-

7. Something missing after perditur. 14. Luce; sequitur lacuna. 15. refrigesset. 26. Refuga, cf. Trial. 359: „Sed iste refuga dicit." 29. Cod.: figiendus.

8. Thess. IV, 2. 14. Lucae XI, 5. 15. Matth. XXIV, 12. 18. II. Cor. XIII, 3. 33. Thess. IV, 3.

modum et illis parate tribuere (quantum in ipso est) graciam et adiutorium vocatur Dei volucio antecedens; et sic voluntas Dei est *ut* declinando a malo *abstineatis vos a fornicacione* tam corporali quam spirituali que amplectitur omnem culpam (ut precipitur Act. XV$^{o}$ et I$^{a}$ Cor. VI$^{o}$). *Sic unusquisque* vestrum *sciat possidere corpus suum* tamquam domitum anime et non dominans, cum sit vas in quo vitales spiritus operantur (ut patet II$^{a}$ Cor. IV$^{o}$); unde I$^{a}$ Cor. IX$^{o}$, 27 dicitur: *Castigo corpus meum et in servitutem redigo*, et hoc, *in sanctificacione et honore*, cum sit domus Dei quam decet sanctitudo et honor ultra iumenta quibus operatur peccator. Corpus enim hominis licet naturaliter distinguatur a spiritu, sunt tamen utrumque personaliter idem homo. Et sic corpus participacione anime meretur aut demeretur, sicut est eodem participio factus homo.

God's will is that we should abstain from fornication bodily and spiritual.

Quod autem quidam intelligunt per vas sexum femineum coniugatum, videtur michi minus probabile; corpus autem hominis *non* debet foveri *in passione desiderii* sic ut quicquid sensualiter appetit sibi detur sicut nec uxor; sed oportet utrobique quod animus superet racione; hoc enim proprium est gentibus que vivunt sensibiliter, ut erant geniti. Dedi eciam vobis preceptum, *ne quis supergrediatur* elacionis violancia *nec circumveniat* calliditatis fraudulencia *in negocio fratrem suum.* Et sic caveatis a maledicto ternario, scilicet luxurie in passione, superbie in supergressione et avaricie in circumvencione. Et hoc prohibetur II$^{a}$ Cor. VI$^{o}$. Causa autem quare debetis abstinere ab isto ternario est ista: *Quoniam vindex est Dominus de hiis omnibus*, eo quod excedunt limites caritatis.

The 'vessel' is our body; not as some suppose a wife.

We must beware of pride, lust and greed.

Quamvis autem dictus ternarius sit odibilis in quocunque statu | viancium, est tamen in clericis maxime detestandus. Cum enim illi debent fortitudinem suam ad Dei servicium custodire, quid horribilius quam carnem fornicariam infideliter in corpus suum peccare? Secundo cum clerici debent in humilitate maxime sequi Christum, quid detestabilius quam quod talis luciferine supergrediatur fratrem suum? Ipse enim vult zelare ad dignitates ecclesiasticas potissime propter caput et totum

Fol. 255$^{d}$

These three vices most hateful in the clergy.

12. Cod.: iumenta quilibet. 16. Cod.: factum homo. 20. Cod.: sensialiter. 38. Cod.: lucceferine.

6. I. Thess. IV, 4. 19. ib. 5. 24. ib. 6. 30. ib.

residuum status proximi opprimendum. Sed tercio detestanda est ydolorum servitus qua clerus symoniace negociatur pro beneficiis adquirendis; ubi non dubium quin circumvenit non solum digniores et habiliores privando ipsos illo officio, sed subiectos simplices quos intoxicat et celeriter arte dyabolica incantat pocius propter temporale lucrum quam salutem anime.

How false brethren (friars) overreach the faithful.

Et isto crimine ambulant falsi fratres; circumveniunt enim fideles simplices, ut caput racionis eorum substernant, suis fictis suffragiis, fraternitatibus et aliis viis antichristivis, et subtracto capite spoliant subditos multis modis negociantes de eorum possessionibus. Unde sequitur in textu: *Sicut prediximus vobis* Dei assercione *et testificati sumus* scripture confirmative; in puniente namque est potestas, quia *vindex est Dominus*, in punicione equitas, quia in omnibus hiis indifferenter, et in utroque veritas quam testificati sumus.

We must obey because the call is from the Great King, and is to a noble end.

Secunda racio quare debemus obedire generaliter predicto mandato est vocacio summi regis (ut dicitur ad Eph. IV°) et utilitas ac honestas termini ad quem *vocavit*, quia *non in inmundiciam sed in sanctificacionem;* unde Proverb. XXII°, 11: *Qui diligit cordis mundiciam habebit amicum regem.* Moveret eciam ad obediendum huic mandato fragilitas et indigencia vocatorum quos nedum oportet vocare in via sed trahere (ut dicitur Johannis VI°); nec iuvantur nec salvantur nisi qui vocacioni isti libenter obediunt.

If we disregard the warning we despise God.

Tercia racio ad obediendum est ista quod quicunque spernit hec monita salubria non solum hominem spernit sed Deum. Grave namque est hominem spernere (ut patet II Sermone XXXIV). Et patet de vindicta quam terrenus dominus capit spretus; gravius vero est spernere Dei vicarium (ut patet Luce X°) et gravissimum est spernere Deum (ut patet ad Hebreos XII°). Cum enim Deus dedit Spiritum Sanctum in ipsis apostolis ad hec mandata promulganda, patet ipsos spernere est spernere Deum et salutem propriam, cum Luce X°, 16 dicit Deus: *Qui vos spernit me spernit.* Spernere autem salutem propriam est contra legem nature que cuicunque creature indidit se appetere bene esse.

16. Cod.: qui in. 22. Cod.: Prov. XXIX°. 24, 25. Cod.: quos negandum. 31. Cod.: II. S. XXXIII°. Cf. Serm. Pars II, pag. 247.

13, 21. Thess. IV, 6, 7. 26. Joh. VI, 44.

To despise God's word is far worse than to despise a prelate's mandate.

Circa hanc epistolam notandum quod spernere evangelium sive epistolam est infinitum gravius quam spernere scripturam cuiuscunque prelati cesarii, quia infinitum maioris auctoritatis, utilitatis et subtilitatis, ymmo cum scriptura sacra sit posita in limitibus quos non licet accedere, patet quod acceptare unum oppositorum sit spernere reliquum, patet quod omnia talia prophana corditer sunt spernenda. Et hec racio quare detestor vitam et dicta de prelatis cesariis et privatis religiosis. Sicut enim illa duo genera maxime persequebantur Christum mortalem in vita et moribus, sic hec duo genera hodie maxime persequuntur veritatem sue religionis et per consequens Christum omnium dominum iam regnantem. Nam Joh. XI°, 47, 48 scribitur: *Collegerunt pontifices et pharisei consilium adversus Jesum et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum et venient Romani et tollent nostrum locum et gentem.* Et Johannis XII°, 19 dixerunt pharisei ad semet ipsos: *Videtis quia nichil proficimus? ecce totus mundus post eum abiit.* Nec dubium quin gravius sit hodie tam spissim repugnare veritati religionis domini iam regnantis, ideo totus mundus intenderet legem Christi in suis limitibus observare, et clerus fidelis specialiter racione et scriptura adversarios impugnaret. Et hec racio quare quidam seculares tamquam alter Nichodemus sed nimis remisse et tacite impugnant hec duo genera et primos per excommunicacionis sue detestacionem, secundos autem per appropriacionis sue temporalium destruccionem et mendicacionis blaspheme declaracionem. Nec dubium quin, sicut pontifices tam acute persecuti sunt Christum et eius sentenciam, quia contradixit eorum avaricie atque superbie, sic pontifices et prelati moderni persequentes paucos pauperes conformem evangelicam sentenciam publicantes, timentes sibi maxime ne forte veniant Romani milites et seculares domini et tollant possessionem eorum atque dominium et consequenter gentem tam de suis partibus quam servitoribus eis subiectam. Nec potest sine grandi | miraculo tam inveterata infirmitas aboleri. Licet autem secundum primum genus parcium Antichristi foret medicina theorica auferre

Such mandates are often opposed to the Gospel.

How the laity should fight against bad prelates: 1. by disregarding their excommunications, 2. by withdrawing their endowments.

Fol. 216v

3. Cod.: qui infinitum. 7. Cod.: relicum. 14, 15. Cod.: colligerunt. 17. Cod.: credunt. 23, 24. Cod.: observare twice.

sua temporalia, discredere sue ficte absolucioni et infundabili potestati, hic tamen breviter invehendum est contra suam excommunicacionem, ne populus simplex, *timendo ubi non erat timor*, a lege Domini terreatur.

Sunt autem mille testimonia sanctorum quod non est excommunicacio timenda de eis nisi de quanto ipsos inficit et priori excommunicacioni Domini est conformis. Primo ergo invehitur contra istam excommunicacionem per hoc quod nec in scriptura sacra nec in vita Christi aut apostolica est fundata, sed omnia que prelati debent facere sufficienter fundatur in illis; ergo non debent taliter excommunicare. Christus enim talem prohibuit (ut patet Luce IX°) et a tali abstinuit (ut patet de Scarioth), cum tamen utrobique fuit infinitum maior causa excommunicacionis quam sunt hodie ventilate. Nec valet dicere quod Petrus excommunicavit Ananiam et Saphiram (Act. V°) nec quod Apostolus excommunicavit Corinthios (I° Cor. V°), quia illos excommunicarunt excommunicacione qua prelati nostri excommunicare nesciunt nec habent a Domino potestatem; primos enim tradidit Petrus morte intercedente perpetuo a diabolo flagellandos et secundum tradidit Paulus satane cruciandum ad tempus ut spiritus salvus fiat. Sed istius maneriei excommunicacionis omnes prelati cesarii sunt expertes.

The Saints bear witness that excommunication is to be feared only when issued first by God.

Christ did not excommunicate Iscariot.

Item, iuxta fidem evangelii nemo debet excommunicare alium nisi propter caritatem quam habet ad eum, tum quia ex fide debemus inimicos nostros diligere, tum eciam quia debemus omnia opera nostra in caritate facere. Sed prelati nostri cesarii non excommunicant subditos ex caritate, ergo non catholice. Minor probatur a signo eo quod illos qui magis obediunt, cicius et honorabilius excommunicant, ut patet de excommunicatis subiectis qui nolunt pecuniam vel prelaciam ad votum prelatis tribuere. Ideo multis videtur quod prelati nostri excommunicant similitudine et auctoritate pontificum Judeorum qui excommunicarunt (ut videtur sanctis) Christum et eius apostolos ac omnes alios eis fideliter adherentes. Sic enim conspiraverant dicti pontifices patres generacionis huius adultere quod, si quis confiteretur Jesum nostrum esse Christum promissum in lege,

The only motive for excommunication should be love.

With our prelates it is money.

8. In marg.: Prima racio. 17. Cod.: V° deest; Act. sequitur lac.
26. In marg.: Secunda racio. 39. Cod.: aderentes.

extra synagogam fieret; nec video ex qua alia radice ista excommunicacio sit fundanda.

Since charity begins at home, the prelates should excommunicate themselves first.

Item, cum non debent excommunicare nisi ex caritate (ut ex fide hic capitur) et oportet quod sit caritas ordinata procedens a caritativo et suis domesticis ad alienos extrinsecos, videtur quod prelati et sui ministri rei debent primo excommunicare se ipsos et consequenter alios quibus minus ex caritate debita obligantur. Sic enim impetrantes defamaciones excommunicant primo se ipsos si sint rei criminis de quo appetunt se purgari. Quare ergo non increpant episcopi istum modum in laicis vel observant ipsum in se ipsis, si fuerit per se iustus? Et confirmacio magna est quod Christus non posset excommunicare alios quin supposito suo reatu ex invincibili iusticia excommunicacionem prius inferat in se ipsum. Si ergo omnes christiani debent sequi Christum quantum sufficiunt, quare prelati nostri non observant hoc, cum communiter sint tam rei? vel supposita sua innocencia non dubium quin Deus condicionis huiusmodi recordatur, sic videlicet quod iniuste excommunicans excommunicetur a Deo primo et principaliter et postmodum a se ipso.

Prelates cannot tell whether their excommunications accord with God's will.

Item, nemo debet difformare voluntatem suam voluntati divine sed presumens hoc in sibi ambiguis temptat Deum. Sed quilibet prelatus cesarius est ambiguus si Deus excommunicatum suum excommunicet, ergo cum ista ignorancia hoc diffiniendo temptat Deum tamquam hereticus et blasphemus. Sic enim Petrus quia noluit Christum precedere, sicut non curant excommunicatores isti, vocatus est ab ipso sathanas (ut patet Matthei XVI°, 23): *Vade*, inquit, *post me satana, quia non sapis que Dei sunt.* Et hinc dicit beatus Judas: *Michael non audebat iudicium blasphemie inferre diabolo.* Quanta ergo presumpcio in prelatis cesariis inferre excommunicacionem in predestinato Domini et electo. Non dubium quin sunt medici Antichristi, cum non tantum curant de anima quantum medicus corporalis curat de corpore pacientis.

Ex istis eliciunt quidam catholici quod christianus non debet ad excommunicacionem talem attendere nisi

3. In marg.: Tercia racio. 23. In marg.: Quarta racio.

32. Judae 9.

forsitan destruendo, sed ex omnibus viribus suis continue perficiendo fidele Dei ministerium ipsum diligere et excommunicaciones frivolas non timere. Sic enim fecit | Fol. 256b Christus, *qui* iuxta beatum Petrum *cum malediceretur non maledicebat sed honorificavit patrem* suum continue inturbate (ut patet Johannis VIII°, 49). Et istam doctrinam est hodie eo necessarius fideles spargere quo a tempore Christi et pontificum legis veteris non fuit hec excommunicacio Antichristi frivola crebrius fulminata. Sic enim dicitur Urbanum nostrum cum suis cardinalibus excommunicare Gybbonensem cum cunctis suis fautoribus sollempniter et econtra. Nec sciunt prelati discernere si excommunicacio Gybbonensis non sit tam valida sicut sua. Habet enim Gybbonensis pro se verba legis papalis patencius quam noster Urbanus et plures fratres ac regiones sibi subiectas. Ideo benedicta sit Trinitas que ordinaverat istum casum, ut fideles Christi cognoscant servando se ab iniquitate non timere ex lege prestancioris domini hunc vel illum. Quid ergo nobis, si Gybbonensis excommunicat prelatos nostros et cunctos eis subiectos, cum ex fide debemus credere quod

This may be said of the rival popes with their mutual excommunications,

which may be safely disregarded.

*Nulla nobis nocebit adversitas*
*Si nulla dominetur iniquitas.*

Et tanta indubitanter est parvipensio Robertinorum excommunicacionis Urbani nostri, quia scitur quod non fulminatur altrinsecus caritate; et iste casus sedaret altrinsecus prelatos cesarios, ne sic excommunicent, quia nesciunt si sint de Christi ecclesia, et secundum leges eorum prelatus qui est extra ecclesiam non extrahit vel excommunicat subiectum a Christi ecclesia sed includit per accidens humiliter pacientem. Sic enim docent leges papales quod excommunicatus debet medicinam illam pati humiliter pro suo perpetuo, quousque secundum leges superioris pape medici finaliter sit sanatus.

7. Cod.: spergere. 27, 28. Cod.: altrincicus.

4. I. Petri II, 23. 10. Cf. Introd. in primam partem, pag. XXXI. Cf. Walsingham, Hist. Anglic. II, pag. 71—76. 22. Cf. supra pag. 3. 32. Cf. Sexti Decret. lib. V, tit. XI, De Sententia Excommunicationis cap. 1: *Quum medicinalis sit excommunicacio, non mortalis, .... dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat ....*

## SERMO XXI.

*Estote imitatores Dei sicut filii carissimi.* Ad Ephesos V°, 1.

St. Paul teaches us to imitate Christ.

In hac epistola Apostolus docet Ephesios et in eis singulos christianos quomodo debent imitari Christum, servando utramque partem iusticie, quia aliter in moribus tam degeneres non sunt filii Christi sed Antichristi, ymmo necessario servi Dei, cum nemo potest evadere quin serviat Deo, vel faciendo quod debet vel paciendo quod debet, ideo omnes filii diaboli sunt, sicut ipse diabolus, servi Dei. In hoc ergo quod homines non imitantur Christum et per consequens Deum in moribus, consistit tota transgressio mandatorum dicente Augustino in De Vera Religione XXIX° quod *nullum peccatum potest committi nisi dum appetuntur ea que Christus contempsit vel fugiuntur que Christus sustinuit;* et declarat pulcre membra istius conclusionis. Ex qua sequitur quod omnes homines post Christum debent sub pena dampnacionis perpetue sequi ipsum.

Even if we be wicked, we cannot escape from serving Christ.

Three degrees of sonship;

1. dear, who obey their superiors;

2. dearer, who obey superiors and equals;

3. dearest, who also obey inferiors.

Sed quia nobilitas animi virtuosi consistit circa difficile, ideo monet Apostolus suos tamquam *filios carissimos* sequi Christum. Sunt autem tres gradus filiorum Dei, scilicet cari, cariores atque carissimi; cari sunt qui observantes Christi precepta obediunt suis superioribus sicut debent; cariores sunt qui observantes Christi precepta et quedam consilia obediunt tam suis superioribus quam equalibus sicut debent; sed filii Dei carissimi sunt qui observantes Christi precepta et omnia eius consilia quoad genus obediunt superioribus equalibus et subditis sicut debent. Et sic Christus, Baptista et principales apostoli fuerunt filii Dei carissimi, *implentes omnem iusticiam* (sicut dicitur Matthei III°, 15); et isto modo dicitur Fratres et Minores specialiter esse filios Dei carissimos, quod si nomen fratris extenditur, vocando quoscunque fratres in Domino et sic fratres, et vocando Minores eos qui in maiori humilitate quoad reputacio-

9. In marg.: Nota conclusionem. 14. In marg.: Nota Augustinum; ib. Cod.: XXIX°. Recte XVI° vid. inf. 22. In marg.: Nota tres gradus filiorum Dei. 1, 2, 3. 35. In marg.: Nota ad quem sensum fratres Minores possunt dici filii Dei karissimi.

1. Dominica tertia Quadragesimae. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 274—277. 14. S. Aug. Opp. tom. I, 758.

nem suam sunt ministrativius fratres in domino, concedi potest quod fratres Minores sunt filii Dei carissimi, eciam iste secte novelle, supposito quod istam condicionem in vita et opere recompensant. Et sic intelligi potest racionabilitas huius legis quod oportet papam esse fratrem Minorem. Sed quid hoc ad corporalem habitum vel observancias novellas ad institucionem secte huiusmodi adinventas? Revera nichil, nisi forte loquendo secundum logicos omne repugnans vocetur pertinens, et quedam res per antifrasim sorciuntur sua nomina, cum iste novitates retardantes vel repugnantes Christi consiliis faciunt sectas huiusmodi a regula caritatis digredi et de sua excellencia pharisaica superbire. Et in degeneracione huius imitacionis stant prelati, cum plus appreciantur temporales dominos dotantes et eorum leges ac monita quam Jesum nostrum caput ecclesie, ita quod ad eos applicari possent pertinenter verba evangelii Joh. IX°, 28 | Fol. 256c dicta ceco a phariseis dum sibi maledixerint: *Tu discipulus eius sis, nos discipuli Moysi sumus.* Ipsi enim qui sunt clerici et prelati cesarii nedum abiciunt legem Christi cum sua pauperie, sed eciam tradiciones Mosaycas et tamquam vypera progredientes extinguentes seculare dominium proditorie destruunt matrem suam. Exhinc enim Baptista Matthei III°, 7 vocavit phariseos *progenies viperarum* eo quod in suo exitu ad suam maliciam destruxerant synagogam. Et iudicet (rogo) ecclesia si isti prelati et sui complices sint filii imitatorii Christi carissimi, cum ipse tantum amavit statum innocencie et brachium seculare, quod servando illis ex integro seculare dominium *non habuit* de illo *ubi caput* proprium *reclinaret* (ut dicit Matthei VIII°, 20). Sed fratres sophistice ac ypocritice discipuli Antichristi potant hos dominos sine cipho, non solum in spoliacione suorum tenencium sed de thesauro regnorum edificant sibi habitacula supra reges et dominium in Antichristum transferunt qui non foret capax huius dominii, sed supposita eius usurpacione plus quam dyabolus (Matthei IV°) destrueret omnia regna mundi; diabolus enim si fideliter dedisset Christo omnia ista regna, cum Christus non potuit fuisse secularis dominus, racio civilis dominii fuisset omnino destructa. Sed cum

What Friars Minor should be;

which has little relation to what they are.

Prelates care more for rich lords than for Christ.

They spring from secular dominion and like vipers destroy their mother.

Friars build great houses and make over the ownership to the Pope; whose usurpation would destroy all kingship.

1. ministrativius; Cod.: ministranu' (ministrantibus?). 4. In marg.: Nota. 32. Cod.: Matthei IX°. 33. Cod.: tipho. 35. Cod.: edificavit.

Let friars shew by what title they possess these goods,

Christus tantum amavit seculares dominos, longe peius destruerentur per tale dominium Antichristi. Sed (rogo) iudicet de ypocritarum simulacionibus ex proiecta ecclesia oculis conniventibus suscitans intellectum quo titulo sive dominio fratres possident ista bona; non titulo civilis dominii (ut fatentur) nec titulo iusticie, cum a Christo qui est prima iusticia tantum degenerant. Nec dubium quin non sit alius titulus preter illos.

or in what this use (or abuse) differs from civil possession.

Sed quomodocunque dixerunt papam esse suorum bonorum dominum, reservantes sibi usum eorum vel verius abusum, videamus quomodo abusus talis differt a civili dominio. Sunt enim plus proprietarii in suis locis aut domibus quam aliqui domini seculares, quia contingit illos foris facere et hereditatem devolvi ad genus aliud, sed non tam faciliter contingit de possessionibus persone huiusmodi monstruose; ipsi enim ultra periodum generacionis secularium occupant ista bona.

Their life is active (i. e. not contemplative) and they go about seizing all they can.

They attend to law only to escape its obligations, and possess monks absolutely than secular lords.

Vivunt secundo vitam activam maxime cum circueunt contrattas rapientes sine labore bona reipublice et ipsis molestatis de fictis elemosinis seductorum nullis attencius innituntur cautelis vel suffragiis legum civilium preter hoc quod ipsi sine expensis vel subieccione illis legibus habent irregulariter fructum harum. Judicet (rogo) ecclesia si possessio secularis domini ut fructus et domus plus appropriatur sibi et sue familie sine particione gentis extranee quam fratrum possessio suo generi est servata. Non dubium, cum non possident illa sic titulo iusticie, sicut Christus non potuit, iniustissime occupant aliena. Sed quomodo forent tales *imitatores Dei sicut filii carissimi?* Revera non illi sed alii tales sunt in tempore suo qui ab eis in vita et moribus sunt discordes; nec contentantur in ista

Even more than the monks they pretend to have nothing of their own.

blasphemia, sed sunt manifesti sophiste diaboli simplices idiotas in simias transformantes. Vident enim quod soror sua senior illusit multo populo per hoc quod dicunt se nichil habere in proprio sed communi; ista secta super sororem suam mendaciter exaltata fingit quod nichil habet in proprio nec communi. Sed non dubium quin sicut sorori priori appropriantur omnibus et sin-

2. Cod.: pro tale; ib. in marg.: a. 3. Cod.: simulacionem simulacionibus. 9. In marg.: 1. 15, 16. Cod.: deponibus. 18. In marg.: 2; ib. Cod.: circuiunt. 20. Cod.: molestiatis; ib. nullis; Cod.: ulli. 23. Irregulariter in marg. In cod.: irrariter. 26, 27. Cod.: sui generi. 32. Cod.: contemptantur. 37. Cod.: sorore.

gulis bona naturalia sic et sibi appropriantur bona fortuita, quia aliter forent omnes et singuli salvati eadem beatitudine in numero (quod non credo) vel dampnati eadem dampnacione in numero, quod est propinquius veritati.

Yet some things must be personal or they would all share the same salvation or damnation.

Et contra mendacium secunde sororis instatur similiter: Si enim secta illa est, tunc est capitata, lineata et figurata, ut communitates alie, quia aliter foret monstruosissimum in natura. Nec dubium quin illa persona aggregata habet possessiones et usus temporalium et per consequens habet aliquid in proprio vel communi. Non enim conincidit cum blasphemia legistarum quod communitas excommunicari non poterit, eo quod non habet animam. Nam ex veritate fidei scripture patet quod illa communitas est una persona, sicut ecclesia cuius caput est Christus, cum Act. IV°, 32 dicitur: *Multitudinis credencium erat cor unum et anima una.* Nec infidelissimi pharisei errarunt in ista logica: *Quousque*, inquiunt, *animam nostram tollis? si tu est Christus, dic nobis palam.* Non enim magnificarunt suam logicam et dampnarunt scripturam tamquam | hereticam.

The corporation is a person and holds possessions.

Fol. 256d

Quibus suppositis istis religionibus privatis audenter assero quod vel nichil prosunt ecclesie sed ei spuria vitulamina monstruosa vel habent multa tam in proprio quam in communi. Aliter enim vere dicerent quod viventes de pura gracia neque comedunt neque bibunt; sed deliramenta sunt hec frivola et inmanifesta ac incerta mendacia ut religionem quamcunque stabiliant; et sub eodem involucro concurrunt mille meandri sophistici, ut fingunt: Quicquid laudabile aliqua persona vel pars de communitate sua fecerit cederet illi communitati ad commodum et honorem, sed quicquid culpabile aliqua pars sue communitatis fecerit, iusti de sua communitate residui non sunt propterea increpandi. Et sic extolluntur secte iste super Christum, cum in bonis vel eis placentibus sed non in malis vel displicentibus volunt esse participes. Christus enim dira passus est propter maliciam Scariothis. Quare ergo iste secte non sic paterentur in fideles et infidelissimos bipartiti? Totam autem logicam scripture nituntur evertere; tamen

In fact the friars possess both, in common and individually.

They pretend that the community is the better for the merits of its members, yet none the worse for their demerits.

16. Cod.: Act. sequitur lacuna; IV° deest. 22. In marg.: Conclusio.

18. Joh. X, 24.

Apostolus dicit quod viri evangelici sint *quasi nichil habentes et omnia possidentes.*

St. Paul teaches us to *walk* in love, not idling or resting,

Sed redeundo ad textum monet Apostolus *ambulare in dileccione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit se ipsum pro nobis oblacionem et hostiam Deo in odorem suavitatis.* Cum enim Christus tam gratis tractavit nos prius apostatas, lex nature monet quod sequamur tam pie patris vestigia ipsum effectualiter diligendo. Et signanter dicit nos debere *ambulare in dileccione*, non ociari ut segnes nec adhuc quiescere benefice in termino bravii ut beati, sed ambulare continue merendo ecclesie ut viantes. Exemplar autem huius ambulatorie dileccionis est *Christus qui* effectualiter *nos dilexit et tradidit semet ipsum* primo flagellandum tamquam *oblacionem* et post occidendum tamquam hostiam in *odorem suavitatis accepte Deo,* quia in fervorem caritatis intensissime, sicut figuraliter dicitur Levitici I° et III° de hostia consecranda. Licet autem attingere ad istum gradum non sufficimus, procedamus tamen continue versus hunc terminum, ita

that we may be a sweet savour of Christ unto God.

quod in nobis non sit defectus, quominus suaviter pro ecclesia moriamur; sic enim *Christi bonus odor sumus Deo,* cum tamquam flores redolentes ecclesie taliter

For this foul sin must be destroyed; first of all fornication,

ambulamus. Ex quibus infertur quod oportet peccatum fetens deleri et primo *fornicacionem* quam patencius horrent sancti atque ecclesia, ymmo pagani et singuli militantes naturaliter infugiunt homines huius peccati patenciam, quod si fornicacio que est simplex luxuria inter solutum et solutam sit peccatum mortale (ut patet ad Galat. V°), multo magis *omnis* luxurie maior *inmundicia,* ut adulterium quod est dum altera pars vel utraque coniungatur, incestus ubi est utraque pars vel

and then avarice.

altera spiritualis et alie species luxurie contra naturam; et idem iudicium de avaricia que est inordinata cupiditas temporalium plus elongatorum ab homine, et dicit plus detestandam spiritualem luxuriam; et debent fideles sed clerici specialiter tantum fugere istas culpas quod non dent occasionem ut ista peccata vel nominentur in eis.

30. Cod.: adulterum. 32. Cod.: spiritalis.

1. II. Cor. VI, 10. 3—5. Eph. V, 2. 17. Levitici I, 9, 13: III, 3, 5. 21. II. Cor. II, 15.

Endowment as much a cause for suspicion as a concubine.

Ex quibus videtur multis quod plus suspectum est clericos dotari temporalibus quam cohabitare cum fornicariis; sed istud peccatum est tam patule defensatum quod nedum non erubescitur sed quod est honorificum ac meritorium clerico reputatum. Ista autem delecio occasionis multipliciter *decet sanctos*, cum mundi preservant se a volutabro peccatorum nec incedunt prope Caribdim, temptando Deum, sed preservant se a fedante pulvere ut speculum mundum, ut copiosius lumen recipiant a sole iusticie.

Other sins should not be talked of, as the thought of them inclines to evil.

Et ex istis infertur quod peccata minora non sunt fidelibus nominanda, ut *turpitudo* que est in osculis et amplexibus mulierum, *stultiloquia* in verbis blandis et incitativis ad luxuriam et vindictam, et tercio *scurrilitas* que stat in verbis superfluis et inhonestis; *que non pertinent ad salutem*, sed pocius distrahunt et inclinant ad turpia. *Sed magis graciarum accio* nominetur in vobis, ne sitis in istis sex deviis oberrantes nec ex taciturnitate dampnabili mutescentes. Nam semper debet animus circa spiritualia occupari, et si quis loquitur, redoleat in ipso ministerium Salvatoris.

Sins lead to death and loss of our heavenly heritage.

Racio autem fuge huius peccati triplicis capitalis est eorum mortalitas, cum in mortem istam inducunt et a beatitudine exheredant; ideo dicit Apostolus quod *omnis fornicator aut immundus aut avarus quod est ydolorum servitus non habet hereditatem in regno Christi et Dei.* Ista enim peccata licet sint corporalia, originantur tamen a peccatis spiritualibus; nec excusantur ex hoc quod sunt communia et a populo parvipensa. Dicta autem Fol. 257a hereditas | est infinitum carior quam hereditas temporalis, cum quietat beatitudine perpetua tam sensus hominis quam eciam intellectum; sensus secundum humanitatem Christi et intellectum secundum eius divinitatem. Ideo dicit Apostolus quod nullus talis usque ad mortem habet hereditatem patris nostri spiritualis Christi et Dei, et cum non potest nisi titulo adopcionis spiritualis filii ad hereditatem istam attingere, patet quod sit expers huius hereditatis vel regni.

The sinner is an idolater,

Et inculcat Apostolus quod avarus et quomodocunque peccans mortaliter sit ydolatra, cum sibi instituat falsum

1. In marg.: Conclusio. 5. Cod.: Ita autem. 11. In marg.: Conclusio. 19. Cod.: innitescencia. 27. Cod.: eciam enim. 39. In marg.: Conclusio.

6. Eph. V, 3. 13—17. ib. 4. 24. ib. 5.

since he loves something more than God.

Deum. Ideo dicit quod esse avarum est servituti subici idolorum; cuius racio sepe tacta est quod quicunque peccat mortaliter plus amat finem illum gracia cuius sic peccat quam amat tunc Deum gracia cuius peccatum huiusmodi devitaret, eo quod finibus oppositis inclinantibus voluntatem ad vias contrarias quicunque forcius inclinat ipsam ut huiusmodi plus amatur. Cum ergo temporale mortale peccatum suadens inclinat contrarie Deo ad medium ad quod ipse multipliciter dissuadet, patet quod voluntate libere eligente finem talem illicitum et relinquente finem ad quem Deus inclinat ut sic preeligit temporale huiusmodi et Deum de facto postponit. Cum ergo quicquid homo plus amaverit constituit Deum suum, patet quod omnis criminosus sit ydolatra et econtra. Apostolus tamen exemplificat expressius de avaricia atque gula, subintelligendo per locum a maiori vel simili de criminibus aliis quibuscunque.

Vain words of those who say:

*Nemo*, inquit, *vos seducat inanibus verbis* vel disputando vel suadendo oppositum, ut faciunt philosophi, suadentes naturalitate luxurie,

1. Lust is natural,

mundani suadentes quod propter hominem ut mundo dominetur et suis partibus Deus ordinat istum mundum,

2. the world is made for men to possess,

et generaliter suadentes cum Origene quod Deus neminem vult dampnari, capiunt quod homo necessitabitur, licet in voluptuosis delectetur ad tempus, ipsa autem relinquere;

3. God will turn all men at last from sin.

et omniquaque est turpis seduccio in deformi argucia peccante in forma, in materia vel utrimque.

Et tamen propter hec sophismata venit ira Dei in filios diaboli qui in verbis legis Dei erronee diffidebant. Nemo enim dampnatur nisi propter defectum fidei in parte aliqua legis Dei.

Avoid all such devilish sophists.

Durum ergo est homines fieri *illorum filiorum participes*, nam *qui vel faciunt vel consenciunt* istis finaliter *digni sunt morte* eterna (ut dicitur Rom. I°); ideo cum omnes isti sunt indubie stulti sophiste diaboli, considerate quod contagionem sumpsistis,

Consider how you were infected by sin.

*quando fuistis tenebre*, id est, peccata in predicacione secundum essenciam vel subiectum, sine luce fidei in intellectu, sine fervore caritatis in affectu et sine splendore boni operis in exemplo. *Nunc autem estis* mundi tamquam *lux in Domino* qui est prima lux, ideo corporaliter

4, 5. Cod.: huius. 34. Cod.: Ideo omnes.

17. Eph. V, 6. 32. ib. 7. 35, 39. ib. 8.

*ambulate ut filii* huius *lucis*, cavendo offendicula vie turpis.

and the glorious fruits of light.

Fructus enim talis lucis est quadruplex, primus est esse pure bonum quod erit in patria evacuatis rugis; quod non competit ecclesie hic vianti caritative communicando, ut lex indifferenter diffunditur. Secundus est in iusticia recte respiciendo Deum et creaturas sicut lux recte multiplicatur. Tercius est in sanctitate sine contaminacione, sicut lux non maculatur ex coexistencia cum corporibus maculosis. Sed quartus est in veritate respiciendo, res ut pulcre sunt in naturis propriis diligendo. Lux enim ubique agit adequate secundum capacitatem materie ostendens pulcritudinem diligibilem omnium in que lucet.

## SERMO XXII.

*Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit.* Ad Gal. IV°, 22.

St. Paul teaches how the gospel opens a simpler and easier way to bliss than the old law.

Constat ex serie huius epistole quomodo Apostolus intendit quod legalia legis veteris cessare debuerant et libera, facilia atque pauca evangelica tempore legis gracie debent currere ad beatitudinem facilius adquirendam; et notant doctores quomodo in ista epistola tangitur tercia racio pro ista sentencia declaranda. Nam scriptum est (Gen. XVI°, 15), si legistis, quoniam Abraham habuit Ismael de Agar ancilla et Ysaac de Sara uxore libera. Primus autem natus est sine miraculo, dum Abraham fuit potens ad procreandum et Agar naturaliter sufficiens ad gignendum. Ysaac autem procreatus fuit miraculose de Sara vetula, sicut Deus promisit sibi per angelum; et patet particularius in ystoria Gen., ubi supra. Isti autem filii erant condicionis contrarie, sicut modi quibus sunt geniti erant dispares; *prior* autem filius *de ancilla secundum carnem natus, sed* secundus *natus de libera per* graciosam et miraculosam *repromissionem.* Et hec gesta signant allegorice duo testamenta, scilicet vetus et novum, tamquam servile et liberum, et duo filii signant duos populos ex istis legibus procreatos. Ideo dicit Apostolus quod *per allegoriam* | Fol. 257b

Ishmael and Isaac types of the two testaments.

6. In marg.: 2. 8. In marg.: 3. 10. In marg.: 4. 23. tercia; in cod.: III^a.

15. Dominica Media Quadragesimae. 30. Genesis XVI, 15 to 16. 32. Gal. IV, 23. 38. ib. 24.

The four senses of scripture: 1. Historical, 2. Allegorical, 3. Tropological, 4. Anagogical.

*ista dicuntur.* Est enim quadruplex sensus scripture, scilicet ystoricus, allegoricus, moralis vel tropologicus, et anagogicus. Historicus est sensus, primo indicans ystoriam rei geste; triplex autem sensus misticus primo indicans quid sit credendum de ecclesia hic pro via; sensus tropologicus sive moralis est sensus indicans qualiter moraliter sit agendum. Sed sensus anagogicus est sensus misticus indicans quid de triumphante ecclesia sit sperandum, ut ystorice Jerusalem signat civitatem metropolim Judee, allegorice ecclesiam militantem, tropologice animam fidelem et anagogice ecclesiam triumphantem; unde metricus:

*Litera gesta docet, quid credas allegoria,*
*Moralis quid agas, quo tendas anagogia;*

1. The literal sense may be historical or mystical.

et concordant interpretaciones nominum. Et nota quod sensus literalis scripture est sensus quem litera primo debet gignere, et est quandoque ystoricus et quandoque misticus; et sic est communior quam sensus historicus; multa enim sunt divina scripture de quibus non oportet sensum ystoricum expectare, sed statim sensum misticum unum vel alium transmeare. Et sic quandoque scriptura facit hunc sensum literalem multiplicem, ut illud II. Reg. VII°, 14 et I. Paral. XXII°, 10: *Ego ero illi in patrem* etc. fuit dictum ad literam de Christo et Salomone ut ipsum figurante, de Christo vero quia aliter Apostolus ad Hebreos I° deficeret in loco ab auctoritate ad probandum Christum excellere angelos per hoc dictum. Et quod intelligitur de Salomone patet III. Reg. V°, 5, ubi Salomon exponit hoc de se ipso. Iste tamen sensus est ystoricus et secundus misticus quoad firmitatem et sic diversis auctoribus scripture eandem eius literam exponentibus ad sensus dispares quilibet eorum est eque autenticus.

Sometimes there is more than one literal sense.

If there is a clear literal sense

Si autem scriptura sacra habet sensum historicum vel literalem summe autenticum atque planum et

1. Cod.: quadriplex. In marg.: Quadruplex sensus scripture. 1—4. 2. Cod.: tropolicus. 4. Hic locus corruptus esse videtur, quia exposicio sensus allegorici omittitur; cf. S.E.W. I, 30, ubi rectius: It is seid comonnly that holy writt hath foure undirstondingis. The first undirstondinge is pleyne, bi letter of the storye. The secounde undirstondinge is clepid witt allegoric, whan men undirstonden bi witt of the letter, what thing shal falle her bifore the day of dome. The thridde undirstondinge is clepid tropologik and it techith how men shulden lyve here in vertues. The fourthe undirstondinge is clepid anagogic and it tellith how it shall be with men that ben in hevene. 13. In marg.: Versus. 18. In marg.: Quid est sensus literalis. 25. Cod.: Salamone.

3. Cf. Introd. in prim. partem Sermonum, pag. XIII. 26. Heb. I, 5.

preter hoc sensum misticum non per auctorem scripture sed per doctorem alium quantumcunque sanctum elicitum, ille sensus non est eque autenticus ut scriptura sed paris evidencie cum doctoris postillantis sentencia. Et istam sentenciam dicit Augustinus in epistola ad Vincencium Rogatistam: in omnibus istis servandum est ut fides quod scriptura sit verissima secundum quamlibet eius partem; unde nunquam audivi magis nephandam heresim publicatam quam quod scriptura sacra sit falsissima secundum plurimam sui partem; hoc enim esset falsificare Deum et omnino auctoritatem tollere a scriptura (ut patet ex dictis alibi).

it is of more weight than any gloss of doctors.

Sensus autem allegoricus quem declarat Apostolus est eque autenticus, sicut sensus aliquis literalis; qui sensus ad istud redit quod filie libere tempore legis gracie debent a servitute Agar per libertatem uxoris libere ab observanciis vel ceremoniis veteribus liberari; et hoc plane confirmat conclusionem Apostoli.

2. The allegorical sense is here declared by the apostle.

Sed preter hunc sensum allegoricum potest sensus moralis vel tropologicus assignari, ita quod Abraham qui interpretatur pater multarum gencium significet Deum patrem, cum dicitur ab *Abba* quod est pater et *Ham* quod est multarum (subaudi gencium). Ysaac autem qui interpretatur risus vel gaudium signat Christum nobis ex promissione datum, eciam summe miraculose genitum ex ecclesia, senescente Sara libera, ut allegorice signat novum testamentum, cum interpretatur princeps, sic tropologice signat predestinatos qui sunt liberi ad merendum in comparacione ad Ismaelitas, qui interpretantur assumentes audicionem Dei, licet sunt a medulla sentencie alieni. Presciti quidem ex peccato et servitute innata sunt servi et improprie sed predestinati tamquam filii adoptivi Dei liberi sunt in gracia predestinacionis inseparabiliter, licet secundum presentem iniusticiam sint filialiter castigandi. Et sic totus mundus dividitur in Sarasenos et Agarenos, hoc est, predestinatos et prescitos, de quorum confusa distinccione atque noticia dictum est superius Sermone . . . . Nec obest quod Deus pater habet hos ambos filios, cum presciti

3. The tropological or moral sense.

Isaac signifies the predestinate,

Ishmael the foreknown.

Sarasenes and Agarenes.

5. Cod.: Donatistam; ib. in marg.: Augustinus. 13. In marg.: Allegoricus. 19. In marg.: Sensus moralis. 35. sint. Cod.: sicut (?). 38. Sermone; sequitur lacuna.

5. Aug. Opp. tom. II, 245. Cf. Trialogum, pag. 239.

Both are sons of God, as may be said indeed of the devil.

secundum naturam sunt filii Dei, licet secundum deformitatem culpe sunt filii diaboli; sic enim ipse diabolus potest dici filius Dei, cum sit servus eius ad Dei similitudinem procreatus. Nam filius ex hoc quod fit servus perpetuus patris sui non desinit esse filius in natura; et correspondenter potest moralizari totum illud quod dicit Apostolus allegorice consequenter. Sicut enim lex vetus similatur materie et lex nova forme vel perfeccioni ultime, sic lex peccati est deformis, prope nichil, medium inter ens et quedam *fraus ficta crassis tenebris involuta*, ut loquuntur Augustinus, Urso, Plato et ceteri. Et patet quod, sicut hii blasphemant in Deum qui nituntur falsificare legem novam vel veterem, ac si vellent destruere fundamentum nature, scilicet materiam primam et formam perpetuam, sic Antichristiani blasphemant qui legi veteri ut fundamento et legi nove ut forme ultime presumunt superaddere novas leges quas dicunt superexcellere legem gracie que est forma substancialis et perfeccio ultima quam dignatus est Dominus nobis dare.

Old law = matter,

New law = form.

These are complete and we may not add to them.

In the old law the ceremonies are accidental, the morals essential.

Ideo certum est quod tradiciones adiecte non sunt nisi forme vel deformitates accidentales in comparacione ad corpus legis Dei. Sicut | enim Agar (que interpretatur advena) signat vetus testamentum cum suis ceremoniis quod est adventicium persone, sicut materia, iusticia vel gracia inest prescitis accidenter, cum necesse sit ipsos a substancia huiusmodi separari; et ita moralia legis veteris que sunt idem cum moralibus legis nove sunt quasi essencialis materia a Deo homini limitata; et sicut in utroque testamento genuit Deus filios sed in veteri genuit servos qui timore pene et promissione temporalium serviebant, ideo secundum carnem nati sunt qui abhorrent aspera et amant dulcia. Qui vero in novo testamento nascuntur post Christum liberi sunt, allecti per amorem et spem eternorum ad aspera paciendum pro patre finaliter ac dulciter. Correspondenter est moraliter de Dei filiis adoptivis et nuda natura ab ipso creatis et precitis ad dampnacionem perpetuam.

Fol. 257c

Sons born under the old law served for fear or reward and looked for pleasantness; those born under the new law are drawn to suffer by love and hope of eternity.

Et sicut textus Apostoli dicit quod vetus testamentum signatum per Agar datum in monte Sina cum terrore

11. loquuntur; sequuntur verba "de ilen" Cf. Sermones I, pag. 170. 15. In marg.: Nota consideracionem. 33. Cod.: que abhorret aspera et amat dulcia.

11. Urso scholasticus saeculi XIII. Cf. Trialogum, pag. 87.

in tabulis lapideis et omnes circumstancie signant servitutem ac corporalitatem, sic lex prescitorum et eorum circumstancie indicant dampnacionem finalem et perpetuam servitutem. Et sicut dacio in Sina signat superbiam Judeorum ex legis accepcione vel rebellionem eorum contra Sina (que interpretatur mandatum), sic infideles et singulariter falsi christiani sed singularissime falsi religiosi conferunt in sua professione signa luciferine superbie in se ipsis. Religiosi quidem obligant se contradictorie ad plus merendum et sanccius viandum quam exigit simplex religio christiana. Econtra autem est de lege gracie data amicabiliter in monte (ut patet Matthei V°); unde quibusdam videtur quod religiosi nostri plus obligantes se quam obligati sunt patres legis veteris vel quam obligantur ex religione Christi qui libertatem addidit super legem veterem et difficultatem servavit ad diligendum Deum ex omnibus viribus, sunt inter omnes homines magis stulti, quia ex minori auctoritate quam patres legis veteris obligant se stultissime plus quam possunt. Cum enim seculares ex obligacione Christi obligantur ad ipsum diligendum ex omnibus viribus suis, patet quod isti per obligaciones novellas non excidunt ab obligacione ista que obligat eos quantum possunt. Et cum preter hec obligant se ad suas tradiciones singulares, videtur quod plus se obligant quam possunt.

Signs of pride in the false religious, binding themselves to be more holy than Christ's religion demands.

Nec est fingenda fuga, nisi incidatur in istam blasphemiam quod eo ipso quo sic obligantur sunt sufficienciores quam secundum obligacionem christianam simplicem conversantes. Sed quomodo (queso) lateret apostolos et alios fideles usque ad introduccionem istorum ordinum hec cautela? Unde quidam fideliter sibi statuunt pro regula quod non obligantur de novo ulterius nisi secundum quod sibi a Deo eveniunt nova dona. Aliter enim foret quelibet obligacio condicionis opposite stulta. Et patet quam spissim vocati christiani in servitutem se ipsos generant et alios secte sue. Sed secundum Apostolum si quis eos in servitutem redegerit, sustinencia foret stulta. Unde *mons Sina* secundum Apostolum *est in Arabia* (que interpretatur humilitas sive affliccio), sicut tempore Apostoli servivit peccato illa

There is no escape from the fact that they do so bind themselves.

Such servitude is folly.

Cod.: lapidiis. 15. Cod.: vel qua. 38. Cod.: redigerit.

39. Gal. IV, 25.

afflicta peccato infidelitatis et usque hodie servire dicitur ut ancilla et contratta illa *iuncta Jerusalem* servit cum filiis suis cum habitantibus Jerusalem eo quod omnes qui hanc libertatem Christi renuunt vere dicimus Agarenos.

The children of Jerusalem that now is are the clergy under false traditions,

Unde (ut quidam notant) textus Apostoli intendit quod, sicut Arabia et habitantes in monte Sinay serviliter sub peccato et temporali premio, sic Jerosolimite secundum comparacionem condicionis vivunt conformi modo serviliter. Non enim ad literam mons Sinay est contiguatus Jerusalem localiter; et isto modo multi incole infideles istis partibus sunt coniuncti. Et quidam intelligunt per Jerusalem et filios suos taliter servientes clericos et religiosos stultis tradicionibus obligatos et alios ut proselitos et suos filios in conformi devio excecatos. *Illa autem* ecclesia *que sursum est* per inhabitacionem ad celestia secundum amorem filialem *est libera* ab istis tradicionibus, ut lex nova, quarum utraque scilicet lex nova et Christi ecclesia *est* et *mater nostra*, quia gignit nos spiritualiter enim Dei filios adoptivos.

who are not truly of Christ's church.

Ex quibus videtur quod secte vel religiones private que sic deprimuntur per tradiciones infundabiles non sunt de Christi ecclesia. Unde lex Christi data est in animis liberatis ab istis servitutibus per amorem celestium et per impensionem terrestrium; in signum cuius libertatis scriptum est Ysaie LIV°, 1 secundum prophe-ciam ecclesie gencium dirigendam: *O ecclesia gencium que iam es sterilis, letare propter vocacionem Christi. quia in fidelitate tua propter defectum celestis coniugii non spiritualiter peperisti, nec solum debes letari in animo sed in laudem Dei erumpere et clamare*, eo quod universitas gencium que est septem mulieres (de quibus Isaie IV°, 1) spirituali matrimonio apprehenderit virum Christum. Et nunc parit spiritualiter Dei filios adoptivos, licet non parturit cum angustia naturales filios corporaliter sicut prius, quia iam tempore legis gracie | Fol. 257d sunt plures filii ecclesie gencium que antea est deserta quam Judeorum qui vocati sunt populus Dei peculiaris

Freedom given by Christ's law.

5. Cod.: textum. 6. Cod.: in deest. 11. Cod.: convicti. 14. Cod.: procelitos.

2. Vulgate (Gal. IV, 25): *qui coniunctus est ei, quae nunc est Hierusalem, et servit cum filiis suis.* 15. Gal. IV, 26. 26—30. Gal. IV, 27: *Scriptum est enim: Laetare sterilis, quae non paris: erumpe et clama, quae non parturis, quia multi filii desertae, magis quam eius, quae habet virum.* Cf. Isaie LIV, 1.

et sic copularis de matrimonio spirituali sicut virgo coniuncta viro suo, cum illud quod olim fuerit verificatum de gente Judaica et verbo Dei ante incarnacionem tempore legis gracie, cum ecclesia gencium gignit copiosius filios Dei adoptivos quam perante genuit sinagoga. Ideo Apostolus loquens in persona communis ecclesie Judeorum et gencium, ubi dicit: *Nos autem fratres sumus repromissionis filii graciose in Ysaac nostro*, hoc est, domino Jesu Christo, cuius persona non est extincta in immolacione sed aries, id est, humanitas; unio que adhesit verbo tam secundum corpus quam animam facta eorum separacione, et ita vita corporalis Christi, sed non eius humanitas est extincta. Et hoc notatur per arietem post tergum Abrahe adherentem cornibus. Deus enim dereliquit unionem istarum parcium Christi, ac si quis post tergum quicquam poneret, sed in utraque natura sic relicta remanserunt cornua, id est, potestates statim post triduum iterum copulari, et illa disposicio propinqua signatur per vepres; ideo instar generacionis Ysaac spiritualiter generati et contra spem operis nature a peccato et servitute ad graciam et libertatem translati, non debemus incidere in voluntariam et superfluam servitutem, quia tunc transiremus a statu spiritualis mundicie ad statum peccati, sicut generacio *secundum carnem* est ab opere nature ad peccatum originale. Unde circumcisio introducta post generacionem Ysaac signat abscisionem veteris hominis in sua etate; que abscisio tam figuraliter quam efficienter est Christus. Et debet figura cessare veniente figurato sicut umbra cedit veniente lumine. Ideo in risu et leticia serviamus Ysaac nostro et in umbris servilibus.

Christ's person is not slain in the sacrifice, but his humanity.

Even when body and soul are parted both remain in union with the Word and are joined again after the three days.

Et conformis est ortacio ad sensum moralem quod debemus peccata deserere et religiones novellas que nimis sunt serviles relinquere. Sed quomodo tempore Abrahe Ismael qui *secundum carnem natus est persecutus* est tacita illucione Ysaac natum spiritualiter miraculo gracioso (ut notatur Gen. XXI°) sic Judei, religiosi novelli et amatores mundi persequuntur amatores regni zelantes pro libertate Christi; Judei quidem per abolendas legis cerimonias, religiosi nostri per subintro-

3. Moral sense; that we should leave sin and avoid new orders.

5, 6. Cod.: gignit sinagoga. 26. Cod.: circumsisio. 31. Cod.: noster. 35. Cod.: persecutus et. 40. Cod.: serimonias (sic et in locis seqq.).

7. Gal. IV, 28.

ductas tradiciones frivolas et mundani per imitaciones seculo conformantes.

The church should strive for Christ's pure religion.

*Sed quid dicit scriptura (Gen. XXI°, 10): Eice istam ancillam* triplicem *et filium eius* adulterino crimine procreatum, cum omnes iudaizantes, populum ritibus servilibus deprimentes et ab ascensu in celestem Jerusalem retardantes, sunt ut sic a fidelibus condempnandi; sed natura filiorum amanda est contemptis moribus, sic legalia legis veteris servatis moralibus et figuris misticis sunt spernenda. Non enim erunt tales filii ancillati cum liberis predestinatis ad gloriam in hereditate perpetua sociati; *itaque nos* servantes pure religionem quam Christus instituit, *non sumus ancille filii sed libere qua libertate Christus* liberrimus eius *adoptivos filios liberavit.* Et utinam ecclesia moderna eiciendo istas ancillas et filios zelaret effectualiter pro hac pulcra et facili libertate.

## SERMO XXIII.

*Christus assistens pontifex futurorum bonorum.* Ad Hebreos IX°, 11.

Christ's six excellencies:

In ista epistola commendat primo Apostolus ex sex excellenciis pontificium Jesu Christi. Primo ex dignitate persone, quia ad Hebr. I°, 4 *tanto melior angelis quanto differencius pre illis nomen hereditavit.* In hoc ergo quod est ille Christus est gigas gemine substancie, cui non potest alius pontifex adequari. Secunda excellencia Christi est eius eterna coexistencia Deo patri. Alii autem pontifices quandoque elongantur a Deo per peccatum, sed Christus non potest a Deo deficere, cum semper assistit vivens, paratus ad interpellandum pro nobis. Tercio excellit in hoc quod est pontifex futurorum bonorum patrie. Pontifices autem nostri vel legis veteris sunt vel prelati stercorum vel bonorum amici hic in via, et illa sunt in hac via ante diem iudicii finalis presencia. Quarto excellit in hoc quod templum suum in amplitudine excedit templa aliorum pontificum; nam totus iste mundus, divisus in celestia perpetua, ut sibi

1. dignity of person.

2. Eternal coexistence with God.

3. Priesthood of good things to come.

4. Greatness of His temple.

8. natura. Cod.: n^a^. 18. Cod.: existens. 21. In marg.: 1. 25. In marg.: 2. 30. In marg.: 3; ib. Cod.: excedit. 32. Cod.: bonorum miti (seu mici). 34. In marg.: 4. 36. Cod.: est sibi.

3. Gal. IV, 30. 12. Gal. IV, 31. 17. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 280—283. 19. Dominica in Passione Domini.

sancta sanctorum, et speram corruptibilium tamquam sancta, est Christo templum. Templum ergo aliorum pontificum fuit opere humano factum, sed templum istud factum est digito Dei. Illud fuit portabile vel fixum destruibile (ut patet de tabernaculo Moysi et templo Salomonis), sed istud est irremobile quoad situm; circumduci quidem potest circulariter sed non removeri situaliter. Illud fuit strictum et temporale, istud autem spaciosum et perpetuum; illud fuit umbra, istud lux. Et patet ex istis quatuor perfeccio templi nostri pontificis. Quinto excellit Christus in oblacione priores pontifices; ipsi enim sanguinem taurorum et vitulorum et animalium immolaticiorum similium offerebant, Christus autem proprium sanguinem et se ipsum infinitum plus preciosum offerebat pro toto humano genere preterito, presente et futuro. Sed sexto excellit Christus in compendiositate et sufficiencia, cum alii pontifices necesse habuerant cotidie *introire in* | *sancta sanctorum;* Christus autem semel pro semper se ipsum obtulit et in celum ascendit et ibi racione altitudinis sui status invenit *redempcionem eternam.* Ad quam alii pontifices per se non potuerunt attingere. Et patet textus cum concordanciis gestorum Christi et pontificum legis veteris, et proporcionaliter sicut templum Christi se habet ad alia, sic magnus annus mundi deputatus Christo pro semel se habet ad annos aliorum pontificum; et sic in loco, in tempore et instrumentis pontificis excedit alios.

5. In the substance of his offering.

6. In its brevity and efficacy.

Fol. 258a

Superiority of Christ's sacrifice.

Secundo principaliter applicat Apostolus specialiter istas excellencias super oblaciones veteris testamenti: *Si* (inquit) *sanguis bestiarum habuit efficaciam ad mundandum homines* (Numeri XIX° et Levitici XIV°), *longe magis ista Veritas* figurata, et hoc specialiter propter tria, primo quia offerens est persona dignior, secundo quia oblacio est preciosior et tercio quia modus offerendi est perfeccior.

Sed pro isto argumento Apostoli est notandum quod oblacio bestiarum legis veteris non mundavit dispositive

1. et; scilicet divisus in; ib. Cod.: incorruptibilium. 11. In marg.: 5. 16. In marg.: 6. 30. In marg.: 1.

18—21. Hebr. IX, 12. 30 ib. Vulgate 13: *Si enim sanguis hircorum et taurorum .... sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi ....*

The O. T. offerings availed only so far as God accepted them; Christ offered Himself and, as God, accepted the offering.

vel figurative a crimine nisi de quanto Deus ipsam acceptavit respectu huius oblacionis. Cum ergo Deus semper acceptat res secundum quod sunt acceptabiles racione, patet quod infinitum acceptabilior est Verbi oblacio quam priores. In illa enim pro complecione finali se ipsum obtulit, quam oblacionem pro delecione peccati quam voluit acceptavit. Cum enim ipse sit Deus contra quem primo peccatur, potestatem habet peccata dimittere pro recompensa qualibet quam acceptat. Sed cum non possit racionem excedere, iusticia sua exigit quod homo qui peccavit in aliquo eius supposito proporcionabiliter satisfecit, ut quantum Adam peccavit se ipsum implicite exaltando, tantum vel amplius Christus satisfaciat qui sit frater Ade idem in specie se ipsum humiliando. Sicut enim eadem est via ab Athenis ad Thebas et econtra, sic eadem est via humiliacionis Christi a summo gradu deitatis ad humanitatem que foret, si per impossibile Adam exaltasset se ab humanitate ad deitatem, sed ista presumpcio fuit falsa et ficte implicita, ista autem satisfaccio est vera et effectu reali completa. Et patet declaracio argumenti Apostoli.

Sprinkling of blood etc. could cleanse only as a figure of Christ's sacrifice.

Nec video quod lubricacio sanguinis bestialis vel aspersio cineris mundificaret naturaliter corpus hominis sed pocius turpificaret, nisi de quanto Deus acceptaret illam in obedienciam et fidem immolacionis ultime Jesu nostri. Et de tanto emundavit non solum corpus sed animam dispositive ad istam emundacionem completam. Ideo vero dicunt doctores quod emundacio facta per oblacionem Christi longe excellit in efficacia emundaciones factas tempore veteris testamenti.

Christ's suffering was needed because of the imperfection of the O. T. sacraments,

Sed tercio principaliter declarat Apostolus quare et quomodo oportuit Christum sic pati. Nam sacramenta et ritus legis veteris fuerant imperfecta et detecciones prevaricacionum patrum sub lege veteri incomplete. Cum enim Christus sit sacerdos tam dispar in perfeccione a sacerdotibus veteris testamenti, patet quod oportet ipsum dare legem tamquam formam completam et inter Deum et patres legis veteris mediare communicando cum utroque per novum testamentum confirmatum per intervencionem mortis sue, ut vocati per predestinacionem

4. Verbi; Cod.: $v^{i}$. 9. Cod.: quem acceptat. 17. Cod.: ad deest.
23. In marg.: 2. 32. In marg.: 3.

*accipiant repromissionem eterne hereditatis;* morte dico satisfaciente pro prevaricacionibus veteris testamenti pro quibus non potuit ipsum satisfacere. Sicut enim materia est quedam potencia ad actualitatem, sic disposicio in lege veteri fuit quedam preparacio ad complecionem salutis humani generis. Ex quo ergo Deus cepit illam salutem facere, est necessarium quod complevit, quia alias foret imperfecte potencie atque discrecionis, quod blasfemum est credere. Cum ergo positis paribus oportuit Christum sic pati et mori pro complecione predicta, patet quam vere dicitur quod oportuit Christum pati et sic intrare in gloriam suam. Et patet quod dispar est racio quare testamentum hominis recipit confirmacionem per mortem suam et testamentum novum Christi confirmacionem recipit morte sua. Homo enim quam diu vixerit est errabilis et potest in prudencia ordinacionis sue deficere, sed ipso mortuo impossibilitatur ad prudencius providendum. Ideo dicit Apostolus .... quod *testamentum humanum per intercessionem mortis hominis confirmatur*, sed in confirmacione testamenti Christi est causa alia, cum oportuit mortem suam ut precium Deo solvi pro prevaricacionibus ad quarum satisfaccionem mediator Dei et hominum se libere sed eternaliter obligavit. Et ita dicitur quod duplex est vocacio, scilicet predestinacionis et temporalis iustificacionis, prima est eterna sed alia temporalis; et de ista secunda loquitur evangelium Matthei .... *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Et isto secundo modo videntur apostoli anteferre se vocatos ad apostolatus officium. Non enim presumerent publicare se esse vocatos predestinacione, licet illud sciverint esse verum.

which prepared the way for Him.

For God having begun salvation could not but complete it.

Confirmation of the Testament.

Circa hanc epistolam dubitatur quomodo peccatum mortale et veniale hominis distinguuntur; et videtur quod valde pertinet sacerdotibus et prelatis specialiter punctum istum cognoscere, quia aliter videtur quod nesciunt quemquam | absolvere vel medicinam spiritalem
Fol. 258b aptare, nec scirent quando excommunicabunt vel celebrabunt, quando necessitabuntur confiteri vel quantum ad peccatum pertinet facere quodvis opus. Nemo enim

The distinction between mortal and venial sin.

12. Cod.: et paret. 15. Cod.: confirmacione. 18. Cod.: Apostolus sequitur lacuna. 19. Cod.: intercisionem. 24. In marg.: Vocacio duplex. 27. Matthei; sequitur lacuna. 32. In marg.: Dubium.

1. Hebr. IX, 15. 19. ib. 16, 17. 27. Matth. XX, 16.

potest hic esse sine peccato veniali, nec in mortali licet celebrare sed solum pro ipso excommunicare. Ymmo prelatus errando in ista noticia peccaret mortaliter sicut dicunt. Ad istam ergo noticiam oportet prelatos omnino attendere, quia aliter totum opus eorum quod prelati ex potestate clavium faciunt est suspectum. Sunt autem multe opiniones in ista materia, ut dixi alias. Quidam enim dicunt quod per inhabilitatem ad graciam gratum facientem cognoscitur mortalis carencia et econtra; et sic differencia distinguens inter mortale et veniale est gracie talis carencia vel habicio eius in anima. Sed contra balbuciem sic loquencium est quod nesciunt quiditatem gracie huiusmodi cognoscere nec quando habent ipsam vel ipsa carent discernere. Quomodo ergo sic ignorans hanc differenciam discerneret de mortali? nam si omnino ignoscam datum hominem, numquam querendo ipsum ab aliis discernerem. Similiter gracia maxime gratificans est gracia predestinacionis, sed illa stat cum mortali tam originali quam actuali, ut patet de apostolis prius originaliter peccantibus et postmodum blasphemantibus.

1. Some make it depend on capacity for grace.

Similiter, quicquid repugnat gradui gracie repugnat gracie, sed quodcunque peccatum veniale viantis repugnat gradui gracie, quia plenitudini gracie habende in patria, ergo etc. Si enim quicquam repugnat gracie consummate, repugnat gracie.

2. Others say that mortal sin is that which incurs the pain of damnation.

Ex istis videtur aliquibus quod ista differencia inter mortale et veniale est insufficiens et nimis ambigua. Ideo secundi dicunt quod pro omni peccato mortali per se est peccator dampnabilis sed non pro aliquo veniali. Sed contra istud videtur, cum solum pro peccato finalis impenitencie sit homo dignus dampnari per se, videtur quod solum illud peccatum sit peccatum mortale et per consequens quilibet viator dubitat si sit in peccato mortali vel solummodo veniali.

Similiter, pro quolibet veniali quantumcunque levi foret homo dampnandus stante statu innocencie, ergo dignitas dampnacionis sequitur ad quodcunque veniale. Sicut enim Dei volucio facit quodcunque peccatum accusabile quod delebitur dignum venia, ita Dei volucio

6. Cod.: quod ut. 8. In marg.: Prima opinio; ib. Cod.: ad deest. Addidi. 12. Cod.: balbucium. 15. Cod.: ignora hac differencia. In marg.: a. 22. In marg.: b. 27. In marg.: Secunda opinio. 38. veniale; in cod.: sequitur g° = ergo.

eterna faceret quodcunque peccatum quantumcunque leve pro quo homo dampnabitur dignum morte. Si enim quodcunque peccatum viantis pro tempore legis gracie inducat in mortem secundam, nisi homo fructuose peniteat, et quantumcumque grave peccatum fuerit est dignum venia, si homo finaliter fructuose peniteat, sequitur opinionis huius insufficiencia.

Neither test enables us to tell whether a given sin is mortal or venial.

Similiter, ista via ut prior ignorat de quocunque peccato si sit mortale vel veniale, eo quod ignorat si peccator sit pro illo per se dignus dampnari; ymmo videtur quod nullum peccatum quod homo scit signare sit huiusmodi, quia dato uno peccato pro quo homo sit dignus dampnari infinita alia consequuntur.

3. Some say that final impenitence is the only mortal sin.

Tercia via dicit quod solum peccatum finalis impenitencie est mortale et quodlibet aliud veniale, eo quod illud necessario inducit mortem duplam et nullum aliud sine illo, ut patet de peccato in Spiritum Sanctum.

Objections: 1. None knows in what state he is.

Sed contra istam viam videtur, primo quod quilibet viator sit ambiguus utrum fuerit in mortali vel veniali et sic superflueret omnis absolucio vel potestas clavium prelatorum.

2. The predestinate cannot sin mortally.

Similiter, iuxta hoc nullus predestinatus unquam peccavit mortaliter, quod videtur falsum de peccato originali et actuali eque gravibus in predestinatis vel prescitis.

3. This would destroy the papal law.

Similiter, cum quilibet viator debet sperare quod non sit in peccato mortali et per consequens, cum nullus debet credere quod sit in mortali, nullus debet ex consciencia ad confessionem accedere, et periret lex papalis et totum forum consciencie iam currentis. Multi sunt tales modi dicendi de istorum peccatorum differencia, ut alias recitavi de illis septem cum evidenciis contra illos. Sed pro isto suppositis dictis alibi utendum est distinccionibus terminorum, specialiter cum peccatum mortale et veniale non sint nomina scripture et nunquam vel raro inventa in scriptis sanctorum de millenario Christi. Potest autem peccatum dici mortale tripliciter: primo modo quodcunque peccatum presciti cum de facto continue inducit mortem duplam; quamvis

(Mortal and venial are not scriptural terms, and mortal is used in three senses;

7. opinionis; cod.: oracione. 14. In marg.: Tercia opinio. 20. superflueret al. man. script. in textu. 23, 24. Cod.: originale. 24. Cod.: vel precitis. 31. Cod.: et alias. 32. In marg.: Responsio. 36. In marg.: Peccatum dicitur mortale tripliciter. 37. Cod.: preacti cum.

32. Cf. Trialogum, pag. 144, 145.

1. All sin of the foreknown.

enim prescitus quandoque dicatur peccare venialiter, tamen illud peccatum preparat et inducit continue ad mortem finalis inpenitencie, et isto modo peccatum mortale et veniale possunt distingui ex opposito, cum omne peccatum predestinati et solum illud ad quod Deus ordinat veniam dicitur veniale.

2. All sin.

Secundo modo dicitur peccatum mortale quod est inductivum mortis secunde, et isto modo non video quin quodcunque peccatum sive presciti sive predestinati potest dici mortale, quia est inductivum mortis anime. Nam licet homo modo non moritur, tamen infirmitas inductiva in mortem corporis | (Fol. 258c) dicitur mortalis; et isto modo mortale et veniale non ex opposito distinguuntur, cum dicitur ad subsistendi consequenciam.

3. Such sin as takes away the grace of present righteousness).

Sed tercio modo peccatum dicitur mortale eciam in prescito quod tollit ab eo graciam secundum presentem iusticiam, et peccatum quod dicit in prescito carenciam talis peccati dicitur veniale. Per istam autem distinccionem equivocacionum potest tolli quecunque instancia in ista materia opposita veritati.

Answers to objections: 1. We ought not to doubt of our predestination but hope it.

Ad primum argumentum contra terciam sentenciam negatur consequencia; nam multi fideles nec dubitant utrum sint presciti nec debent, cum debent sperare oppositum, verumptamen in ista spe et supposicione credulitatis firme possunt decipi, in quo deficiunt a finali perseverancia. Sed quantum ad claves confessionum et aliorum quibus prelati cesarii nimis pompantur, patet quod est plena plebis illusio, cum ipsi nesciunt distinguere inter mortale et veniale nec docere gradum gravedinis peccati in homine quem absolvunt, sed gravedinis talis noticia debet evidencius surgere ex peccante, sicut medicina sufficiens ad delecionem peccati que est contricio; ideo est fatuitas peccatorum quod querunt sic medicos. Christus autem est medicus scrutans corda et renes, qui scit distinctissime gravedinem peccati et quo medicamine sanaretur. Alii autem medici antichristivi usurpant quod nesciunt; sed sicut in sacramento altaris ex ceca ignorancia illudunt populo, sic in isto. Claves enim regni celorum stant in sacerdotibus quos Deus instruit, ordinat et eligit ad istud officium. Et de potestate et limitibus harum clavium patet alibi.

The keys of confession are simply a deceit.

7. In marg.: 2. 15. In marg.: 3. 21. In marg.: A.

2. It is true that the predestinate cannot sin mortally.

Ad secundum patet quod non valet consequencia, cum sequatur oppositum; bene tamen et vere concluditur quod nullus predestinatus peccat mortaliter primo modo, hoc est, peccato finalis impenitencie, cum sic peccare proprium sit prescitis; nec video quomodo stat peccata esse eque gravia in predestinatis et prescitis propter comitanciam sui finis.

We may distinguish between mortal sin, absolute and conditional.

Ad tercium negetur consequencia ut priores, sed bene procedent, si non sit aliquod peccatum mortale nisi peccatum finalis impenitencie in prescito. Ipsum autem cum necessitat ad mortem secundam, et concomitancia gracie in aliis cum necessitat ad vitam perpetuam, satis equivoce dicuntur mortalia. Ideo quidam vocant primum peccatum mortale simpliciter absolute, sed secundum vocant mortale secundum quid vel sub condicione. Et credo quod Deus ordinavit futuricionem in istis peccatis viatoribus incognitam, ut prelati erubescant tam blaspheme de sibi incognitis diffinire.

Prelates should be made to say how they know mortal from venial.

Unde tyriaca foret contra prelatos cesarios, confessores de sectis novellis, questores et alios volentes pro peccatorum delecionibus et absolucionibus pecuniam extorquere, querere primo instanter per quid peccati mortalis et venialis differencia cognoscetur; quod si nesciunt tota sua fabulacio in ista materia est suspecta, et si definiunt per nomen actus exercicia, ut hominem occidere, furari vel quecunque similia, patet quod quecunque species actus extrinseci potest meritorie exerceri, ut posito quod Deus precipiat illum actum vel aliter dispenset quod non sit prevaricacio propter causam sibi incognitam quam non noscunt.

Venial sin may be

Standum est ergo in fide scripture, timendo Deum et omne genus peccati, istorum fabulaciones sophisticas relinquendo. Unum tamen videtur mihi notandum expressius, quod peccatum dicitur veniale dupliciter, primo

1. the sin of the predestinate,

quia ipsum est dignum venia ex concomitancia gracie predestinacionis et lenitate illius peccati propter quam Deus diffinit quod habebit veniam, et venialitas istius peccati est vianti incognita, licet peccet graviter cum concomitancia voluntatis. Secundo modo dicitur peccatum veniale quecunque omissio qua viator non facit ad

2. sins merely of omission in God's service.

1. In marg.: B. 7. Cod.: sue finis. 8. In marg.: C. 10. Cod.: finale. 11. Cod.: concominancia. 25. nomen. Cod.: novi. 26. Cod.: finari. 27. Cod.: extrinceci. 34. In marg.: 1. Peccatum dicitur veniale dupliciter. 39. In marg.: 2.

19. tyriaca, Vid. infra pag. 201.

regulam plene ut serviret Deo, peccato preterito non obstante, sed isto modo apostoli peccaverunt continue, et istud peccatum potest dici involuntarium presencialiter, licet sit voluntarium inicialiter. Et istud est peccatum levissimum, sicut peccatum finalis inpenitencie est gravissimum.

## SERMO XXIV.

*Hoc sentite in vobis quod et in Christo Jesu.* Philipp. II°, 5.

Our thoughts are to be modelled on those of Christ.

In ista epistola docet Apostolus singulos christianos quomodo debent aptare formam suam exemplarem ad conformandum vitam suam prime regule, et primo dat pro principio quod christiani singuli *hoc senciant in se ipsis quod senciunt in Christo Jesu.* Cum enim sentire sit commune ad apprehensionem sensus extrinsecam atque intrinsecam, patet quod iste philosophus utrumque in eodem involucro apprehendit, et cum multiplex sit ydemptitas, patet quod Paulus non demonstrat per hoc universalem ydemptitatem sed mediam inter ipsam et ydemptitatem specificatam, ac si diceret: Quicquid sensu extrinseco vel intrinseco senseritis, videatis quod a sensacione Christi Jesu debite exempletur.

Sensation is first passive, the reception of an appearance; then active, apprehending the thing by its appearance.

Sensacio enim secundum philosophos dicit primo passionem, quia recepcionem speciei sensibilis et secundo dicit accionem immanentem, quia apprehensionem sensibilis inmediate sua specie. Primo ergo debemus in accione qualibet nostra pati et secundo debemus considerare attencius quod quid pro passione tali voluntaria apprehendemus de premio et istam leccionem | pocius affectare addiscere quam aliquam aliam assignandam. Fol. 258[d] Debemus enim omnes sensus nostros extrinsecos a visu primo usque ad tactum ultimum voluntarie et humiliter subicere passioni, sic quod quicquid pro veritate iniusticia passi fuerimus quoad corpus, arbitremur esse thesaurum apud Deum absconditum infiniti premii inductivum, et quoad sensus intrinsecos cogitemus ymaginativa, estimativa, phantastica et memorativa, non imprecative quomodo vindicta foret capta de hostibus, sed desiderative, ponendo pro basi

7. In marg.: In die Palmarum. 11, 12. exemplarem — vitam suam twice. 12. Cod.: confirmandum. 23. Cod.: decepcionem. 33. Cod.: fuerim.

7. Dominica in Ramis Palmarum. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 283.

All quarrels arise from our not having learned Christ's lesson of patience.

Christi pacienciam et addendo ymaginem quomodo nos et viantes singuli ad pacem ecclesie imitaremur ipsam; unde (ut breviter comprehendam) omnia bella ecclesie publica vel privata, omnia eius litigia, omnis eius dissensio ac mala in moribus oriuntur ex hoc devio quod non plene addiscimus pacienciam Jesu Christi, et tamen rogamus assidue habere paciencie ipsius documenta, cum in facto attendimus ad commenta regis filiorum superbie. Quis enim fuit Christo potencior, cum uno verbo atque intuitu hostes suos prostravit qui fuerant missi ipsum comprehendere (Joh. XVIII°)? Aut quis fuit Christo sapiencior qui didicit et exemplavit posteris in causa humana pati humiliter pro Deo?

Christ's example in humbling himself.

Et hoc est melius quam blasfeme more demonis vindicare; ideo Apostolus detegens istam sentenciam in radice dicit quod *cum Christus in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo, sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens.* Quamvis autem multipliciter dicatur aliquid esse in alio, tamen ad propositum accipitur pro inesse formaliter, sicut homo est in humanitate; sic enim Christus cum sit *verbum Dei* secundum Apostolum (ad Hebreos I°) fuit in deitate, hoc est, sibi inest eternaliter quod sit verus Deus. Sicut enim humanitas est forma qua homo formaliter dicitur esse homo, sic deitas est forma qua Trinitas dicitur formaliter esse Deus. Ex quibus cum ystoria de gestis colligitur quod non cadebat arbitrium suum super rapinam arbitrando se esse equalem Deo, sicut fecit primus apostata et primus homo, cum illud arbitrium Christi fuit verum. Sicut enim communis humanitas est forma, qua quelibet persona hominis vere dicitur esse homo, sic communis deitas est forma Dei qua quelibet persona divina vere dicitur esse Deus. Una ergo arbitracio fuit blasfema usurpacio et alia fuit veridica verbi Dei sentenciacio; et tamen cum tota ista equalitate assumpsit humanam substanciam vel naturam, et sic factus utraque natura in unitate persone semetipsum exinanivit, quia produxit creaturam ad extra que fuit Christi humanitas quam assumpsit in unitatem persone verbi eterni; et sicut in ore cifre vel figure nichili qui

How He was in the form of God.

The devil and Adam grasped at equality with God;

Christ took it of right.

5. Cod.: descensio. 6. Cod.: pleno; ib. addicimus. 14 Cod.: blasfemie. 31. Cod.: qua deest. 34. Cod.: blasphemia usurpacio.

16. Phil. II, 6—7.

dat signare sequentibus dedit exemplum omnibus christianis sequentibus humilitatis et paciencie ad quem gradum nullus alius possit attingere sed remote in moribus imitari; ideo sicut Christus est vera humanitas, sic est verus servus et mendicus Dei ministrans aliis humilitatis exemplum, quomodo debeant sequi ipsum. Cum enim acceperit istam humanitatem individuam non solum specificatam, patet quod ista humanitas et sic Christus qui est humanitas fuit veraciter forma servi. Sic ergo Christus vere dicit Deo patri: *Panem nostrum cotidianum da nobis hodie* et sic se vere constituit mendicum Dei non hominis, sic extensio se vere facit tam Dei quam hominis esse servum (sicut intrepide dicit Ambrosius et alii sancti). Sicut ergo in priori usurpacione fuit blasphema falsitas, sic in posteriori arbitracione suprema fuit veritas.

Christ set an example of patience and humility for all to follow.

As many persons are one God, so many natures are one person.

Illi autem qui negant quod ista humanitas sit persona sed substancia, habens quicquid persona verbi habuit sed non habet, garriunt ut graculi voces proprias ignorantes de terminacione suppositacionis aliene cum aliis fabulis quas diabolus adinvenit; ideo immerguntur profundius negantes de Christo omnem predicacionem humanam quam scriptura sibi attribuit. Sicut ergo multe persone et earum quelibet sunt idem Deus in numero, sic multe nature et earum quelibet sunt eadem persona in numero, et sicut in Trinitate cum unitate deitatis servatur distinccio personarum, sic in incarnacione preservatur cum unitate persone distinccio naturarum. Et patet quod Christus severe ad tantum se humiliavit quantum primus homo presumptive et false se exaltavit. Non enim vere vel de facto realiter Adam se exaltavit sed misere se minoravit. Unde secundum Augustinum quia *Adam et primus angelus voluerunt divinitatem rapere, perdiderunt felicitatem.* Solius enim Dei est preceptis nullis superioris domini obedire. Econtra vero de Christo qui, ut fuit gigas gemine substancie, vere secundum humanitatem ostendit se minorem patre et nullo modo ut sic *se equalem;* ideo veritas

These natures remain distinct.

2, 3. Cod.: quam gradum. 3. Cod.: ponit. 16. Cod.: veritat. 28. Cod.: perservatur. 28, 29. Cod.: personarum. Et patet. 29. Cod.: se vere. 38. Cod.: si equalem. Cf. Phil. II°, 6.

10. Lucae XI, 3. 13. S. Ambrosii De Incarn. V., Migne II, 862. 31. Cf. Trial., pag. 215, 216. 33. S. Aug. Opp. tom. IV, 696. 38. Phil. II, 6.

How Christ emptied Himself in accepting humanity.

postulabit quod humanitatis exaltacio et divinitatis adequacio sequeretur, et ita secundum has duas maneries Christus vere recipit duas predicaciones, ut vere *se* Fol. 259ª *exinanivit*, non adnichilavit, vere creatus est et incepit, | minoratus ab angelis, et sic de aliis predicacionibus que non possunt competere deitati, licet Christo conveniant qui est deitas; unde Augustinus Serm. q. LXXIVª exponens illud Apostoli *habitu inventus ut homo* declarat quomodo quadrupliciter potest unum alteri esse accidens vel habitus; primo modo quomodo est invariatum in se et translimitat subiectum cui advenit, ut veritas facit animum sapientem, secundo modo quando utrumque transmutatur ut cibus advenit nutrito, tercio modo quando neutrum exhinc mutatur, ut quando anulus inest digito, sed quarto modo quando adinvencio alteratur et quando aliud cui advenit non exhinc alteratur, ut vestis vel habitus inest induto. Recipit enim a corpore formam et formam aliam quam habuit quando iacuit complicatus, et aliqualiter tali modo licet remote et equivoce inest humanitas verbo Dei.

Four ways in which accident and subject may be related, according to their mutual influence.

Et hinc dicit Apostolus quod *Christus fuit in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo*, ita ut similitudo dicit veram ydemptitatem specificam et carnem humanam univoce alteratam. Nec solum est humanitas Christi laudanda propter incarnacionem aut propter meritoriam viacionem, sed omnino propter gloriosam passionem qua voluntarie *humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad* ultimum et turpissimum terribile, quia *mortem crucis*. Et sic utrobique correspondet satisfaccio culpe, cum fructus ligni crucis in ipso obediens equifarie satisfecit inobediencie fructus ligni vetiti, et alia correspondent; *propter quod oportuit divinam iusticiam exaltasse Christum* a mortalitate et passibilitate ad immortalitatem et impassibilitatem et a situ inferni et sepulcri usque ad situm siderum et celum empirium.

Christ to be praised for His passion as well as for His incarnation and life.

Nec dubium quin proporcionaliter *donavit sibi nomen* realis honoris *quod est super omne nomen* alterius creature;

2. maneries; Cod.: namias. 7. Recte: LXXIIIª vid. inf. 9. Cod.: quadripliciter. 22, 23. Cod.: ita aut. 35. siderum; cod.: sidonum.

3. Phil. II, 7. 8. ibid. Cf. S. Aug. Lib. De Div. Quest. 83, LXXIII, 9. Opp. tom. VI, 64 seq. 21. Phil. II, 7. 27. ib. 8. 32. ib. 9. 37. ib. 9.

nec caret illud nomen virtute summe obediencie persone Christi, *cum in nomine Jesu omnis potestas flexibilis tamquam genu obediat: celestium* que implevit, *mundi* quem redemit, *et inferni* quem spoliavit; quod factum est post Christi ascensionem. Et ita *oportet ut omnis lingua confiteatur*, non Ebrea, Greca et Latina sed quecunque alia barbara, *quia dominus noster Jesus est in eadem gloria Dei patris*, cum humanitas assumpta sit verbo Dei eiusdem nature cum patre ypostatice copulata. Et hoc figuravit scriptura quam scripsit Pilatus in hiis tribus linguis super crucem Christi in passione a Spiritu Sancto nescius agitatus: *Quod*, inquit, *scripsi, scripsi.* Et in hiis tribus linguis intelligitur omne genus hominum salvandorum.

Christ's glory.

We cannot predicate of Christ as God what we may predicate of His humanity.

Et in ista materia de incarnacione oportet logicum notare quid divinitus et quid humanitus est in Christo, et quomodo reduplicativa posicio multiplicitur potest intelligi, ut licet deitas Christi fuit causa cuiuscunque predicacionis competentis sibi humanitus, non tamen conceditur quod secundum divinitatem vel in quantum Deus habet tales predicaciones humanas, quia tunc eo ipso quod aliqua persona est Deus est capax predicacionum huiusmodi vel formarum, verumptamen quia humanitati sue possunt predicaciones divine ex sua divinitate competere. Concedunt quidem quod Christo donatum est nomen excellens quamlibet creaturam, quia illi homini ex unione ypostatica potest singulariter tale nomen competere, et mediante Christo potest participacio talis nominis ad alios derivari. Et patet quam equivoce et turpiter laborant ydiote qui in doctorum absencia mordent ut canes scripta eorum que vix superficietenus intelligunt; utuntur autem infami medio ad hoc opus, scilicet mendacio et falsificacione scripture. Quidam autem canis niger mordet medio isto duplici aliorum scripta et specialiter in hoc quod scriba suus scripsit mendaciter alium doctorem priorem interpolatim dixisse quod omnis lex est Deus et cum hoc alibi quod quelibet creatura habet propriam legem suam. Nec mirum si isti philosophi super scriptis absencium conglobant mendacia, quia super verbis Christi

How people misrepresent what they do not understand. Example of this in a certain monk,

17. posicio; Cod.: ppo. 29. derivari. Cod.: divinari 38. Cod.: alibi quidem quilibet.

2—4. Phil. II, 10. 12. Joh. XIX, 22.

mendaces Judei finxerunt similia sed plus probabiliter. Ubi enim Christus dixit: *Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud*, reportaverunt hii viri mendaces ipsum dixisse: *Possum destruere templum hoc et in tribus diebus reedificare*; correspondenter dictus tolstanus vel sui catuli dicuntur reportasse usque ad curiam Romanam sed nimis ydiotice, quia quousque nec hii nec illi intelligunt duo verba. Dixit enim quidam doctor catholice quod *quilibet existens in gracia gratificante finaliter nedum habet ius ad rem sed ius in re super omnia bona Dei.* Et ibi balbucientes catuli loco istorum duorum verborum *gratificante finaliter* reportarunt usque ad Romanam curiam nimis ydiotice ista duo *gratifice et fideliter*, et sic emerunt quod conclusio quam nescierunt construere foret tamquam heretica condempnata. Fol. 259b Sic autem dicitur hic doctor facere | proclamacionem mendacem quod ad destruccionem scole terminabit veritates catholicas tali die. Et tamen magna pars fructus sequentis stat in ficcione mendaci super absentes simplices per ipsum et scribam suum composita. Jam enim non est laicus cognoscens linguas quantumcunque stultus sentencia quin per illum modum posset horam scolasticam superflue occupare, sed ista preconizacio mendax indicat quod sit eiusdem scole et eiusdem secte plus sciolus, qui artem mendacii tamquam virtuosam Oxonii introduxit.

who has carried to Rome false reports of Wyclif's words.

His 'whelps' have bought a condemnation of a conclusion which was too hard for them.

Sed (ut ista verba superflua omittantur) supposito quod invenit in scriptis et verbis predictam sentenciam, et adhuc patebit suum stultum mendacium. Pro quo notandum quod nomina quedam analogica quandoque abstrahuntur ad pure signandum divinam essenciam et quandoque ad signandum cum illa anologice quicquam sicut creaturam; per hoc enim tolluntur instancie facte contra veritatem scripture sacre supposita ista equivocacione, et quod inest notis non est contradiccio. Nam ex illo evangelii Joh. I°, 3 *Per ipsum facta sunt* ignari balbuciunt isto modo. Si, inquiunt, omnia per Verbum facta sunt, Pater et Spiritus Sanctus sunt aliqua, ipsi

Need of attending to sense in which words are used, or the bible may accused of self-contradiction.

5, 6. tolstanus seu colstanus; it is likely to be a name or nickname for a big dog, but the nearest I can find to it is 'Spartanus' which will not do (Matthew). 11. Cod.: balbicientes. 13. Cod.: ydiote. 31, 32. Cod.: quam sicut. Creatura; Hic locus corruptus esse videtur, fortasse legendum: essenciam aliquam ut creaturam.

2. Joh. II, 19. 4. Matth. XXVII, 40. 9. Cf. Libellum magistri Johannis Wyclif, quem porrexit parliamento regis Ricardi contra statum ecclesie. Fascic. zizann., pag. 247.

facti sunt per Verbum Dei; et isto modo inficiunt evangelium Apostoli: *Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia* (Ad Rom. II°) cum multis scripturis similibus. Nec mirum, cum ydiote ignari ignobiliter proprium nidum inficiunt. Sentencia enim venerabilis Anselmi in libello suo De Veritate quod *omnis veritas est Deus.* Ipse tamen Lincolniensis cum aliis sanctis sepe sentenciat quod quelibet creatura habet propriam veritatem, ubi patet quod ipsi more scripture equivocant, et valde decet doctores ad memorandum istam equivocacionem scripture equivocaciones tales quandoque inserere.

So with regard to our saying (that law is God) which has been attacked.

Quando ergo dicitur quod omnis lex est Deus abstractive secundum consideracionem summam de lege intellecti (ut Anselmus intelligit veritatem), quia in Psalmo . . . . *Lex tua veritas,* et quando dicitur quod multe sunt leges eciam inique, anologizatur equivoce in nomine legis, sicut sancti equivocant, dicentes quod sunt plurime veritates. Sed super istis clamat inscius et super isto convincetur ad minimum quod omnis lex est increata, et cum aliqua lex non est increata, et sic est doctor quem mordet in sua absencia redargutus.

This fellow should get up the elements of grammar and logic.

Sed discat ydiota talis requisita ad contradiccionem, antequam procedat, in summulis ad discendum legem et naturam contradictoriorum. Melius quidem foret talem ydiotam stulticiam suam plangere sub columpna quam tam patule ignoranciam suam declamare in scola; prius enim addisceret summulas et libros elenchorum, antequam alios sic dupliciter defamaret. Et si adducatur in testem tota scola puerorum vel effeminatorum similium qui nesciunt planius contradiccionem in terminis limitare, parcatur pueris ydiotis, et talibus doctoribus stulticia ydiotica remittatur. Scimus quidem ex fide quod nunquam fuit blasphemior heresis blaterata quam quod dicte scripture sacre cum eis similibus sint summe impossibiles heretice et dampnande. Unum autem predico istis hereticis quod omnes illi nesciunt minimum verbum scripture sacre (cum sit verbum Sancti Spiritus) impugnare, sed oportet ipsos addiscere linguam et logicam quam ignorant.

6. Recte: est quod. 12. Cod.: dicitur deest. Addidi. 14. Psalmo; sequitur lac. in cod. 23. Cod.: similis.

6. S. Anselmi Cantuariensis Opp. (ed. Gerberon), pag. 109: Quoniam Deum veritatem esse credimus . . . . 14. Ps. CXVIII, 142.

# SERMO XXV.

*Expurgate vetus fermentum.* Iª Cor. Vº, 7.

Preparation for receiving the Eucharist.

Ista epistola docet fideles quomodo se debeant ad esum eukaristie preparare; et primo necesse est vetus fermentum, hoc est, antiquum peccatum hominis expurgare. Fermentum enim ad literam est pasta antiqua ex detencione diutina cum operacione nature acerbata et quodammodo putrefacta; ipsa enim commixta cum azimis, hoc est, pasta recenti sine fermento tali facit totum multum plus sapidum; et signat mistice peccatum quod ex vetustate fit continue magis grave et reddit interiorem hominem plus acerbatum Deo et spiritualiter putrefactum. Quando enim delectacio nature fertur super suis malis operibus, gravatur peccatum continue et vetus crimen in putredine quodammodo innovatur; ideo sicut in esu agni pascalis in lege veteri edebant illum cum pane azimo, sic in lege nova comederent fideles sacramentum eukaristie in azimis in figuram mundicie spiritalis.

The leaven of sin.

Unde signanter et subtiliter adiungit Apostolus secundum verbum huius epistole, cum sic dicit: *ut sitis nova conspersio, sicut estis aʒimi;* ubi notanda est series verborum et signandum ministerium; quando enim panis inter lapides mollitur et furfur a subtilitate albe substancie separatur, illud purum aggregatum *polen* dicitur, quod propter continuacionem cum aqua munda et preservacionem a vetustate insipida cum sale spargitur et sic ad preparacionem panis propinquius impastatur. Et totum istud signat mistice disposicionem connexam in caritate qua populus in recepcione eukaristie paretur (ut notat Augustinus de gradu quadruplici faccionis panis azimi). Primo enim notat quomodo ex granis variis in spicis diversis ac terris distantibus frumenti materia congregatur, sic in unitate fidei virtute primi | grani frumenti ex diversis generibus et contrattis populus contritus in crimine ad impastacionem panis spiritualis colligitur et unitur.

How dough is made and sprinkled with salt.

Mystical meaning of the process.

1. The grains are brought together from far and wide, as the members of the church.

Fol. 259ᶜ

1. In marg.: In die Pasche. 6. antiqua; cod.: añqua. 9. Cod.: resenti. 23. misterium (?). 25. polen; cf. Trialogum, pag. 267, not. 7, poline; rectius legendum: polimen sive pollen.

1. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 286—289. 21. I. Cor. V, 7. 32. Aug. Opp. tom. VIII, pag. 456.

2. Grinding (fear of punishment) separates the pure from the impure.

Et ita secundus gradus quo separatur purum ab impuro per viam molicionis est antiqui peccati contricio propter timorem amissionis eterni gaudii celestis, tamquam molaris superioris in circuitu continue currentis, et propter timorem eternalis dampnacionis tamquam molaris pigri inferius quiescentis; inter hec quidem conmota divine gracie furfur peccati dividitur et populus ad unionem caritatis et fidei preparatur.

3. Sprinkling with the water of wisdom keeps the people together.

Tercius gradus quem notat Augustinus est salis et aque sapiencie super polimen sic mundatum; conspersio qua populus constanter adheret fidei et virtuti, ne vento levi temptacionis vel eventus seculi ab adhesione Domini separetur.

4. Baking in the oven of tribulation.

Quartus gradus quem notat Augustinus est panis formati digito Dei in furno tribulacionis induracio; ista enim constans duricies caritate vel igne Spiritus Sancti perficitur. Et nota quod neque hii quatuor gradus panis spiritualis neque azimitas sunt primo circa activa ydiotis incognita, sed circa verum panem qui virtute verborum Christi fit vere sed mystice corpus suum.

This sacrament a special sign of love.

Et ita hoc sacramentum specialiter indicat propter causam triplicem caritatem, primo propter istam figuram quadruplicem qua panis in unitate connectitur, modo quo fideles in caritate unius diei per graciam coniunguntur, secundo propter hoc quod panis ille fit corpus Christi in cuius passione pro proximis maxima caritas demonstratur, et tercio quia accepcio huius sacramenti in memoriam Christi, qui est prima caritas debet fieri ut nos facientes istam memoriam in caritate quodammodo vivamus simpliciter.

The apostle begs them to remain without leaven (of sin).

Notato autem hoc sensu mistico videnda est series verborum Apostoli quare imprecatur fideles esse per conspersionem novam *sicut sunt azimi*, ubi notandum secundum logicos quod concretum recipit vicissim predicacionem contrariam de concreto sed non sic abstractum. Apostolus ergo, volens illam puram novitatem fidei esse constantem et non momentaneam, vocat fideles perversos *conspersionem novam* propter repugnanciam qua perverti possit populus ad peccatum. Sicut ergo sunt azimi de presenti, cum eternitas signatur presencia

4. Cod.: in trituita. 6. Cod.: quidam. 7. con mota in cod. an cum motu legendum. 10. Cod.: polmen; ib. Cod.: conspercio. 11. Cod.: virtute. 17. Cod.: actriva. 22. Cod.: quadriplicem. 23. unius twice. 31. fideles twice. 36. Cod.: fidelis.

4. Cf. De Ecclesia, pag. 202.

verbi essendi, sic maneant perpetuo azimi, hoc est, immunes a crimine, nunquam a Domino separati.

Et ista est sentencia variacionis logice verborum Apostoli; nec est horrenda logica qua subiectum nunc intelligitur per concretum et nunc secundum racionem aliam per abstractum, quia cum forma actualis abstracta non possit per se existere, eo quod modus actualis substancie, ut a subiecto distinguitur ulteriori abstraccione; sic enim sacerdos sanctus dicitur *tempore iracundie reconciliacio*, nedum reconciliat gentes ad invicem, et est medium per quod renconciliati per graciam sumus Deo. Sed quamvis more Judaico inpresenciarum plus quam unquam in lege nova vel veteri attendimus ad signa sacramentalia vel figuras, quia cum postponimus rem sacramenti et ipsum signatum modo perversionis Judaice, ideo totus fructus quem haberemus ex sacramento isto et aliis exsufflatur. Quando enim fuit minor unio quam est modo possibili in amore; nec dubium quin sacerdos qui istum amorem gigneret sit in causa. Et nota quod sicut iuxta grammaticorum principia nomen concretum subiecti est prius abstracto et ipsi superaddito primitivum, econtra autem secundum logicos ut album prius est quam albedo derivata ab ipso, sic esse naturale substancie est prius naturaliter quam forme tales abstracte, licet secundum consideraciones logicas prius naturaliter sit albedo, quam subiectum tale sit album. Et patet consideranti differencia inter abstractum terminum et concretum et ad quem sensum verificari potest grammaticorum sentencia et consideracio logicalis. Et in ista contencione ac dissensione stant verbales logici, eciam prelati superiores, quia ignorant logicam et sentencias scripturarum.

A subject may be spoken of, now by a concrete, now by an abstract term; as Noah is called a reconciliation. (Eccl. XLIV, 17.)

We lose the fruit of the sacrament in attending too much to its outward signs.

Abstractions cannot have an independent existence.

Et hec ignorancia est radix tocius erroris in materia de quiditate eukaristie, ut dicunt quod ipsa est accidens vel accidencia sine subiecto et sic vere virtute sue benediccionis panis quem consecrant in nichil convertitur; non enim est racio quare plus verteretur in corpus Christi quam in deitatem vel formam aliam respectivam, sed sicut nichil quod fuit pars panis remanet, sic panis, in nichii convertitur virtute verborum sacramentalium, omnino fit nichil. Et ista blateracio ydiotica dicit blas-

Ignorance of this is the root of error as to the Eucharist.

They say that benediction turns the bread into nothing,

2. Cod.: acerrime. 9. dicitur twice. 12. Cod.: morte Judaico. 17. Hic aliqua verba excidisse videntur. 30. Cod.: conten .... discensione. 34. ut, adde: aliqui. 35. Cod.: activa sine. 40. Rectius: cum in nichil.

*and no spiritual aid comes from it.*

phemis ignorantibus quod hoc sacramentum licet sit primitive speciei nichil est, et nichil spiritualis suffragii inde venit; et propter istam benediccionem crudelem dicunt quidam quod benediccio sacerdotis tam maioris quam minoris plus quam eius malediccio est timenda. Si

*Cruel blessing which brings God's curse with it!*

enim Deus maledicit suis benediccionibus et longe plus timenda est Dei malediccio que effectualiter est sacerdotalis benediccio, non mirum si plus timetur sua benediccio quam sua malediccio propter concomitanciam malediccionis et benediccionis divine.

*Faithful citizens let no friar enter their cellars lest their wine should be turned into nothing.*

Hec eciam est racio quare | Fol. 259[d] fideles burgenses non permittunt fratres penetrantes domos intrare celaria sua vinaria ad vinum, ne forte benedicendo vino in calice convertant totam doliorum congeriem in pura accidencia; non enim est racio quare frater benedicendo pani multum distanti a duobus globis panum in corporali separatis virtute verborum suorum et intencionis convertit omnes illos in pura accidencia, quin per idem frater habens intencionem consecrandi omnia vinorum dolia et verba sacramentalia rite prolata super vinum in calice quod potabit convertit omnia illa dolia in pura accidencia vel nichil. Sed magna gracia est quod omnes illi fructus quos fingunt se sic destruere valent tantum ut non

*Fortunately the nothing is equally good for food.*

alterata alia ad vescendum; quod si vera foret eorum ficta sentencia, salubre esset quod audientes missas in suis oblacionibus stent a longe. Teneamus igitur fidem antiquam quod hoc sacramentum sit in natura sua panis aut vinum et sacramentaliter vel mistice corpus Christi aut sanguis, sicut dicit decretum antique Romane ecclesie De Consecracione dist. II[a]: *Ego Berengarius.* Sic enim dicit Apostolus qui accepit sensum suum a Domino (ut patet I ad Cor. X° et XI°), ubi regulariter vocat sacramentum hoc *panem* aut *calicem* et numquam ac-

*Scriptural authorities.*

cidens sive nichil; cum hoc dicit evangelium quod *ille panis aut calix est corpus Christi aut sanguis*, ideo cum scriptura non potest falsificari (ut fingunt heretici), patet quod utrumque de hoc sacramento debet concedi. Hoc autem sacramentum non est ydemptice vel ypostatice corpus Christi; et per hoc tolluntur omnes instancie,

2. Cod.: et nichil. deest. 15, 18, 21. accidencia; cod : activa. 29. sanguis; cod.: signis.

30. Decr. III pars, distinct. II, cap. XLII. 33. I. Cor. X, 16, 17; XI, 23, 26, 27, 28.

que syllogizantur syllogismi expositorii, quia vel sunt contra fidem scripture vel ex racione diversitatis signanda sunt vilissimi paralogismi. Sic enim conveniebant Christus et Baptista preco suus in sentencia, quando primus dixit quod *Baptista fuit Helias* et propheta; secundus autem negavit ad sensum equivocum quod Elias fuerat vel propheta, et ita (ut dictum est diffuse alibi) ex uno latere cavenda est ydolatria et ex alia detestanda blasphemia, cuius testificans declaracio est scriptura.

Our symbol is inferior to that of the O. T. (the paschal lamb), but our sacrament excels that in significance.

Sequitur autem in textu Apostoli: *Etenim pascha nostrum ymmolatus est Christus.* Quamvis autem pascha vel pasce dicatur equivoce, tamen in proposito accipitur pro agno, filio Dei infiguratus. Unde sicut Christus semel pro semper intravit in sancta nec est eius introicio repetenda (ut patet Hebreorum IX°), sic est de ymmolacione huius agni Dei fideliter senciendum. Ipse ergo dicitur autonomatice *pascha nostrum*, et licet agnus paschalis in natura sua precellebat sacramentum nostrum quod accipimus in memoriam veri agni, tamen figuraliter et ad sensum misticum hoc sacramentum misticum excedit sacramenta veteris testamenti. Oportet enim figuram datam rudi populo ad credendum Messiam venturum esse magis sensibilem et naturaliter plus propinquam suo figurato quam oportet memoriale in lege gracie quod sit sacramentum memorans idem corpus. Non enim est tale memoriale sacramentaliter memorans corpus Christi quin sit vere et realiter idem corpus Christi, sed modum quo est corpus Christi oportet fidelem attendere. Nam unio illa sacramentalis est maxima citra ypostaticam unionem; sicut enim secundum regulas Augustini mistice et non corporaliter Christum comedimus, sic hoc sacramentum sacramentaliter est sed non ydemptice corpus. Non enim dixit Veritas illum agnum pascalem esse corpus suum sicut panem istum dixit esse corpus suum, et hec est sufficiens racio diversitatis quare secundum debemus concedere sed non primum. Ideo argumenta ydiotarum a simili deficiunt in hac parte.

The sacramental union is not hypostatic.

3. Cod.: vilissime perlogissimi. 23. Cod.: sensibile. 31. Cod.: Augustine. 32. Cod.: comedemus.

4. Matth. XI, 14; Joh. I, 21. 10. I. Cor. V, 7. 31. S. Aug. III. De Doctrina Christiana Opp. tom. III, 52. Epist. XIV ad Bonifacium Opp. tom. II. Ep. XCVIII, 9. Cf. Serm. sec pars., pag. 453.

*Keeping the feast is eating the Sacrament, which implies the spiritual eating of Christ's body;*

Tercio conclusionaliter hortatur Apostolus: *Itaque*, inquit, *epulemur non in fermento veteri neque in fermento malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis et veritatis*. Ex quo videtur Apostolum intelligere per epulacionem manducacionem corporalem sacramenti manducacionem spiritualem corporis Christi in sua natura principaliter implicentem, ac si diceret: Epulemur hunc panem sacramentalem memorialiter, non in veteri peccato sed in statu gracie innovato. Fermentum autem malicie est peccatum hominis in se ipsum; oportet enim ex lege peccati omnem peccantem primo peccare in se ipsum, et hoc est innaturalis nequicia. Debemus autem epulari in virtutibus facientibus vitam sinceram quoad mundiciam et vitam veram excludendo fraudes contra proximos, ne quis in negocio circumveniat fratrem suum, quoniam vindex est Deus in omnibus istis, et per consequens vir talis duplex animo comedens sacramentum hoc in memoriam Salvatoris et proditorie accumulat sibi iram Dei.

*and this must be in virtue and sincerity.*

*All the circumstances of the passover may be expounded as signs of the Eucharist.*

Et possunt notari omnes circumstancie in esu agni pascalis (ut notat Gregorius) et exposui ad sensum tropologicum in esu huius venerabilis sacramenti. Sic enim Apostolus alludit tam sensui allegorico quam morali, quia vetus fermentum est vetus homo cum accidentibus suis. Azimus est homo virtuosus, nova conspersio est hominem innovari particulariter memoria passionis Christi. Assumit ergo Apostolus vulgarem parabolam quod parum veneni inficit totam substanciam rei munde; Fol.
ideo iuxta historiam Exodi XII° sicut | Judei moniti 260ᵃ
sunt in esu agni evacuare de domibus suis vetus fermentum, secundo quod sint solum azimis instaurati, et tercio quod molerent farinam evacuato furfure, et quarto quod ipsam spergerent aqua, reducendo in pastam, ne evolaret sed oportune fieri posset in modica quantitate; correspondenter mistice debet homo primo penitencia laboriosa rimari domum anime, ne fermentum peccati inibi sit repertum; ad quam laboriosam rimacionem secundo consequitur quod sit virtutibus instauratus quod est ipsum esse azimum. Talis enim panis est cibus anime. Sed oportet tercio molere granum frumenti,

*Mystical interpretation of the preparation of the bread.*

11. Cod.: legi; ib. Cod.: peccaverit. 21. Cod.: tropicum. 33. Cod.: pergerent.

1. I. Cor. V, 8. 21. S. Gregorii, In Evang. lib. II, Hom. XXII.

recolendo subtiliter Christi passionem, et sic quarto simpliciter comedere carnem et bibere eius sanguinem (ut docet Salvator Johannis VI$^{o}$). Quando enim homo interior ista devocius memoratur, spiritualiter pascitur longe laucius quam homo exterior quantumcunque lautum cibarium anxius comedendo; et tunc intus Christus per graciam fit eius membrum, quia *qui adheret Deo unus spiritus est.*

Sed oportet ad dictum conglutivitatem excludere furfur laxativum et subtilitati noticie commiscere caritatem cum timore filiali, quia hoc est aqua purissima sapiencie qua redigitur lex ad mandatum de dileccione; et supportatur onus Christi ut leve compendiosissimum et viaticum utilissimum viatori.

Et hec racio quare, sicut in lege veteri festinanter parabant pascha tale ad esum in transitu maris rubri, sic mistice debemus festinanter parare nobis hoc spiritualiter edulium, dum viamus ad patriam. Et hec racio quare hoc sacramentum vocatur viaticum. Si autem hoc sacramentum sensibile faciliter et compendiose habere possimus memoriale mentale, quod est sufficiencius et compendiosius quam sensibile sacramentum, et ita tota ista epistola Pauli reduci potest ad formam sillogisticam in hunc modum: cum omnes viantes debent preparare et comedere agnum pascalem, ad sensum misticum debent expurgare vetus fermentum, ut dicit maior textus; sed cum Christus finis tocius huius figure sit taliter immolatus, sequitur tercio quod debemus diligencius ad sensum expositum epulari. Et patet syllogismus cum suis premissis ex sensu Apostoli.

The sacrament prepares us for our journey to heaven as the passover did the Jews for their Exodus.

## SERMO XXVI.

*Omne quod natum est ex Deo vincit mundum.* I$^{a}$ Joh. V$^{o}$, 4.

The new birth.

Beatus iste Johannes tractans specialiter de dileccione Dei et proximi dat in epistola ista principium quo foveret ista dileccio et removet obstaculum quo extingueretur potissime. Premittit ergo nativitatem qua homo ex Deo nascitur virtuosus, et illa nativitas exprimitur

16. Cod.: pascham. 18. patriam deest. Addidi. 37. Cod.: postissime.

8. I. Cor. VI, 17. 31. Dominica prima post Pascha. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 289—291.

crebrius in scriptura. Cum enim homo ut sic habet noviter Deum patrem et noviter sanctam matrem ecclesiam, signanter dicitur ex Deo nasci noviter. Patet istud Johannis III°, 3 quomodo oportet hominem *nasci denuo* (ut Veritas explicat Nichodemo) et Joh. I°, 12: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Hoc autem licet sit hodie parvipensum, est tamen virtute maximum, quia I. Joh. . . . . scribitur, cum *filii Dei sumus et nondum apparuit quid erimus, scimus quoniam cum apparuerit et similes ei erimus.* Tercius autem locus explicatur: Ista nativitas est caput huius capituli in quo docetur a signo quis est spiritualiter natus ex Deo. *Omne,* inquit, *quod natum est ex Deo vincit mundum;* in qua proposicione ut compendiosius includatur uterque sexus non dicit: Omnis homo natus ex Deo sed, sive vir sive femina ex Deo nascitur, vincit mundum. Potest autem intelligi in utroque sexu racio cuiuslibet virtuosi, quia virtuosum quodlibet oportet originaliter ex Deo nasci. Per *mundum* autem intelligitur res mundana alliciens occasione peccati proprii et instinctu diaboli ut res mundane domino Jesu preponderancius diligantur. Quando autem racio ista refellitur, mundus vincitur; et ista est racio potissima qua extingueretur caritativa dileccio. Ideo oportet quemcunque viantem hoc impetum primitus removere.

We conquer the world when we love Jesus more than worldly things.

Faith enables us to do this.

Unde sequitur modus medii per quod potissime ista victoria compleretur. *Hec est,* inquit, *victoria que vincit mundum, fides nostra.* Oportet autem in construccione spiritualis castri fidem supponere et cum omni spirituali edificio ipsam erigi, quia nullus viator quicquam boni perficit si non fide, ut patet Hebre. XI°, 33: *Sancti per fidem vicerunt regna* etc. Nec est resistencia mundo, carni sive diabolo, si non fide; ideo movet Apostolus . . . . *quod simus in omnibus sumentes scutum fidei.* Ideo signanter dicit Evangelista quod victoria qua mundus vincitur est fides ecclesie. Hec est causa sufficiens, et causa effectualiter hostes spirituales convincens est fides posita in effectu.

6. Cod.: reciperunt. 7. Cod.: licet sic. 8. Joh. sequitur lacuna in cod. 20. Cod.: aliciens. 21. Cod.: mundana. 33. Cod: Apostolus I° (primo?); sequitur lacuna.

9. I. Joh. III, 2. 27. I, Joh. V, 4. 34. Eph. VI, 16.

He who believes Jesus to be the son of God must love him or be a hardened devil.

Explicat autem tercio iste philosophus particularius quod explicavit confusius, incipiens a primo et plus necessario articulo fidei: *Quis est*, inquit, *qui vincit mundum nisi qui credit quod Jesus est filius Dei.* Qui enim perfecte credit Christi divinitatem et complete superaddit sue incarnacioni eius conversacionem et non mollitur vel inclinatur a caritate est diabolus induratus. Potissimum ergo medium huius victorie est credere perfecte et explicite Jesum esse verum Deum et verum Fol. 260[b] hominem | . Et multi nomine christiani dicunt se istud perfecte credere et tamen turpiter et infideliter deficiunt in radice; si enim credimus quod Salvator noster ad exemplandum nobis iter ad patriam sic viavit, quomodo cum hoc sic ab eius semita erraremus? nam exorbitando in Deum et hominem blasphemamus et preponendo viam diaboli ipsum vel instrumenta sua pro Deo nostro infideliter adamamus.

Christ's example in purging His church.

Et ex ista radice cepi originem ad dicendum quicquid de statu ecclesie in castris scolasticis sepe dixi. Supposui enim ut fundamentum fidei quod Jesus Christus sit verus Deus et verus homo; et illi secundo addidi omnia facta sua et dicta in evangelio vel alibi expressata. Et tercio supposui quod omnia illa scripta vel facta sunt ad ecclesiam viancium instruendam. Et ex illa radice triplici processi ad conclusiones particularius explicandas, et primo instar Christi incepi ab ecclesia cleri sui. Ipse enim Matthei XXI° in adventu suo ad Jerusalem maxime memorando statim ivit ad templum et errores pullulantes ex avaricia sacerdotum primitus expurgavit. Cum ergo omnis Christi accio sit nostra instruccio, patet quod nos facere debemus similiter. Sumpsi autem pro radice in ista materia Christi pauperiem, secundum quam dominus mundi summe dives ad intra et dives super toto mundo tam ex titulo status innocencie quam ex titulo ypostatice unionis fuit cum hoc ad exemplacionem sue ecclesie et specialiter superiorum de clero sine aliqua repugnancia summe pauper. Patet ex fide sui Apostoli II. Cor. VIII°, 9.

17. Cod.: adiamus. 18. In marg.: Nota stabile fundamentum. 1, 2, 3. 25. Cod.: processessi. 27. Cod.: Ipsa; ib. in marg.: Nota. 30. In marg.: Conclusio notanda.

3. I. Joh. V, 5.

Authority of O. T. against endowments.

Cum autem Jesus sit noster Deus tam legis nove quam veteris, assumpsi ad hoc triplex testimonium ex utraque. Nam Numeri XVIII°, Deuteronomii X° et Ezechielis XL° Deus precipit quod illi de tribu Levi non habeant partem hereditatis cum cetero populo suo. Si ergo clerus legis veteris qui fuit allectus per bona temporalia, ut introductorie serviat Deo suo, fuit tam arte preceptus carere possessione hereditaria, quanto magis tempore legis gracie mundo senescente et die finalis iudicii propinquante?

Authority of N. T.

Ex novo autem testamento sumpsi triplex testimonium sepius replicatum. Primo est illud Luce XIII°, ubi dominus utriusque testamenti Christus Jesus sic alloquitur suos discipulos; sensum autem ad quem renunciarent suis temporalibus docet optime vita Christi et suorum apostolorum conversacio ab ista regula exemplata.

Secundus locus testificans eandem sentenciam est istud Luce XXII°, 25: *Reges gencium dominantur eorum, vos autem non sic; sed quicunque voluerit inter vos maior esse sit aliis magis servus*, ut colligitur ex factis Christi et aliis evangeliis.

Tercius locus est dictum Christi Matthei XX°, 22, ubi cognatis Christi primatum temporalium per matrem suam petentibus Christus hoc negavit, implicite concedens illis pauperiem passionis et declarans consequenter quod tam ipse dux belli quam illi primatum talem aufugerent et ministerio summo humano humiliter et exemplariter subiacerent. Cum ergo isti articuli fidei non possunt ab aliquo impugnari et manifeste precipiunt abdicacionem secularis dominii a clero Christi, patet quomodo secundum Christi ordinacionem totus clerus debet a tali temporalium possessione penitus expurgari. Satis quidem est quod totus clerus quanto mater nostra indiget in viando vivat pure de decimis et oblacionibus, sicut vixerunt sacerdotes maioris ministerii in veteri testamento.

3. In marg.: 1°; ib. Cod.: Deuter. XVIII°; Rect. X°, 8. 4. Cod.: Ezechielis XLIV°. 12. In marg.: 1; ib. Rectius Luce XIV°, 33: *Qui non renunciat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus.* 18. In marg.: 2. 23. In marg.: 3. 26. Cod.: pauperem. 27. Cod.: tam ipse — quam illi dux belli (sic). 28. Cod.: humanis.

20. Matth. XX, 26.

The Church cannot have peace until it follows Christ's ordinance.

Et unum sepe prenosticavi et adhuc prenostico quod ecclesia numquam erit sine perturbacione notabili, antequam Christi ordinacio que tantum hiis diebus despicitur ad institucionem secundum formam primariam sit reducta. Tres autem patriarche in legum confinio scilicet Christus, Baptista et Paulus pro ista sentencia zelaverunt. Christus summum caput ecclesie tam verbo quam opere licet enim non mendicavit a fratribus (ut pseudo blasphemant in ipsum) nec dedit se manuali laboricio, quia fuit continue melius occupatus, tamen notando omnia temporalia sive vescibilia vel aliter usibilia que pro viacione sua cepit de ecclesia, longe copiosius eidem ecclesie de temporalibus ministravit. Fecit enim duplex convivium (ut patet Matthei VI° et VIII°), in quorum uno saciavit quinque millia hominum et in alio quatuor millia exceptis fragmentis remanentibus, cum quibus multus populus poterit saciari; et patet calculantibus quod nec ab ipso nec a suis apostolis pro convivacione tot vescibilia sunt sumpta. Tributum autem solvebat cesari et nemini cum suis apostolis fuerat onerosus.

Christ gave more temporal gifts than he accepted.

The Baptist was burdensome to none, Paul was content with little.

Baptista autem secundus patriarcha vixit in heremo de melle silvestri et locustis cum tegumentis de pilis | (Fol. 260c) camelorum et sic nulli ecclesie viancium fuerat onerosus. Tercius autem patriarcha *vas eleccionis* fuit de parcis *alimentis et tegumentis* simplicibus *contentatus* (ut dicitur I ad Tim. VI°, 8), ymmo communicando cum avaro populo vel egeno vixit de laboricio manuali (ut patet Actuum XX°). Si autem non licet scandalizare hos tres patriarchas in isto, quia hoc est blasphemare in Deum, patet quomodo clerus Christi debet in populo conversari.

Belief in the incarnation a specific against spiritual enemies.

Ex istis convincitur quomodo tiriaca convincens tres hostes anime foret effectualiter credere incarnacionem domini Jesu Christi. Quia autem hec fides supponit humanitatem et deitatem unitas ypostatice in eodem supposito, ideo Johannes ostendit primo multipliciter quod Christus sit homo. *Hic est*, inquit, *qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus.* Nam nemo debet vere et non fantastice baptizari per aquam nisi fuerit

1. In marg.: Prenosticacio. 7. In marg.: 1. 13. Cod.: talibus. 18. Cod.: conviacione. 21. In marg.: 2. 25. Cod.: contentatis; recte: contentus.

32. tiriaca, theriacum, antidotum. Cf. De Officio Pastorali, pag. 16. 37. I. Joh. V, 6.

Christ's baptism a proof of His manhood,

verus homo. Christus fuit baptizatus per aquam (ut patet Matthei III° et Luce III°), fuit igitur verus homo. Fuit enim baptizatus, non quia indiguit lavari a crimine vel expurgari a macula corporali, sed ut suam humanitatem ex sua baptizacione ostenderet nobis, ut fratres suos ad baptismum duplicem incitaret et ut aquam tactu sue beatissime carnis sanctificaret. Et quotlibet istorum cum circumstanciis sibi adiacentibus indicat Christum esse verum hominem.

as is also the shedding of His blood.

Secundo probatur idem per hoc quod Jesus effundendo pro nobis suum preciosum sanguinem tam in venis quam arteriis tam vivus eciam quam mortuus cum sensacione maximi doloris moriebatur vera morte, que solum homini potuit competere: Fuit igitur verus homo. Et istas duas raciones intelligit Johannes *per aquam et sanguinem.* Ideo Johannis XIX°, 33—35 dicitur signancius: *Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui ista vidit testimonium perhibuit.* Quia ergo indigemus absolucione et redempcione, ideo fuit nobis Christus, et *Jesus Christus,* quia multipliciter unitus, et *Jesus,* quia tirannide diaboli nos salvavit. Et nota quod ter nominat Johannes *aquam* et bis *sanguinem,* quia aqua baptismi nos lavit, aqua lacrimarum nos meruit et aqua lateris nos inebriavit, non una vice sed amore caritatis ac dulcedine premii celestis; bis vero interpolacione notabili cruentavit, scilicet in circumcisione et passione sudando, flagellando et vulnerando passive, totum tamen censetur una cruentacio, sicut et una passio; unde in circumsisione dedit patri arras pro mercato et in passione effundendo totum sanguinem solvit et plenum precium pro humano genere redimendo.

Aqua ergo ter nominata signat baptismum Trinitatis, et sanguis bis nominatus signat imperfectum sacramentum circumcisionis utriusque, cum fuit Christus auctor sicut utrumque a latere sui iam mortui emanavit, indicans quod habebat divinitus secundum naturam superiorem virtutam aliam regitivam; contra naturam

6. ut aliquam in cod. 16. Cod.: dicit. 21. Cod.: indigemus. 26. meruit; incerta lectio; Cod.: m'mt; ib. Cod.: una vitis. 29. Cod.: suadendo. 30. Cod.: sensetur. 33. Cod.: generi. 38. Cod.: divinit'.

24. I. Joh. V, 6.

quidem est quod exeant ab homine iam mortuo tam sparsim aqua et sanguis tam mirifice separati. Spiritus autem assumens sibi corpus fantasticum caret totaliter istis signis, ideo signanter dicit Johannes quod Christus *non venit in aqua solum sed in aqua et sanguine.* Aqua enim posset illusione diaboli in concavitate corporis instagnari, sed sanguis necessario generatur ab anima, et spiritu vitali in quo viget eius potencia circumfertur. Ideo ista duo sic unita in Christo vere indicant corpus humanum ac eius animam. Sed quia efficacius probant vivi quam mortui, ideo tercio principaliter adducit Johannes testimonium Trinitatis ad probandum utramque naturam ypostatice copulatam: *Et Spiritus*, inquit, *est qui testificatur quoniam Christus est veritas.* Nam essencia divina que est tota Trinitas est spiritus, ut patet Joh. IV°, 24: *Deus*, inquit, *spiritus est;* et ipsa testatur Christum esse verum Dei filium naturalem et per consequens veritatem (sicut ipsemet dicit Johannis XIV°). Approbat enim Trinitas frequentibus miraculis Christi facta. Cum ergo Christus arbitratur se esse verum Deum et hominem, ut patet veritas huius arbitrii, aliter enim esset Christus blasphemus et hereticus manifestus, tunc autem spiritus increatus non eum tam multipliciter approbaret. Sed tota ista testificacio patet expressius ex testimonio Trinitatis. Ideo dicit Johannes pro causa quia *tres sunt qui testimonium dant in celo: Pater, Verbum et Spiritus Sanctus, et hii tres unum sunt.* Pater enim testatur Jesum esse filium suum dilectum (Matthei III°). Verbum eciam testatur de se ipso quod sit idem essen-
Fol. 260d cialiter Deo patri. *Ego*, inquit | , *et Pater unum sumus* (Joh. II° et Joh. XVI°). Quod Verbum sit eadem natura cum Spiritu Sancto sed prius origine, patet ex hoc: *Si*, inquit, *abiero, mittam eum ad vos.* Sed tercio Spiritus Sanctus testatur in columbe specie (ut patet Matthei III°) totam Christi conversacionem et bine persone prioris testificacionem; et ista est summa auctoritatis concordia, cum hii tres sunt essencialiter unum summum.

The water and blood indicate His body and soul.

Witness of the spirit; that is, the Trinity.

Et quoad eius humanitatem *tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua et sanguis, et hii tres unum*

1. Cod.: exiant. 2. Cod.: nnifice. 5. Cod.: sed in aqua deest. Addidi. 7. Cod.: sanguinis. 11. Cod.: vivi deest; ib. cod.: dicit tercio. 31. Recte: Joh. X°, 30. 38. Cod.: humanitatis.

13. I. Joh. V, 6. 26. I. Joh. V, 7. 33. Joh. XVI, 7. 38. I. Joh. V, 8.

The three earthly witnesses: The spirit, i. e. the soul of Christ; the water poured forth in weeping and in His passion;

*sunt* (ut habet litera Augustini). Spiritus autem est anima Christi quam inclinato capite moriendo tradidit Deo patri (ut patet Johannis XIXº). Quamvis autem spiritus assumpserit sibi corpus, non tamen animatur, ut ex fide evangelii de Christo credimus. Aqua vero quam effudit tam varie, testatur veram Christi humanitatem. Effudit enim aquam tribus vicibus, lacrimando (ut patet Johannis XIº) in suscitatione Lazari (Luce XIXº), in flendo per Jerusalem, et in passione (ut testatur evangelium Apostoli Hebreorum Vº, 7) *cum clamore valido et lacrimis offerens preces Deo, exauditus est pro reverencia sua.* Et correspondentur ad fletum hunc triplicem, tripliciter legitur spiritum tradidisse, primo post eius creacionem uniendo ipsum corpore (Luce Iº), secundo in passione tradendo spiritum Deo patri (Johannis XIXº), et tercio remittendo in resurreccione (ut patet Rom. VIIIº). Cum autem sit Deus in tota ista transmutacione invariabilis et necessario agens omnem operacionem ad extra, patet quod omnibus hiis tribus vicibus tradidit spiritum Jesu Christi, et correspondenter tribus vicibus emisit aquam de suo corpore, quod soli homini potuit competere. Primo (ut dictum est) in tripliciter lacrimando, secundo in passionis articulo aquam cum sanguine esudando. Si enim secundum philosophos ychor miscetur cum sanguine in cruentacione hominis naturali, multo evidencius emanavit cum sanguine in exsudacione Jesu Christi. Et tercio effudit aquam cum sanguine iam mortuus lanceatus (ut patet Johannis XIXº). Et quelibet ista aque effusio testatur veram humanitatem domini Jesu Christi.

the blood.

Tercius autem testis est sanguis quem effudit tripliciter (ut patet ex dictis); et testatur Christum esse verum hominem non spiritum corpori fantastice copulatum. Et (ut Augustinus exponit) hii tres testes in terra effectualiter uniuntur testificando veram Christi humanitatem. Quando enim tres testes concordant, unum in testimonio possunt dici; istud autem triplex testimonium probat Christi humanitatem, cum nichil habet animam racionalem quam Johannes vocat spiritum nisi homo, nec angelus

5. Cod.: evangelio. 14. Cod.: corp. 22. Cod.: et tripliciter. 24. icor cod.; cf. De Ben. Inc. 40. 37. Cod.: probat twice. 39. Cod.: nisi angelus.

1. Cf. Aug. Contra Maximinum Arianum, Opp. tom. VIII, pagg. 725, 726. 22. S. Aug. l. c.

They bear witness not only to Christ's manhood, but to His divinity and our redemption.

lacrimatur nec corpus fantasticum emittit sanguinem. Et hii tres non solum testantur Christi humanitatem sed nostram redempcionem et eius divinitatem. Nam per hoc quod anima descendit ad inferos disrumpendo claustra diaboli, et per hoc quod sanguis et aqua simul exierunt de latere Christi iam mortui, notatur nostra redempcio, et cum nullus pure homo habet potestatem sic emittendi aquam et sanguinem de suo latere, patet Christi divinitas, et sic iste triplex testis simul reddit testimonium ad hec tria. Cum ergo accipimus testimonium hominum qui possunt mentiri ad probandum legaliter facta abscondita, quanto magis debemus acceptare pro veritate plus patula duplex Dei testimonium triplicatum. Nam hoc triplex testimonium in terra cum non possit sic testificari, nisi ex divino spiritu naturaliter moveatur, patet quod est Dei testimonium; ideo dicit Johannes quantum ad testimonium tam divinitatis Christi quam eius humanitatis: *Quoniam*, inquit, *hoc testimonium Dei, quod maius est, quoniam testificatus est de filio suo;* hoc, inquam, duplex testimonium triplicatum est testimonium Dei (ut patet ex dictis). Et hoc idem testimonium testatur de Dei filio quod sit verus Deus et verus homo et per consequens gemina substancialis natura. Et ultimam racionem Johannes exprimit per hec verba: *Qui*, inquit, *credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se.* Ex quo textu multis videtur quod racio ista innuitur: Omnis homo tenetur credere illud quod cedit ad honorem patris sui et eius utilitatem, sed omnis homo tenetur esse filius Trinitatis, ergo omnis homo tenetur credere Trinitati, sed tota Trinitas testatur supradictam sentenciam (ut prius ostenditur), ergo omnis homo tenetur hanc credere. Nec dubium quin ista sentencia omni homini cedit ad modum et honorem.

He who believes has witness in himself and needs no other.

Qui ergo credit in Filium Dei fide caritate formata, habet in se testimonium Trinitatis, ymmo cum quelibet creatura sit in Deo, habet in se aliud triplex testimonium quod est Dei; et patet quod non oportet fidelem preeminere, testes citare vel examinare ad probacionem huius sentencie, cum habeat tam vivax et efficax testimonium in se ipso, et sic ista testificacio excedit omnes probaciones politicas.

4. Cod.: disrupendo. 8. Cod.: omittendi. 24. Cod.: per deest. 27. Cod.: illud deest. 32. hanc twice. 40. Cod.: poleticas.

18. I. Joh. V, 9. 24. ib. 10.

## SERMO XXVII.

*Christus semel passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia | eius.* Iª Petri II°, 21.

Fol. 261ª

How we ought to follow in Christ's footsteeps,

Ista epistola (sicut multe alie) docet quomodo debemus imitari Christum in modo vivendi. Et in diversitate istius sequele patet nequicia tocius ecclesie militantis. Nam Joh. . . . . scribitur: *Exemplum dedi vobis ut, quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis;* et Iª Cor. XI°, 1: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi;* et Iª Petri II°: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Si ergo tanta Christi precepcio et tanta vasis sui doctrinacio et tanta passionis sue excitacio non movent ad sequendum Christi vestigia, non video quin inmobilis cum istis paribus sit dyabolus incarnatus. Planissima quidem sunt dicta Spiritus Sancti quod omnis viator debet omnimode sequi Christum.

to gain heaven,

Si enim volumus celum adquirere, cum *ipse sit via* (Johannis XIV°, 6) sine qua nemo potest celum attingere, patet quod necessitamur sequi vestigia huius ducis.

and avoid the perils that surround us.

Iterum, cum necessitamur per viam periculosam hostibus multiplicibus incedere, patet quod oportet nos refugium huius inquirere, et iterum, cum via sit lubrica, undique caribdi vallata et sine sequela huius lucis periculosissima tenebra circumsepta, patet quod fidelis cupiens quietari sine lapsus gravi periculo . . . . splendenciam huius lucis, ideo Joh. . . . . dicitur: *Modicum lumen in vobis est, ambulate dum lucem habetis, ut non tenebre vos comprehendant.* Et patet quod contempnentes ista vestigia sunt infideles in diaboli devio desperati. Cum ergo ista sit brevissima, clarissima atque tutissima, patet cecitas deviancium qui semitam istam spernunt et specialiter cum argucia exemplacionis huius finis: Christus dux belli fidelium tot sit passus, qui enim frustrare nititur opera recta terreni hominis est culpandus, multo magis qui in tantum sui perniciem nititur frustrare blasfeme Deum et hominem.

3. Cod.: Petri III°. 9. Cod.: ego Petri. 19. Cod.: vestigia deest. Addidi; ib. Cod.: duc'; ducatus (?). 24. Cod.: circumcepta. 25. splendenciam huius lucis; hic verbum excidisse videtur. 26. Joh.; sequitur lacuna in cod. 28. Cod.: contempnente. 29. ista scil. via sive semita.

1. Dominica secunda post Pascha. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 292—294. 7. Joh. XIII, 15. 26. Joh. XII, 35.

Pastor autem iste fuit tam innocens et faciens cuncta opera sua ad regulam quod *peccatum non fecit* in aliquo, et per consequens cum nec diabolus nec hostis aliquis nocet homini si non ex devio sui peccati, patet quam securum est sequi semitas tanti ducis. Et si requiratur certitudo promissi, ipse est veritas prima, *in cuius verbis non potest dolus aliquis reperiri.* Ideo Joh. X° (ut recitatur in evangelio hodierno) dicit Christus *se esse bonum pastorem* oves suas fidelissime diligentem;

Christ the good shepherd.

ipsas enim perditas per devium perscrutatur, ipsas infirmitatas scabie celesti medicamine plene sanat et ipsas per pascua semper virencia tute muniat; et tamen propter defectum imitacionis Christi oves racionales in manus luporum incidentes, quia per multa capita et sectas infidelissimas oberrantes;

Danger of dividing his fold.

unde tota nitencia ecclesie debet diversitatem istam destruere et unitati ovilis et simplicitati pastoris intendere. Stat autem huius pastoris imitacio specialiter in paciencia sue iniurie, quia *cum malediceretur* obprobriosissime, econtra *non maledicebat*,

His example of patience.

sed pro suis hostibus exorabat, et *cum pateretur* penam acerbissimam quam hostes sui iniustissime et ingratissime inferebant, *non comminabatur* humanitus quod redderet illis pro sua iniuria vices suas, sed (ut patet Joh. XVIII°) quando ipsos prostravit uno intuitu mitissime osculando Judam gratis se obtulit cruciandum. Et sic (ut dicit epistola) *tradebat se ipsum* Pilato *iudicanti se iniuste* timore cesaris et favore heresis Judeorum.

We moderns fear to speak the truth of the Gospel.

Et in isto capitulo sunt multi moderni tam milites quam alii omnium nacionum. Hii enim timent similiter dicere veritatem evangelicam propter timorem brachii secularis et hii plus timent dicere veritatem fidei scripture propter prelatos cesarios, et utrobique subiugantur servituti diaboli *timentes, ubi non erat timor.* Nam *peccata nostra ille ipse Jesus noster in corpore pertulit*, de quanto penam et satisfaccionem suam in corpore suo pro peccato humani generis *in ligno* sustulit. Sicut enim in ligno peccatum inobediencie primi hominis iniuste florebat, sic fructus obediencie secundi Adam in ligno crucis arido dependebat. Peccatum enim sepe

4. Cod.: ex divino. 10. Cod.: infirmitates. 14. Recte: sunt incidentes. 17. Cod.: simplicitate. 19. Cod.: et obprobriosissime econtra maledicebat. 39. Cod.: ari$^{do}$; ib. Cod.: dependeat.

2. I. Petri II, 22. 7. Joh. X, 14. 18. I. Petri II, 23. 33. Ps. LII, 6. 33. I. Petri II, 24.

sumitur pro hostia, pena vel satisfaccione hominis pro peccato, et sic dicitur in textu Petri: *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, cuius livore sanati sumus.* Sicut enim primus homo *faciendo sibi perizomata* de peccato erubuit, sic secundus homo christiani generis livorem penitencie percussionibus penalibus pro nobis sustulit, ut erigentes caput pro complecione iusticie confortemur; et ita sicut primus homo cum suo genere timuit detegere, asserere vel defendere pro sua macula veritatem, sic secundus homo auderet cum suo genere pro complemento iusticie in radice destruere falsitatem.

This is the test whether we are alive to righteousness.

Unde evidencia est de quo genere sunt viantes, per hoc quod sunt veritatem aut falsitatem divine vel diabolice defendentes. Causa autem finalis huius commutacionis fuit ut *peccatis mortui iusticie vivamus.* Tunc enim homines mortui sunt peccato, quando quoad obedienciam dyaboli et consensum peccati sunt corrupti vel | causam inobediencie Deo non vivifice defendentes; (Fol. 261b) et tunc *vivunt iusticie,* quando cordati in causa Dei defendunt iusticiam Dei sui.

*Eratis enim* pro tempore commissi primi criminis *sicut oves errantes* sine pastore; partes sui corporis unientur, cum diabolus rapit, dividit et disperdit. Christus autem econtra colligit, continuat atque unit; quando ergo genus humanum habuit pro suo duce principem tenebrarum, nimirum in devio erraverunt; sed quando tunc tempore gracie *conversi sunt ad pastorem* ecclesie et *animarum episcopum* dominum Jesum Christum, debent relicto Antichristi devio intendere concordie pacifice viam eius.

Christ is bishop of souls, not of worldly dross.

Christus autem est episcopus non siliquarum vel stercorum mundane substancie sed secundum dona virtutum et gracie *episcopus animarum.* Et sicut anima in subtilitate distat a corpore, sic Christi episcopatus distat ab episcopis per mundanos perversis. Primo enim ad tempus successerunt episcopi per Petrum, Clementem et sanctos alios loco Christi, sed a tempore quo relicta Christi imitacione atque pauperie intendebant maioritati seculi et mundi diviciis, perversi sunt sub doctrina et

11. Cod.: audiret. 20. Cod.: vivut. 31. Cod.: vim. 35. Cod.: episcopatum.

4 Gen. III, 7 20. I. Petri II, 24. 28. ib. 25.

dictu scolastico Antichristi. Ideo erubescerent de evangelio quo christiani precepti sunt in fide scripture tam crebro et communiter sequi Christum. Concludunt enim sibi patencius ex priori professione fidei et sequenti in opere.

The devil, the vindicator of God's justice will punish wicked prelates,

Istam autem metam argucie notat diabolus et ducit finaliter ad eam sed vendicacione callida iusticie Dei sui singulos qui sibi finaliter serviunt et complete. Non enim posset diabolus concludere hominem vel dampnare nisi in virtute prime iusticie cui oportet ipsum invitum paciendo penam sui domini subservire; cum prelati contencionum, non episcopi animarum, cancellant in pluribus, Christi sentenciam non sequuntur, cavendum est cunctis Christi fidelibus sed precipue regibus, principibus et terrenis dominis, ne participent eorum crimen. Potest enim esse quod ad tantum adversentur Christi vestigiis sequentes diabolum, quod tam se ipsos quam seculares dominos ex consensu nephario ducant et precipitent ad infernum. Docet enim Petrus Iª Petri IIº quod christiani singuli et prelati precipue debent in moribus sequi Christum. Sed Christus (ut docet Cephas) *cum malediceretur, non maledicebat*, prelati autem presumunt maledicentibus maledicere et hoc (quod turpe est dicere) propter observanciam legis Christi. Ideo si in malediccione peccare vel errare non poterunt (sicut fingunt), audeo dicere quod peccare non poterunt in aliqua causa mundi.

Kings must beware not to share their guilt.

They sin in cursing the innocent.

Cum ergo tam crebro peccant excommunicando et maledicendo insontibus, timendum est mundi principibus ne ex consensu defensorio participent eorum criminibus. Iam enim cecatum est regnum Anglie ultra cetera, ut quicunque in excommunicacione duraverit ultra quadraginta dies ex auctoritate regis et regni carceri mancipetur. Hoc enim nec fundatur in lege Domini nec papali. Sed corrigunt simplices de suis temporalibus et ut includant seculares dominos in culpis gravioribus, excecant regnum, ut ad onus suum fideles sui legii taliter onerentur. Cum enim papa explicat multos casus in quibus excommunicatus debet excommunicacionem

Evil of the law which imprisons the excommunicate.

1. Recte: ductu. 7. Cod.: mendicacione. 9. Cod.: homini. Hic locus corruptus esse videtur. 12. Cod.: causellant. 30. Cod.: nec ex. 31. In marg.: Nota contra incarceracionem excommunicatorum per quadraginta dies. 34. Cod.: mancipentur. 35. Cod.: corrigent.

22. I. Petri II, 23.

pro suo perpetuo tolerare, et hii secundum legem quam in regnum nostrum induxerant debent post quadraginta dies pro tali excommunicacione detrudi in carcerem, manifeste sequitur quod rex et regnum nostrum facti sunt in casu tortores pauperum, quia faciunt sicut debent. Sed quis rex, princeps vel compos mentis in regno non horreret tantam nequiciam motam?

The remedy is an appeal to the king from excommunication.

Est autem propter salvacionem regni et extinccionem nequicie Antichristi quedam evangelica medicina, quod licet cuicunque legio regni nostri ab excommunicacione tali cuiuscunque sacerdotis regni nostri ad regem et eius consilium appellare. Et fundatur super omnes appellaciones factas ad Romanum episcopum, quod sanctus Paulus diu post conversionem suam in causa fidei pro defensione sui corporis et utilitate ecclesie appellavit ad cesarem (ut patet Act. XXV$^{o}$); non (inquam) appellavit ad papam Petrum, licet fuerit sibi propinquior, nec ad summos episcopos legis veteris sed ad regem Romanum, licet tunc reputatus fuerit infidelis; et milites licet pagani ipsum duxerunt incolumem anxie et sumptuose per terras et maria usque Romam (ut patet ex fide Actuum apostolorum).

He should make the bishops justify their action.

Que ergo racio diversitatis fingi poterit quod non licet fidelibus Anglicis appellare ad regem fidelem per tutelam ministrorum suorum non paganorum in causa tam racionabili per episcopos adinventa, specialiter cum rex et regnum auctorizarent ultra excommunicacionem talem iniustam incarceracionem subdole introductam propter quam tam rex quam regnum tam corpore quam anima perdi posset. Cum ergo rex habeat omnes episcopos et clericos regni sui suos ministros sumptuose conductos, vocare debet ipsos ad tale consilium, si habeant evidenciam, unde iustificare poterunt excommunicacionem huiusmodi atque legem, et Deus ex sua gracia cum defensione ac focione procerum regni nostri providebit sibi de ministris fidelibus | qui convincent stulticiam legis huius atque facti. Nec dubium quin ad regem et miliciam suam pertinet in tali casu cognoscere, quia pertinet ad eos consensum talem

Fol. 261$^{c}$

8. In marg.: Nota medicinam contra talem incarceracionem. 9. In marg.: I. 10. Cod.: regis nostri. 12, 13. Cod.: appellaciones deest. 15. et utilitate — sibi alia manu in textu scriptum. 33. Cod.: si; recte: et si.

16 et seqq. Cf. Serm. sec. part., pag. 416, 422—424.

nepharium precavere: ergo pertinet ad eos, cum possunt corrigere, ne ex omissione dampnentur errore huiusmodi, communicare.

The king must have this right

Iterum, iuxta argumentum Augustini Deus perfecte donans regi regni custodiam donat sibi quod pertinet ad eius tutelam, quia aliter illaquearet regem in rete diaboli. Sed sensus publice iniurie et eius auctorizacio in regno sonat maxime in eius perdicionem duplicem, et eorum destruccio maxime sonat ad eius tutelam et stabilicionem; ergo rex potens in ministris suis hec facere principaliter debet ad ista tendere.

*a)* for the good of his kingdom;

Iterum, nullum dubium quin reges et milites debent Deo in puniendo inimicos eius taliter ministrare. Et hec racio quare Augustinus dicit quod *rex est vicarius Dei et episcopus vicarius Jesu Christi;* prior enim debet vindicative et posterior passive procedere. Et ex istis elicitur talis racio: appellare est de iniuria facta a superiori habente ad hoc potenciam per Antichristum postulare; sed omnis talis iniusta excommunicacio legii regis est eius iniuriacio et rex est excommunicante superior habens ad corrigendum potenciam; ergo ad regem in tali casu est licitum appellare. Unde idem est episcopum talem potestatem regi precludere et eius regalia proditorie tollere et in fauces diaboli ante quam Antichristus ipsum tradere. Notorium quidem est quod incarceracio que est quedam mors licenciam originalem habebat a regibus, et iterum notorium est quod nulli reges christiani nisi fuerint proditores Dei et profundati tyrannide darent licenciam suis presbyteris ad incarcerandum suos legios, quia faciunt sicut de lege Dei debent; ideo presbyteri presumentes hoc facere offendunt proditorie in regaliam Dei et regis. Unde Act. IV°, 19 quando apostolis preceptum est sub gravi pena quod non ulterius predicarent in nomine Jesu Christi dixerunt: *Si plus obediendum est Deo quam homini vos ipsi iudicate.*

*b)* because he is God's vicar and the superior of the bishop.

Imprisonment is of the king's authority.

Nec sacerdotes legis veteris maledicti presumpserunt in casu isto incarcere homines, ut audent prelati. Nimium ergo est quod tantum diminuerant in regibus seculare dominium, licet non auferant illis fidem et sequestrent eorum potestatem, post quam beatitudinem mererentur.

4. S. Aug. Opp. IX, 282, 464 (?). 14. S. Aug. Epp. CLXXXV. Opp. tom. II, 651. Cf. Trialogum, pag. 297.

Bishops return evil for good, like their father, the devil.

Per hoc enim manifeste ostenderent cuius sunt servi et filii. Diabolus enim secundum legem suam semper reddit malum pro bono, et sic sui filii, si pro bono dotacionis et ampli dominii secularis patronis suis reddiderint istud malum. Nec dubium quin incarceracio ista non sit fundabilis in scriptura sed tradicio peccatoris satane et tradicio morti pro purgacione ecclesie, sicut fecerunt Petrus et Paulus, sed prelati cesarii carent huiusmodi potestate; ideo dicitur quod, quia evangelizare nesciunt nec volunt addiscere, ideo ad extollendum suum venenosum dominium incarcerant plus tyrannis. Et idem

Friars too imprison their brethren wrongfully.

est iudicium de sectis novellis incarcerantibus fratres suos; unde quidam sagax politicus fertur dixisse quod rex et regimen debent iure poli sub pena dampnacionis perpetue appellacionem ab excommunicacione huiusmodi approbare et secundum legem Dei et racionem naturalem quam Deus eis indidit ipsam iustificare conformiter ad evangelium et fovere. Addit eciam quod prelatus cesarius debet excommunicatis iniuste et regnicolis circa istud

Prelates should pay damages to those they have unjustly excommunicated and a fine to the king.

officium occupatis sumptus tribuere et quintam partem sui redditus aut minus vel amplius (secundum quod racioni congruit) dare regi, et facit ad hoc evidenciam ex sapiencia Joseph Genes. XI° qui ordinavit ad elidendum egi peccatorum quod *quintam partem suorum fructuum darent regi.* Quinarius enim racione sue circulacionis numerus superbus dicitur a quibusdam. Et confirmatur legis racionabilitas isto modo: Si licet regi confiscare omnia temporalia sui episcopi propter levem causam, ut quia curatum in sua diocesi revocat a regis servicio et non licenciat eum ut in regis seculari servicio quiete resideat omittens curam officii pastoralis: multo evidencius pro causa Dei et proditoria regis et regni potest rex quintam partem possessionum sui episcopi ad elidendum eius superbiam confiscare. Et hoc foret evidens, si liceret regi ad restituendum ordinacionem Christi omnia temporalia sui episcopi capere in propria potestate. Proditores enim suos in evidencius puniunt gravius non solum in temporalibus sed eciam pena mortis. Rogemus itaque Deum, ut in causa Dei et salutis anime reges et regna habeant voluntatem et prudenciam legios suos acucius puniendi.

15. Cod.: huius. 21. Cod.: reddatur. 23. Cod.: eligendum; cf. l. 34. 24. egi peccatorum; ita cod. Recte: superbiam. Cf. l. 34. 26. Cod.: superbum. 31. Cod.: omittentes. 39. Cod.: regni.

24. Gen. XLVII, 24.

## SERMO XXVIII.

*Obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere* Fol. 261a *vos a carnalibus desideriis que* | *militant adversus animam.* Ia Petri IIo, 11.

We should spread the law of Christ: 1. by preaching, 2. by conversation, 3. by obedience.

Docet beatus Petrus quod christiani debent non solum predicacione aut sancta conversacione sed humili subieccione diffundere legem Christi. Et defectus huius ternarii indubitanter est causa quare christianismus est hodie adeo coartatus. Si enim contrariorum contrarie sunt cause, et ista tria erant per se causa in primitiva ecclesia quare fides ecclesie fuit adeo dilatata, sequitur per locum a contrario sensus quod defectus eorum sit causa quare fides ecclesie sit nunc adeo coartata. Non enim est aliquis iam conversans in ecclesia a minimo usque ad summum pontificem quin deficiat in aliquo horum trium. Nam clerus deficit in recta predicacione, seculare brachium deficit in sancta conversacione et vulgus deficit in huiusmodi subieccione. Et quia carnale desiderium magis impedit in populo sanctam conversacionem, ideo Petrus incipit cum prudenti modestia ortari, ut populus ammoveat istud calcar: *Obsecro*, inquit, *vos*, hoc est, cum adiuracione rogo. Et nota quod non dicit: Maledico vel excommunico, nisi taliter faciatis, sed humiliter *obsecro*, non propter temporale meum commodum (ut faciunt evangelizantes et excommunicantes moderni) sed propter vestram salutem perpetuam animarum. Sicut enim ista Dei est condicio quod servicium illud desideret pre cunctis illis quod sit utilius servitori, sic evangelizantes qui debent esse Christi vicarii omnino cavebunt ne contra caritatem querant sua commoda, omittentes bonum quod utilius est subiectis.

All these are lacking now-a-days.

We are pilgrims and strangers here.

Petit ergo Petrus instancius ut subditi sui *tamquam advene et peregrini a carnalibus desideriis se* prudenter *abstineant.* Constat quidem ex fide quod omnes viatores pro tempore sue viacionis sunt tamquam advene respectu civitatis huius seculi et peregrini a civitate celesti; nam ad habitacionem istam terrestrem pro brevi tempore

8. Cod.: indebitanter; ib. Cod.: christianissimus. 13. nunc; cod.: non adeo. 21. Cod.: ammovet.

1. Dominica tertia post Pascha. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 294—296.

adveniunt et in comparacione ad habitacionem perpetuam civitatis celestis in valde brevi tempore inconstanter et vane concurrunt. Ideo signanter vocat eos Petrus *advenas et peregrinos.* Advene secundo cavent ne hereditatem vel possessionem perpetuam ultra indigenas sibi accumulent, quia sic inter ipsos et priores terre incolas generaretur invidia; et hec est racio quare sacerdotes non debent in nostra habitabili proprium sed ad servandas possessiones temporales mundanis hominibus debent ut advene hortantes ad civitatem celestis Jerusalem evagari; nec peregrini sunt solliciti de nutricione et ornacione sui corporis sed quantum exigit et promovet necessitas vie sue.

Our body should be the soul's horse, under good control.

Proporcionaliter autem debent viantes et clerici specialiter transcurrere tamquam super pontem pro brevi temporis meditullio istam viam; aliter enim contingeret de facili viatorem substerni tam de selle culmine quam de equo. Anima enim dominans corpori habet sibi ipsi subditum tamquam equum; quod si habeat culmen virtutum, in virtute appetitiva sedet superius ut in sella; carnis autem petulancia prosternit personam hominis ab utroque; ideo dicit Petrus quod carnalia desideria *militant adversus animam.* Sunt enim inter virtutes et carnalia desideria quasi hastiludia, in quibus oportet, plus quam in hiis ludis corporalibus cavere de corporis lesione, a lesione spirituali anime precavere. Debent enim hii spirituales milites servare strenue pro tempore huius milicie strepas suas; quod fit, quando *conversacionem suam inter gentiles servant in statu bonitatis* moralis, et per consequens, quando habent intencionem divine glorie ut strepam dexteram et intencionem edificandi ecclesiam ut sinistram. Finis autem consequens istam miliciam est *ut gentiles* in suo errore *talibus viris evangelicis detrahentes* post suam conversacionem *glorificent Deum* qui dedit talem constanciam servis suis. Hoc enim fiet, quando Deus *visitabit* viventes gentiliter ad fidem ecclesie convertendos, et omnino quando Deus finaliter iudicabit hoc seculum et unicuique mercedem propriam pro sua milicia adaptabit.

4. secundo; cod.: u° (vero?). 8. non debent, sc.: habere. 11. Cod.: peregri. 17, 18. Cod.: celle culmine. 21. Cod.: cella. 26. Cod.: cavetur. 27. Cod.: servant.

23. I. Petri II, 11. 33. ib. 12.

Tunc enim omnes homines vel gratis vel invite glorificabunt dominum Jesum Christum, noscentes quod via sua est rectissima, doctrina sua compendiosissima et premiacio sua iustissima et peramantissima, ut vita perpetua. Ideo signanter dicit Christus Joh. XIV°, 6: *Ego sum via, veritas et vita;* et ita signanter et subtiliter dicit Petrus quod gentiles *considerantes* christianos radicitus *ex bonis operibus glorificent Deum suum*, et tenetur strepa dextera huius milicie.

Humility the foundation of all virtues.

Sed quia humilitas est fundamentum et custos virtutum omnium aliarum, ideo Petrus mandat suis discipulis ut *sint subiecti omni homini tamquam creature*, in qua relucet ymago Dei; hominem enim effecit Deus ad ymaginem et similitudinem Trinitatis (ut patet Gen. I°); et debet fieri ista subieccio non propter questum aut lucrum habendum ab homine sed pure et simpliciter propter Deum et potissime superioribus personam Dei representantibus, sicut *regi* qui debet extollere in execucione iusticie feriendo iniustos et premiando iustos. Sicut enim persona regis | *precellit* quoad mundum, sic concomitante iusticia precellit alios quoad Deum. Ideo signanter Petrus premittit eum et dimittit apostolos, quia intencio sua est nominare personas suas graves ecclesie que direccius Christi indicant deitatem *sive ducibus tamquam missis* a regia potestate, nam, policia secundum Deum servata integra sicut hodie laceratur ex Antichristi stulticia, reges iusti sicut debent precellere quoad honores seculi et timores, sic debent precellere in virtute; et ita duces debent mitti a regibus propter hos fines duplices *ad vindicandum Dei iniuriam de malefactoribus et laudandum Dei iusticiam* ad premiandum moraliter virtuosos. Et patet quantus honor debetur regibus et ducibus sic conservantibus virtutes et destruentibus vicia tamquam precipuis ministris Jesu Christi.

We must submit ourselves specially to those who represent God, and of these the king is chief.

Fol. 262ª

He must be righteous.

Racio autem huius subieccionis humilis stat in isto *quod sic est voluntas Dei ut imprudentes* detractivi non habeant datam occasionem detrahendi vobis ex inobediente superbia, sed pocius *obmutescendi* ex subieccione humillima *quasi liberi* a peccato. Nec obest talis subieccio

4. Cod.: peramantissimam. 13. Cod.: in aqua; ib. efficit. 16. Cod.: lucrum mandavit. 28. Cod.: Sicut deest. 38. Cod.: accionem detrahendi.

12. I. Petri II, 13. 25. ib. 14. 37. ib. 15.

True freedom.

libertati a viciis que est vera libertas, nam libertas fundata in potencia seculi coactiva est *velamen* quoad extra apparens hominibus, stans de possibili cum maxima servitute peccati; et est communiter occasio peccandi, cum non sit per se virtuosa, sed superbie seculi inductiva. Ideo vocatur *libertas malicie* et est nuda valde et periculosa, nisi vera libertas virtutis et subieccionis humilis fuerit concomitata. Ideo non per se laudat Petrus statum huius sed statum humilem in quo contingit seculare dominium propter humilitatis concomitanciam collaudari. Petrus ergo collaudat humilitatem in regibus et ducibus, supposito quod virtutibus fuerit perornata.

All men, even kings and prelates, must be subject to each man.

Et patet quam intricate Romanus episcopus tractat hanc fidem De Maioritate et Obediencia capitulo *Solite*. Nam intencio Apostoli est quod reges et ecclesiastici potissime *sint subiecti omni creature humane* vel homini. Et sic Spiritus Sanctus vere intendit quod omnis vians subiciatur alteri, eciam sibi ipsi secundum spiritum (et ista doctrina est universalis omni homini sed maiori in ecclesia ut viro apostolico et pape precipue attendenda, cum Christus fuit subiectus cesari, ducibus, suis apostolis, eciam sibi ipsi); qui vero non obediat sic tam maiori quam minori, est infideliter indispositus ad cognoscendum fidem scripture. Deus enim obedit homini et maior quoad Deum subicitur alteri, et quoad corpus secundum racionem spiritus subicitur sibi ipsi et multo evidencius domino seculari. Unde periculosum et stultum videtur hoc evangelium Petri sic exponere: „*Subiecti estote omni* „*humane creature*, hoc est, non debetis omni humane „creature esse subiecti quocunque binario de humano „genere annotato; et sic intelligitur quod fecit Deus „duo luminaria magna: luminare maius, hoc est, papam „tamquam luminare maius ut preesset diei, id est clericis, „qui diei, id est clero subdito, eructat fideliter verbum „vite, et luminare minus ut lunam vel cesarem qui se- „cularibus subiectis iudicat in Deo scienciam terrenorum". Ista enim exposicio se ipsam inficit, scripturam sacram

The fiction of the two lights.

10. Cod.: domini dominium. 11. Cod.: collandi. 14. Cod.: hunc fidem. 16. Cod.: humani. 18. Cod.: ipsi subici. 22. Cod.: Qui vero non deest; ib. Cod.: et sic. 28. Cod.: sicut. 30. Cod.: esse deest.

16. I. Petri II, 13. 14. Decretal. Gregor. IX., lib. I, tit. XXXIII, cap. VI. 32. Cf. Decret. Innocentii III, cap. *Solitae* in Corp. iur. can. ed. Friedberg, II, pag. 198.

impossibilitat et a sensu Spiritus Sancti infatuat; unde a probabili videtur fidelibus quod sensus talis sit periculosus atque hereticus, quia secundum Jeronymum qui scripturam sacram aliter intelligit quam Spiritus Sanctus flagitat hereticus est censendus. Sed tam in testamento veteri quam novo fuit ista scriptura intellecta fideliter, quando nulla talis sentencia de papa cesario est exorta. Sed unum videtur et scripture consonum quod luminare maius sit vir apostolicus pauperior, humilior et fidelibus ceteris servicior; quod a tempore dotacionis (ut dicitur) nulli pape cesario competebat. Ideo quid isti fidei evangelii Petri et patriarche Jerosolimitano? non enim pertinet directe sed repugnat isti fidei scripture quod papa, patriarcha vel aliquis prelatus cesarius sit maior in populo quoad mundum.

According to Scripture the greater light is he who is poorer and more serviceable than all the rest.

Maiores ergo in clericis debent esse in maiori vel humiliori ministerio magis secundum . . . ., id est, ad Dei honorem et ecclesie obedienciam plus ministrantes, secluso ab eis seculari dominio ut veneno; sed seculare dominium debet seculi potentatibus concomitante virtute et gracia reservari; ideo subiungit Petrus: *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate.* Omnes (inquam) homines honorate tam superiores quoad mundum vel Deum quam eciam nosmet ipsos, cum Apostolus precipit . . . . *ut sitis invicem honore prevenientes.* Et istud fit reccius, quando supra bestias sive divicias honor racionabilis creature honorato impenditur; nec hinc repugnat sed pocius ex fide consequitur quod talis honor includit societatem, cum Paulus et Barnabas fuerunt socii Petro, Johanni Evangeliste et ceteris qui in caritate perfeccius dilexerant fratres suos. Ideo absit quod Petrus includit repugnanciam in verbis suis quoad istam sentenciam, sed conformiter ad Paulum intendit quod propter timorem Dei debemus honorare reges et principes secundum honorem qui | eis convenit et sic honorem dare cuilibet fratri nostro secundum quod dictant regule legis Christi; non est in isto quaternario data per opposita, cum tam debemus

Secular power should belong only to laymen.

Fol. 262b

11. Cod.: nulle pape cesarie. 17. secundum. Hic verbum excidit. 24. Cod.: superiore. 25. precipit; sequitur lacuna in cod.

3. Hieroymi Comm. in Jesa. I, cap. I, vol. IV, pag. 25 (ed. Domin. Vallarsius, Venet. 1766). Cf. Trialogum, pag. 243. 21. I. Petri II, 17. 25. Rom. XII, 10.

Deum honorare quam regem timere et econtra, verumptamen licet unicuique rei quam timemus et honorificamus, debemus proporcionalem et congruum timorem et honorem tribuere, et quia regi debemus explicite (inest facto supra alios) honorem tribuere, ideo dicit Petrus: *Regem honorate.*

All truth is in the gospel, but some (e. g. mathematical) only implicitly.

Et in isto labore in equivocis multi stolidi ex ignorancia logice seducuntur. Ydiote quidem non solum ignorant equivocacionem latentem in generibus (ut dicitur VII° Phisicorum) sed ampliorem equivocacionem in analogicis explicatam, ut lex evangelica in sua analogia dicit quamlibet veritatem, modo quo loquitur Augustinus, poñens in scriptura sacra, ymmo eciam in evangelio, esse quamlibet veritatem. Sed noverunt philosophi quod dupliciter potest veritas esse in evangelio, scilicet explicite vel implicite; explicite sicut veritas signis adequatis et propriis in evangelio expressata, ut ista veritas: *In principio erat verbum*, implicite autem veritas que in evangelio includitur et non sic signis propriis expressatur ut ista veritas geometrica: Omnis triangulus habet tres angulos equales duobus rectis cum sibi similibus in evangelio isto includitur: *Omnia per ipsum facta sunt.* Sed non dubium quin implicite et non explicite sit veritas ista evangelica nominanda.

Ignorant men fancy there is a contradiction when words are used in different senses.

Unde in ista analogia equivoca laborant multi ydiote, contendentes ex ignorancia logice homines contradicere sibi ipsis, ut quandoque dicitur lex humana quecunque veritas de novo humanitus promulgata et quandoque dicitur lex humana decretum hominis culpabile, humanitus sed non divinitus adinventum; sicut autem *leges inique* (de quibus loquitur Ysaias) et sic intelligendum est ecclesia Deum alloquens: *Tu solus sanctus, tu solum Dominus*, et cum hoc sine repugnancia concedens multos homines esse sanctos et dominos.

Et sic equivocant homines in mendicacione, ut quidam vocant mendicacionem innuitivam vel insinuativam vel

4. Cod.: ut quia. 13. In marg.: Augustinus. 16. In marg.: 1; Nota quomodo omnis veritas est in evangelio. 17. Cod.: adequata. 18. In marg.: 2. 20. Cod.: propriis et expressatur.

10. Cf. Aristol. Metaphys. VII, 1. Opp. tom. III, 510 (ed. Acad. Bor.). 13. S. Augustini, Contra Faustum, XIII, 5. Opp. tom. VIII, 254. Cf. De Baptismo contra Donatistas, IX, 98. 18. Joh. I, 1. 31. Is. X, 1.

verbis expressam peticionem èlemosine corporalis; et illo modo concedi debet quod omnis viator mendicat a Domino; immo innuitive vel insinuative dicuntur superiores a suis subditis; sed aptando equivocacionem pertinentem ad statum ecclesie militantis, dicitur quod mendicare est egenum preter titulum mundani debiti contra temporalia pro sua relevacione expressa voce sensibili postulare. Et sic tam Christus humanitus quam reges et principes et omnes viantes necessitantur a Domino mendicare. Et sic est de multis aliis signis analogicis, in quibus ydiote ignorantes summulas stolide fabulantur. Cognoscerent enim inprimis quod triplex est gradus equivocacionis, scilicet in analogis, in generibus, in cuiuscunque sensus discrepacionibus.

Sic enim equivocarunt Dominus et Baptista, quando Dominus dixit Baptistam esse Heliam et Baptista verba illa non sensum Domini abnegavit.

Foolish attack of friars on secular doctors.

Secundo cognoscerent quod ad contradiccionem oportet equivocacionem talem tolli (ut patet primo Elenchorum, III° capitulo); et tercio notarent summulas puerorum, antequam tales inscii corroderent peripsimata scriptorum hominum que ignorant, ut quidam fratres ignari logice peripsimata scolastica corrodentes clamant in scolis quod seculares doctores tamquam sacerdotes accusantes Susannam debent ab invicem separari et tunc statim (ut inquiunt) eorum repugnancia debet nosci.

Their quibbles.

Ignorant quidem hii falsi fratres quomodo ignorancia ex summulis puerilibus debet capi. Ignorant secundo ex nutricione in simiali argucia, in qua ab introitu suo in religionem frivolam educantur, quomodo si doctores instar scripture sacre in verbis equivocant, tunc adulterine tamquam sacerdotes volentes Susannam cognoscere sibimet contradicunt. Sed ignorant tercio nuditatem criminis proprii quomodo duo fratres (ut fertur) unam meretricem simul conduxerant de rapinis quas ab egenis rapuerant, et villa non distante ab Oxonia per decem milia facinus istud percipiens fregit fores et captis fratribus suscepit meretricem in domo stercorum delitentem; et interrogaciones ac confessiones

Counterattack; a recent case of immorality.

6. In marg.: Quid est mendicare? 12. Cod.: famulantur. 15. In marg.: Triplex gradus equivocacionis. 23. Cod.: scolasta; ib. Cod.: sclamant. 27. In marg.: 1. 28. In marg.: 2. 33. In marg.: 3.

16. Cf. Trialogum, pag. 273, 274.

which involved a contradiction.

sequentes est turpe christicolis publicare. Tales enim fratres in eodem lecto fuerunt contradictorii sibi ipsis.

We must beg of God.

Ex ista autem descripcione mendicacionis ad propositum patent conclusiones per quas ad argucias fratrum frivolas respondetur: prima est quod omnis homo necessitatur pro tempore sue viacionis a Domino mendicare. Patet quod *Christus egenus factus est* (II. Cor.VIII°, 9), et per consequens omnis homo qui debet *panem* suum *cotidianum* a Domino pro suo relevamine postulare, et sic verificantur dicta scripture: *Ego autem mendicus sum et pauper*, et multa eis similia que asserunt quod Christus Jesus qui est dominus omnium mendicavit.

Demanding dues is not begging.

Secundo sequitur quod ballivi, domini temporales et reges per ministros suos petentes tallagia a subiectis suis | licet indigeant non autem ut huiusmodi sunt mendicantes, quia preter titulum elemosine ex titulo mundani debiti ista petunt. Fol. 262c

Asking on behalf of others is not begging.

Tercio sequitur quod Apostolus et ceteri petentes pro fratribus suis egentibus non pro relevamine proprio, non sunt ut sic ab illis elemosinantibus mendicantes, quia non pro relevamine proprio ita petunt. Si autem extendatur mendicacio ad quamcunque postulacionem huiusmodi, equivocatur in termino; sicut posset dici quod Christus et omnes beati sui mendicant pro nobis viantibus a se reciproce et a Deo.

Saints in bliss cannot beg.

Quarto sequitur quod Christus non secundum deitatem mendicare potuit, sicut nec beati pro statu sue beatitudinis sunt mendici. Prima pars patet quia Christus non secundum deitatem potuit indigere iuxta illud Psalmi . . . . *Dixi domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Ex qua causali plane sequitur quod Christus non potuit secundum deitatem aliquo indigere. Et secunda pars conclusionis patet ex hoc quod omnes beati sunt ut sic extra statum egencie.

Et per ista patet responsio ad argucias cuiusdam fratris qui mendicacionem suam nititur stabilire. Deficiente enim sibi evidencia ex scriptura ad stabiliendum suum ordinem vere suam mendicacionem mendicat

3. In marg.: Nota de mendicacione et fratrum incepcione sentencia sermonibus XIV° et XVI°. 7. In cod. I. Cor. VIII°; in marg.: Prima conclusio. 13. In marg.: Secunda conclusio. 15. Cod.: sunt deest. 18. In marg.: Tercia conclusio. 21. Cod.: quia deest. 26. In marg.: Quarta conclusio.

10. Psalm. XXXIX, 18. 30. Psalm. XV, 2.

A friar justifies begging from the lives of the Saints.

argucias a scriptis apocrifis de vita beati Martini, beati Cutberti, beati Gregorii et beati Edwardi; in quibus quatuor vitis (ut mendicando mentitur) licet fratribus sicut et sanctis angelis mendicare. Sed constat ex dictis beati Augustini in libro suo de Sermone Domini in Monte quod talia dicta in legendis vel vitis sanctorum apocrifa licet vera, et non sequitur: Talis beatus petit elemosinam pro Christo, ergo mendicat. Nam sic petere elemosinam potest competere non egenis nec pro suo relevamine sed ad relevamen ecclesie militantis; et tunc circa descripcionem predictam beatus huiusmodi non mendicat.

Et si obicitur quod tam Christus quam beati sunt egentes (ut patet Matthei XXV° et Act. IX°), patet quod equivocatur in egencia membrorum et egencia persone proprie. Sic enim fratres occidunt Christum crebrius tam in fratribus suis fidelibus quos occidunt quam eciam in egenis quos spoliant.

His stories do not prove begging, as when angels appeared as men.

Supposito ergo quod relevamen suum vel proprium dicat relevamen persone proprie, patet quod ista obieccio non procedit. Supposito ergo, sicut in lege veteri angeli apparuerunt in persona hominis personam Domini sepius presentantes, sic angeli apparuerunt in forma hominis istis sanctis viantibus elemosinam Dei et ipsorum pro relevamine acceptantes. Sed frater deficit in posteriori argucia: igitur mendicarunt; sed notent historici quomodo angelus qui apparuit beato Cutberto non sic mendicavit sed fuit ab eo obnoxius invitatus, et relicto pane qui fuit nive candidior insalutato sancto domino laborante pro pane calido recedebat.

7. In marg.: Augustinus. 27. Cod.: qui deest.

2. Beati Edwardi i. e. Regis et Confessoris. 4. Vita S. Cuthberti, episcopi Lindisfarnensis ad Edfridum episcopum et fratres Lindesfarnensis insulae († 687) auctore Beda Venerabili ed. in Bedae opp. ed. Smith 227—264. Vita altera metrica ib. 267—291. Vita alia auctore monacho coaevo Lindisfarnensi A.A.S.S. Boll. 20. Mart. III, pag. 117—124. Vitam Edwardi Angliae regis et Confessoris Oct. 13th invenies. 7. Fortasse: Contra Faustum XIII, 13. Opp. tom. VIII, 259: Nec illi audiantur, qui sub nomine quasi secretae et apocryphae veritatis et hominum paucitatis dicunt etc. . . . . Cf. Trialogum, pag. 239: Unde scripta aliorum doctorum magnorum quantumcunque vera dicuntur apocrypha .... 29. Cf. Bedae V. Vita S. Cuthberti cap. II. A.A.S.S. XX. Mart. II, pag. 100.

Friars disguise themselves as angels.

Econtra autem fratres deformantes se bonis angelis penetrant domos, vocatas elemosinas sed rapinas proprius extorquentes. Et sic in legenda beati Edwardi legitur quomodo anulum quem habebat Evangelista ab ipso remisit per quemdam peregrinum Anglie ad Edwardum indicans sibi horam mortis et beatitudinem consequendam.

Fratres autem non reddunt rapinam quam rapiunt nec supererogantes spirituale donum instar Johannis Evangeliste suis beneficis recompensant, ideo deficiente eorum argucia ad stabiliendum quod illi angeli mendicarunt topice suaderi possit ex talibus scriptis ypocrifis quod fratres mendicantes in hoc malis angelis similantur. Nam sicut demones reddentes malum pro bono spoliant bona fidelium per fraudem atque mendacia; sic et ista; extendendo autem nomen mendicacionis ad quamcunque postulacionem insinuativam vel innuitivam egeni, patet quod fratres in mendaciis excedunt limites Jesu Christi nisi forte dicatur quod mendicant in gallico universaliter, petentes quod donentur fratribus pro amore Dei aliqua bona.

Friars beg in French,

perhaps to shew they are Robertines.

Sed ego nescio excusare formam quare sic petant in gallico nisi vel quia sic mendicare in Anglico erubescunt vel ut indicent se esse plurimum Robertinos. Primum autem cum sit meritorium sicut et confessio fieri deberet expresse in Anglico, et quoad secundum non est laus fratribus, cum in prima creacione U r b a n i n o s t r i tam provinciales quam capitales eorum cum suis subditis iurati sunt sibi ut pape fideliter adherere, licet modo tamquam apostate ab ipso infideliter sint divisi. Et patet quod eorum mendicacio non est a Christo vel apostolis exemplata sed tam fide scripture quam racionibus reprobata.

They do not honour the King.

Redeundo ergo ad textum Petri patet quod fratres predicti ut Petrus precipit non honorificant regem suum, tum quia spoliant pauperes regni sui, monstruose edificia conglobando, tum eciam quia facti confessores et consiliarii tam preconsulum | quam eciam dominorum vel tacent vel impugnant fidem evangelicam. Et sic tota

Fol. 262[d]

2. Cod.: penitrant. 9. Cod.: supererogant. 29. Cod: iurate.

3. The story is told in the lectiones of the service for that day. Cf. Sarum Breviary, Lectiones V and VI of the service for the Translatio Edwardi Regis et Confessoris. XIII. Oct.

dissensio regnorum fit ex inequa participacione temporalium specialiter in egenis et ex defectu paciencie evangelice quam fratres debent in publico predicare; patet evidenter quod tota perturbacio regnorum radicaliter stat in ipsis; et patet quod fratres dehonorificant regem suum nisi forte more suo loquantur yronice quod preparant sibi cathedram igneam cum principe tenebrarum. Hii enim procurant et consulunt quod rex auctorizet licenciam in suis conventibus, ut fideles veritatis amatores incarcerent et occidant; nec dubium quin rex si non ab isto crimine resipiscat, edificat ad iehennam.

but disturb the realm.

Iterum, episcopos legios regni nostri pseudofratres episcopi inficiunt et per consequens totum regnum; et hii sunt episcopi demonum, dissensionum et divorciorum in populo cum suis complicibus, quia ad hoc laborant precipue, querentes bona populi sed non ipsos. Et revera quesita medullitus racione legii regis invenietur tales pseudo non esse eius legios sed pocius proditores; nam nec in se nec in suis principibus faciunt hoc viagium regi suo sed dant pape eciam hosti publico regis et regni omnia bona regis que ipsi occupant, licencia regis non petita, et ubi seculares presbyteri regni nostri solvunt regi nobile pro tributo, ipsi licet habeant multiplicata salaria de regni subsidiis, huiusmodi nichil solvunt. Cum ergo simulata sanctitas sit duplex iniquitas, patet quod fratres regni nostri plus alienantur a regis legalitate propter infeccionem et spoliacionem subdolam regni quam alienantur a legalitate regni Francie quod circueunt et devastant. Et tamen ex subtilitate patris sui vendicant de rege ut debitum quod sint confessores eius consiliarii, licet spolient eius thesauros multipliciter et divisionem anime et corporis multorum procerum eciam Cesaris procurarunt, sicut divorcia multorum coniugum satis libere coniunctorum.

Mischief of friar bishops.

Friars instead of paying taxes to the king give to the Pope.

Quidam tamen eorum videntur esse boni et plures habent a Deo naturale ingenium et multa spiritualia dona Dei, si non a veneno patris sui et cathena sui ordinis sint infecti, ut doctor Carmelitarum quem alloquor. Nam a tempore quo habitus huius ordinis fuerat stragulatus usque ad hoc tempus quo iste quatuor

Yet there are friars good men and with good gifts of God as a certain Carmelite.

1. Cod.: in econtra = ico̅ pro ieq. 3. in publico; cod.: ip°. 8. In marg.: 1. 10. Cod.: occident. 12. In marg.: 2; ib. Cod.: pseudofratres. 20. viagium; cod.: magm. viagium = annua pensio ad vitam, usufruit, pension viagere, viage (Du Cange). 21. In marg.: 3. 23. nobile = 6 s 8 d (1/2 mark). 24. Cod.: regno. 31. Cod.: circuierunt.

His arguments.

secte per Robertinos et Urbanitos difformiter stragulantur, non novi fratrem qui in donis Dei supernaturalibus plus excellit, ideo licet ipsum honorem propter racionem multiplicem, excipio tamen honorem veritatis. Ponit enim quod sicut sunt quatuor ordines fratrum, sic sunt quatuor maneries mendicandi; quarum prima quam vere dicit esse dampnabilem est mendicacio ex ignavia, et illa omnes iste quatuor secte participant. Si enim forent plene igne caritatis, sicut erant apostoli, religiosi sequentes vel isti ordines in suis viciis non pocius nunc, quando plus vacant a fructibus spiritualibus quam habundantes in fructibus spiritualibus, mendicarent. Si igitur ignavia, si ignis spiritualis vacuitas, patet quomodo omnes isti ordines sunt ignavi. Sed relicta ista voragine vanitatis notandus est textus Petri quomodo *servi debent esse subditi dominis suis temporalibus eciam discolis,* non faciendo quicquid precipiunt sicut nec implendo quicquid ad quod pseudofratres consulunt. Et istam doctrinam que cederet ad pacificacionem regnorum et comodum dominorum pseudofratres (ut patet alibi) pretermittunt. Timor autem debet esse non solum corporalis sed spiritualis quo principaliter timeant Deum suum.

He condemns begging for sloth.

This is what the orders practise.

## SERMO XXIX.

*Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum.* Jacobi I°, 17.

Spiritual good the best.

Constat ex doctrina Augustini quomodo de tribus modis bonorum bona fortune sunt infima, bona nature sunt media et bona gracie sunt optima. Et quamvis omne bonum creatum a Deo descendit, tamen beatus Jacobus specialiter et sibi pertinenter nominat bonum tercium spirituale; et sicut dare est communius quam donare, sic Deus dat communius homini ista bona triplicia intencione promerendi beatitudinem; que intencio est optima sed donum beatitudinis quod est finis predicte dacionis est perfectum, perfeccior ultima et completa. Sicut enim a circumferencia celesti mediante

1. Cod.: Urbanicas. 8. Cod.: illam. 9. Cod.: religio. 13 Hic aliquot verba deesse videntur. 15. Cod.: voragin.

23. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 297, 829. 25. Dominica quarta post Pascha. 26. Hunc locum in scriptis S. Aug. non inveni. Cf. tom. V, 769.

lumine venit influencia ad totam speram corporalium non econtra, sic in bonis spiritualibus venit vel causatur totus ambitus eorum a patre luminum qui est fons et origo tocius influencie que causatur et in homine redit circulariter ad beatitudinem consummatam.

Error of the Pelagians, who say man may have merit without grace,

Et patet destruccio errorum in ista materia, ut secta Pelagiana dicit quod homo pure ex naturalibus sine data gracia posset mereri beatitudinem, et sic virtutes atque felicitas non descenderent, id est, non causarentur graciose a patre luminum sive Deo. Non enim ymaginandum est Spiritum Sanctum intendere quod hec dona que sunt qualitates descendunt a Deo localiter sed causantur, cum iuxta naturale principium omne causatum ad extra fit a suo principio quod est efficiens et | finis ipse superius in natura.

Fol. 263a

and of the Manichaeans, who attribute all matter to the evil God.

Secunda heresis Manicheorum per hoc tollitur quod quicquid per se causat causam causat eciam suum causatum. Si ergo totum genus spiritualium per se causatur a Deo, eciam totum genus corporalium que causantur a spiritualibus causatur eciam ab eodem. Posuerunt autem Manichei duo principia scilicet deum bonum et deum malum: deum bonum deum spiritualium et deum malum deum corporalium. Seducti autem sunt hii ambo ex errore philosophie et logice. Pelagius autem accepit omne accidens esse rem per se possibilem, et sic Deum non oportere de necessitate absoluta dare graciam spiritui ad hoc quod ad beatitudinem ipsum acceptet. Sed error huius logice (ut dictum est in materia de eukaristia) est causa heresis consequentis. Manicheus autem putavit esse magnum inconveniens Deum bonum causare corpora venenosa ut serpentes et alia nociva homini. Nam eo ipso quod opifex potest et scit bonum facere et facit cum hoc malum, de tanto est culpandus. Deus ergo bonus cum semper scit et potest facere bonum faciendo malum foret racionabiliter increpandus. Cum ergo accio opificis denominatur a suo opere, ut homo faciendo bonum benefacit, sic Deus faciendo mala opera malefacit quod Deo bono non potest competere.

Both errors sprang from false philosophy.

Et hec confirmacio metaphisica per hoc quod bonitas et malicia in eodem subiecto pariter includuntur. Sed bonitas potest esse per se, ut patet in Deo bono, ergo

19, 20. Cod.: que causatur. 40. metaphisica; adde: apparet.

malicia potest esse per se; quod non potest esse nisi infuerit Deo malo. Sic enim arguit Averroys ex hoc quod est dare movens et non motum (ut patet de materiali substancia) et est dare motum et non movens (ut patet de materia prima), quod est dare movens et non motum, quod est Deus vel prima causa. Sic in proposito. Et confirmat Manicheus sentenciam suam ex testimonio multiplici scripturarum: *Terra*, inquit, *erat inanis et vacua et tenebre erant super faciem abyssi, ecce multiplex artificium Dei mali.* Sed certum est quod errores in philosophia et metaphisica induxerunt hanc heresim; unde Augustinus convictus quandoque ex argumentis sophisticis seductus gradatim ordinat creaturas, aliquam magis bonam et aliquam minus bonam. Et decet ac oportet Deum nostrum ordinare creaturas, ut gradibus suis bonitatem eius participent, quia aliter non constituerent universum. Immo concedi debet quod Deus noster facit mala, immo ipsas malicias pene sed non culpe. Sed nimis rudis foret metafisicus qui crederet quod malicia poterit per se esse; malicia quidem pene si est est in punito ad iuste constituendum pulcritudinem universi; et malicia culpe si est est formaliter in peccante, et per consequens Deus bonus ordinat eius subiectum et quod ipsum peccatum sit bonum indirecte faciens ad pulcritudinem universi.

The Manichaean tries to prove his point from Scripture.

God makes evil things,

but the evil that He causes has a good purpose.

Ad primum argumentum Manichei conceditur quod Deus bonus causat omnia corpora venenosa, cum venenum sit bonum atque licet venena nunc post lapsum nocent hominibus, qualiter non in statu innocencie nocuissent; et patet quod assumptum racionis Manichei est impossibile. Deus enim optime facit mala, quia modus faciendi non attenditur pure penes bonitatem aut maliciam rei facte, cum stat virtuosum bene facere rem malam de genere vel viciosum male facere rem bonam de genere; et huius exemplar est quod Deus simul producit creaturam, unam bonam et aliam minus bonam. Sed cum omne malum sit penale vel culpabile, creditur quod Deus nunquam permitteret fieri malum culpabile nisi propter

9. Ecce; in cod.: ex. 10, 11. Cod.: error. 11. Cod.: in induxerunt. 14. Cod.: et aliam minus. 24. Recte: eo quod. 26. In marg.: 1.

8. Gen. I, 2. Averroes, Commentarii in Aristotelis opera (ed. Ven. 1560) tom. IV, fol. 70 et seqq. 12. Cf. S. Aug. Opp. tom. I, 140 seqq. VIII, 552 seqq. X, 1319.

bonitatem libertatis arbitrii et bonum multiplex inde sequens. Nec faceret malum pene nisi peccati malicia antecedit, verumtamen creacio nature peccantis et intencio Dei universitatem suam bonificantis precedunt omnimode malum culpe. Utrum autem Deus posset facere mundum meliorem vel quicquid fecerit modo meliori quoad racionem facti est difficultas in qua non oportet pronunc theologum profundari.

Manichaeus did not recognize the difference in accidental forms between positive and privative.

Quoad secundam racionem Manichei patet quod non sequitur; nam tales forme accidentales simul inexistentes subiecto nullo modo poterunt per se esse, verumptamen quando forme positive quarum neutra est privativa, insunt eidem subiecto et imperfeccior poterit a perfecciori seiungi, multo evidencius perfeccior poterit ab imperfecciori in subiecto aliquo separari, ut si sit dare motum et non movens, multo evidencius est dare perfeccius quod sit movens et non motum (ut arguit Aristoteles). Econtra autem de privativis non est evidencia, et Manicheus istam metaphisicam ignoravit, ut non oportet, si est dare magnum, quia Deum immensum, quod sic est magnum quod non parvum, ergo est dare parvum et non magnum; et sic est de bonitate et malicia et aliis similibus infinitis.

Manichaeus' proof from Scripture recoils on himself.

Quantum ad terciam racionem de auctoritate scripture, patet quod directe militat in oppositum sentencie Manichei, nam quando Genesis dicit: *In principio creavit Deus celum et terram* vel loquitur de deo bono vel de deo malo, cum mixtim non | [Fol. 263b] posset intelligi, si de deo bono, tunc ipse fecit terram que erat *inanis et vacua*, et per consequens fecit quodcunque corpus mixtum medium inter illa; si de deo malo, tunc ipse fecit corpus celeste tam gloriosum et nobile et per consequens omnia sua lumina et influencias per quas orbis regitur sublunaris. Motus autem quo Deus singulariter producit suam fabricam per hoc exprimitur quod apud Deum non est transmutacio nec vicissitudinis obumbracio. Ipse enim manens immobilis cuncta movet (ut docetur VIII° Phisicorum); movens enim perfeccius sine sui variacione

The act of creation does not imply mutability,

4. Cod.: bonifitis. 9. In marg.: 2. 24. In marg.: 3. 33, 34. In cod. sublmaris.

18. Est enim quoddam movens et immobile; Aristoteles, Phys. Auscult. III, 1. Opp. III, pag. 212.

movet cetera, igitur summe perfectum et finis omnium aliorum movet illa omnia sine hoc quod aliquo transmutetur; aliter enim esset perfectibile ab extrinseco ipsum movente. Ex hoc patet quod tam quoad actum extrinsecum non vicissitudine obumbratur. Tunc enim per vices et interpolacionem temporis nunc necessitaret et vellet ad intra et nunc ad extra suam fabricam conservaret; quod est impossibile, cum sit lux actualissima, cuius actus intrinsecus est lucere et opus extrinsecum est lumen sue fabrice conservare. Sed videmus quod lumen corporale decidit in absencia luminosi.

in spite of the philosophers.

Sed contra istud instant philosophi, dicentes quod idem (in quantum idem) semper agit idem, ergo cum ex voluntate antiqua non provenit accio nova, videtur quod nec iste mundus nec aliqua eius pars de novo inciperet, sed (ut dicit error philosophancium) cum Deo eternaliter permaneret.

So soon as time was the world was, generated by the eternal will of God.

In isto lapsu philosophorum oportet theologum metaphysicam cum philosophica sentencia commiscere. Deus enim licet fuit eternaliter ante mundum, non tamen temporaliter, cum iste mundus necessario semper fuit, quia per omne tempus (ut docet Augustinus libro Confessionum); et tamen incepit in principio quod est verbum et in principio temporis quod est instans. Et idem est querere racionem quare iste mundus fuit tam diu et non amplius, et quare in quantitate permanente continua iam est tantus. *Ex voluntate* enim eterna quando sibi placuit *genuit istum mundum*, non quod a voluntate antiqua decidit vel quod voluntatem novam ex voluntate obiecti tunc primo noti elicuit. Et sic est intelligendum de partibus mundi integralibus quoad suam materiam et de partibus suis specificis quoad genus humanum. Itaque *genus est inicium aliquod universitatis create*, quia ex illo cum aliis generibus rerum iniciatur quelibet individua creatura. Verbum autem Dei eternum quod est plenum veritatis, immo ipsa veritas, est Jesus Christus, Dei filius naturalis (ut patet Joh. I° et XIV°); et secundum talem analogiam producimur

3. Cod.: extrincico. 4. tam; rectius tantum leg. esse vid. 5. Cod.: extrincecum. 12. In marg.: Obiectus. 18. In marg.: Responsio. 22. In marg.: Augustinus. 29. Cod.: decidi. 38. Cod.: anologiam.

19. Cf. Trial., pag. 50, 51. 22. S. Aug. Confessionum lib. XI, cap. X. Opera, tom. I, pag. 199. 28, 33. Jacobi I, 18.

per graciam et facti sumus noviter Dei filii et nove quodammodo creature. Verbum autem istud non solum est verbum Dei idem substancialiter Deo patri sed verbum veritatis et gracie, verbum scilicet evangelicum per quod instrumentaliter recreamur.

How we should be disposed to receive light and teaching from God.

Ex istis colligitur, cum Deus semper agit in sua creatura secundum disposicionem que sibi congruit et in creacione dedit homini liberum arbitrium, ut ex disposicione propria reciperet varie influencia a patre luminum, patet cum quanta diligencia homo ad hoc se disponeret quoad Deum. Ideo docet Jacobus quod *omnis homo debet esse velox ad audiendum* divinam sentenciam *et tardus ad loquendum* quodcunque nisi quod a Deo audierit diffinitum. Homo enim est naturaliter vas primi luminis receptivum, sed unus est magister scilicet verbum Dei a quo oportet omnem doctrinam primo recipi; ideo nisi instigetur per doctrinam huius luminis reticebit, et patet salubritas doctrine Jacobi quod omnis homo quantumcunque sciolus debet esse velox ad audiendum verbum Dei, cum ministerium plus ignorat de fide quam nescit distincte, et per idem reprimendo superbiam debet esse tardus ad loquendum quamcunque sentenciam, cum stulte se ingerere ad diffiniendum aliquid quod Deus in ipso non loquitur sapit blasphemiam. Et cum passiones anime ut ira specialiter ad hanc spiritualem influenciam disponunt, patet quomodo homo generaliter debet esse *tardus ad iram.* Debet enim homo quandoque irasci, et sicut non debet loqui nisi quando ex instinctu Domini agitatur, sic non debet irasci nisi quando ordinacio Domini reversatur; et tunc generaliter ire Domini conformatur, de qua ira loquitur Psalm. IV°, 5: *Irascimini et nolite peccare.* Alia autem ira qua homo ex superba blasphemia irascitur, dicitur ira viri, sed prior dicitur ira Dei; ideo de ista secunda dicitur: *Ira*, inquit, *viri iusticiam Dei non operatur.* Talis enim ira oculum interioris hominis conturbat et sic in disponendo ad intuitum veritatis excecat, et sic facit non solum iusticias Dei omitti sed iniusticias diaboli sepe committi. Et patet quod nemo vindicaretur de quacunque iniuria,

Our passions interfere with this disposition.

11. In marg.: Nota. 26. In marg.: Nota. 28. Cod.: loqui irasci. 31. Cod.: confirmatur. 32. In marg.: Ira duplex. 34. Cod.: ia; recte: ira. 35. Cod.: non deest. 37. Cod.: non secundum.

12, 27. Jacobi I, 19. 34. ib. 21.

nisi de voluntate Dei revelacionem et certitudinem habuerit specialem.

Wars and quarrels are against the law of God.

Ex quo patet quante bellantes, excommunicantes et militibus altercantes sunt contrarii legi Dei *propter quod abicientes omnem immundiciam* mentis ebetantem | intellectum et *habundanciam malicie* procedentem in opere intellectum hominis excecantem *in mansuetudine suscipite verbum fidei quod Deus inserit* tanquam molliciem ad figuram cere disponentem. Sicut ergo semen est insitum et virtute magnum licet fuerit modicum quantitate, sic est de verbo fidei (ut patet Hebr. XI°). Ideo debet accedens ad scolam fidei in mansuetudine primo credere, cum mansuetudo sit quedam tractabilitas ad obediendum nature supra hominem, ut est Deus et per consequens ad obediendum fidei, sicut cere mollicies disponit ad recipiendum impressionem sigilli. Tale autem verbum fidei est salvificum animarum, cum *nemo vincit mundum nisi qui credit quoniam Jesus est filius Dei* (ut dicitur I Joh. V°, 5). Nec dubium quin si homo vincit hostem vincet diabolum atque carnem.

Fol. 263c

Private religion not a gift from the Father of lights.

Circa hanc epistolam dubitatur utrum privata religio sit datum optimum, descendens a patre luminum, per quod anima fidelis disponitur ut salvetur; et videtur quod non, quia tunc exprimeretur in aliquo verbo evangelico quod aliqualiter continet quamlibet veritatem. Sed cum Deus necessario agit ad extra secundum capacitatem subiecti, sanctis prioribus magis capacibus religionem istam prius insereret; quod cum non fecit, patet quod preter patrem luminum religiositas ista habuit alienam originem. Non enim in toto evangelio fundatur tacite vel expresse nisi (ut loquar yronice) in isto Matthei ultimo: *Ite, docete omnes gentes.* Voluit enim Christus quod, quando eius discipuli erant plene instructi, non incarcerentur claustraliter intra parietes, sed irent in orbem universum ad evangelice prodessendum ecclesie, nec haberent ad proprium claustrum reditum, cum Christus habuit nichil suum tygurium.

Orders fail in excess 1. of number,

Et si dicatur quod claustralis nutriant suos discipulos, patet quod deficiunt in numero et in modo. Christus

3. Cod.: quante twice. 16. Cod.: singuli. 21. In marg.: Dubium. 23. In marg.: 1. 26. Cod.: ad exempla. 38. Cod.: maturat suos.

4—7. Jacobi I, 21. 21. From here is the tract "De Religione Privata II", printed by Buddensieg, pag. 524. 32. Matth. XXVIII, 19.

enim nutrivit soles duodecim quorum duodecimus scilicet Scarioth fuit pessimus. Que ergo blasphemia quod patronus peccabilis nutriat multa millia? Numquid est sufficiencior et sapiencior Jesu nostro qui ad ponendum mensuram in grege pusillo istum duodecimum permisit perire? Quot ergo milia credendum est peccare gravius in talibus conventibus quam peccarent in seculo, cum Scarioth cum magistro prudentissimo et collegio sanctissimo ita fecit.

2. of traditions.

Et quantum ad modum, patet quod per tradiciones suas multiplices excedunt infundabiliter legem Christi. Cum ergo libertas atque facilitas illius legis debet observari in suis limitibus, videtur quod presumentes sic stabilire hos novos ordines culpabiliter temptant Deum. Nemo enim debet quicquam facere nisi quod ex divina revelacione et doctrina scripture fuerit sibi notum prodesse ecclesie. Sed ex neutro istorum est notum prelato vel suis obligatis quod talis inclaustracio foret eis utilis vel prodessens ecclesie; ergo debet omnimode reticeri. Sic enim secundum Jacobum homo debet esse *tardus ad loquendum*, quod non loquatur aliquid nisi alter istorum duorum modorum habeat evidenciam sic loquendi; ergo multo magis in religione perpetua, ubi foret magis periculum quam in levi loquela.

Sermons on frivolous rites are not as the oracles of God.

Et quantum ad loquelam nedum Jacobus sed beatus Petrus ortatur: *Si quis loquitur*, videat que loquatur, *quasi sermones Dei.* Ubi ergo possunt fundari sermones de habitu corporali, de victibus et aliis signis frivolis que ultra regulam evangelicam observantur? Immo substancia regule que ordinatur esse perpetua confundatur; grave quidem videtur quod christicole quibus Deus dedit disposiciones tam dispares sint ultra obligacionem Christi tam anxie obligati. Idem enim videtur sic obligare servos Dei et more primi apostate innuere quod Antichristus habet potestatem ultra Christum disposicione mentis tribuere et correspondenter ad illas generaliter novas regulas stabilire. Unde (ut sepe tetigi) in omnibus talibus privatis ordinibus evagatur consilium Antichristi; nam fratrifactor vel procedit imperative vel consultive vel seductive, quia nulli vel pauci sunt quos fiendi fratres rogant ut

1. Cod.: nutrivit celos. 3. Cod.: notandum est. 26. Cod.: ne quis loquiatur (sic). 39. Cod.: insultive.

26. I. Petri IV, 11.

Danger of advising a man to become a friar.

pure titulo elemosine faciant illos fratres. Primum autem membrum foret luciferina presumpcio et secundum coincidens cum tercio foret stulta et presumpta seduccio. Nemo enim fratri suo consuleret nisi ad illud de quo est certus Spiritum Sanctum consulere. Sed nullus frater non inspiratus ad hoc scit Spiritum Sanctum consulere, ut homo quem alloquitur fiat frater; non ergo debet sic nude ad illud consulere.

Maior patet ex hoc quod nemo debet specialiter in hiis que concernunt salutem anime voluntati Domini contraire, cum notum sit quod, consulente spiritu Domini ad salutem et spiritu religiosi privati consulente ad contrarium et sic ad dampnacionem, foret Antichristus expresse quod contra regulas caritatis quibus *diligeret proximum ut se ipsum* procuraret stulte fratris sui dampnacionem.

Many incur worse damnation through entering orders.

Nec dubium, cum multi fiunt de sectis istis privatis qui ea occasione gravius sunt dampnati, ut est in baptismo atque ceteris virtu | osis operibus (a quo lex Christi consulit), videtur stultum et periculosum ad tales privatas vitas sine fundamento consulere. Si ergo talis fratrifactor debet esse *tardus ad loquendum* eciam in illo quod est scripture sacre sentencia, multo magis in tam periculoso debet consultor ponere custodiam ori suo. Quam rogo excusacionem haberet in die iudicii de dampnato? Christus enim eligens Scarioth dedit sibi graciam secundum presentem iusticiam, et ille occasione mala accepta ex malicia propria gravius est dampnandus, et tales consiliarii sic non possunt; ideo cavent prudentes in hiis que concernunt salutem vel dampnacionem anime dare consilium.

Fol. 263d

Recruiters for orders are the devil's procurers.

Ex istis videtur quod multi augentes religiones privatas sunt in hoc procuratores diaboli et sui proximi seductores. Communis autem christiana religio est cercior, melior et levior quam privata. Qua ergo fronte consiliarius Antichristi consuleret ad periculosius gravius et imperfeccius Christi consilio pretermisso? Unde quidam describunt religionem christianam communem, quod est illa quam Christus precipit, cuius proxima regula est in suo evangelio expressata, ut in illo (Luce XII°, 35): *Sint lumbi vestri precincti* obligatur quilibet christianus

6. Cod.: sit Spiritum. 9. Cod.: spiritualiter. 10. Cod.: consernunt. 12, 13. Cod.: ad contrare (ad contraire?). 17. Cod.: dubium quin. 24. Cod.: periculo. 30. Cod.: consernunt. 35, 36. Cod.: consuliarius. 38. Cod.: communionem.

ad observanciam castitatis. Christus enim more suo dat apostolis singulare principium quod vult esse immediata regula suis fidelibus consequenter. Sed quidam dompnus describit communem religionem christianam quod est religio pure obligans naturam racionalem ad observanciam decem mandatorum, excludendo ab huiusmodi obligacionem ad observanciam trium principalium consiliorum Christi de paupertate, castitate et obediencia, et quod religio privata sit religio essencialiter obligans naturem racionalem ad observanciam tam mandatorum Dei quam eius trium principalium consiliorum et accidentaliter obligans eandem ad observanciam preceptorum et consiliorum per sanctos patres promulgatorum; et iste dompnus more monachorum intricate loquitur et diffuse. In hoc tamen quod tanto explanat suam sentenciam est laudandus.

A certain monk says that the common religion of Christ binds to the observance of commandments, but private religion also to the observance of Christ's counsels.

Quoad primam descripcionem patet quod implicat hos dompnos esse dampnabiles, quia excludit eos a religione simplici christiana; quam si non observent contenti precise suis privatis religionibus, indubie dampnabuntur. Et patet assumptum ex hoc quod iuxta has descripciones communis religio christiana et religio privata forent contrarie (ut patet ex multis particulis descripcionum), melius ergo foret concordare has duas religiones, sic quod prior religio sit Christi compassibilis et substrata fundamentaliter ad eandem.

Item, eo ipso quod communis christiana religio obligat ad observanciam mandatorum, obligat ad observanciam Christi conciliorum, cum eorum observancia laudabiliter sequitur ad observanciam mandatorum. Et eo ipso quo aliqua regula obligat ad antecedens, obligat formaliter ad quodcunque sequens ex eodem. Si enim quis diligit Deum *ex toto corde*, *ex tota anima et tota mente*, tunc observat paupertatem, castitatem et obedienciam Deo suo. Castitatem quia illam Christus precipit cuilibet christiano, paupertatem quia aliter non diligeret Deum ex toto corde nisi imitetur in paupertate voluntaria Dei. Ipse enim dicit Matth. V°, 3: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Illa ergo paupertas spiritus

Obligation to the commandments involves obligation to the counsels.

3. Cod.: regulam. 4. Cod.: dompnuus. 7. Cod.: obligacione ad observancia. 11—13. Cod.: et accidentaliter — consiliorum deest. Addidi e textu "De Rel. Privata". 14. Cod.: iste dēpci'. 18. Cod.: dampnos. 20. Cod.: precisi. 21. Cod.: quod in quantum.

33. Marci XII, 30.

que est optima est ad beatitudinem requisita. Et quantum ad obedienciam manifestum est quod Christi consilium loquitur de obediencia servanda Deo atque prepositis ymmo cuilibet conviventi. Ait enim: *Deus obedit voci viri* (Josue X°, 14) et laici obediunt voci viri evangelici predicantis.

The monk shuts out all seculars (priests and laymen) from obeying Christ's counsels.

In hoc ergo iniuriatur nobis iste dominus quod excludit seculares tam presbyteros quam laycos a Christi consiliis observandis. Nam tunc licenciaret nos ad carnis petulanciam qualemcunque ad inobedienciam nostris prepositis aut ad temporalium cupidinem ampliandam. Et tunc omnino secularium foret vana religio. Sed non credamus taliter stolidato sed observemus regulam religionis nostre quam habemus in evangelio expressatam. Si enim debemus observare ista consilia, tunc Deus obligat nos sub pena amissionis premii ad ista concilia observandum, et per consequens non debet a secularibus vel religionem communem Christi servantibus excludi observancia istius triplicis consilii christiani.

If observance of the counsels is essential to private religion any monk who breaks one destroys his religion.

Et quantum ad secundam descripcionem patet quod ipsa multipliciter sapit calumpniam. Si enim privata religio obligat quemquam ad mandata sive concilia, tunc enim est de essencia illius religionis quod ipsum obliget ad eandem, et per consequens repugnat quod religio talis servetur in monacho nisi ipsum obliget ad observanciam istorum, et per consequens quociens vel quamdiu monachus prevaricatur vel deficit ab observancia istorum trium conciliorum expirat sua religio. Tunc omnes religiosi privati continue forent apostate. | Fol. 264ᵃ

Yet all the religious are defective in some point.

Qui (rogo) sunt de illis religiosis, qui non declinant a mandatis Domini vel non deficiunt in observancia istius triplicis consilii christiani? Considerarent, inquam, quod iuxta illud sequeretur quod repugnat monacho fornicari, quod sit inobediens suo preposito, et ad iniuriam ecclesie accumulent sibi dominia sive divicias, vel quod peccet; et tunc indubie non foret aliqua privata religio. Nam si esset, tunc religio in subiecto aliquo observatur et per consequens descripcio que ponitur esse de religiosis talis essencia. Nulla quidem religio essencialiter obligat ad illud quod non potest esse, sicut nec monachus obligatur suo abbati mortuo existenti diabolo iam damp-

5. Cod.: viri deest. 8. Cod.: tam deest. 21. Cod.: capit.
35. Cod.: accumilant. 39. Cod.: nulla qui quidem. 41. Cod.: diabolus.

nato; et per consequens talis privata religio non essencialiter se obligat alicui preposito conversanti. Ideo si ista frivola religio quemquam obligat, tunc solum accidentaliter obligat, sicut solum accidentaliter est; et si valeat, accidentaliter obligat quemlibet christianum. Oporteret ergo hunc dompnum studere ad quem actum et a quo tempore ac circumstanciis individuatum religio sua obligat; et realius accedendo quomodo observat secundum legem communem Christi hoc triplex consilium? Non enim valet sophisma quod nullus talis religiosus dissolvit suum ordinem de possibili, quia si est talis religiosus, habet illum ordinem subiective servatum in se ipso et per consequens manet integer non solutus; et per consequens manet religiosus perfectus ut prius, quia si religio illa deficit, tamen manet irreligiosus apostata. Et per consequens talis religiosus non tunc dissolvit suam religionem, quia tunc non est religiosus nec sua religio.

These chatterers charge contradiction just because they do not understand the elements of logic.

Tales multas instancias posset logicus diffuse facere contra sentencias stolidorum qui tamquam titinillus simulant repugnancias doctorum et nec scientes summulas nec leges equivocorum sive oppositorum nesciunt construere codicem elenchorum, sed detegentes in scriptis suas diffiniciones invenirent ex deteccionibus logicorum quod quodlibet verborum suorum alteri sit repugnans.

It is argued 1. that private religion gives God fuller worship; 2. that Christ and His apostles belonged to a private order; 3. that the orders do not differ essentially.

Arguunt autem ad stabiliendum excellenciam sui privati ordinis multas mardosas argucias. Primo sic: Quia religio privata ex racione sua intrinseca essenciali ordinatur ad cultum Dei ampliorem quam communis religio christiana, ergo est illa perfeccior. Potenciorem, inquit, cultum exhibet religio privata Deo per sui obligacionem quam communis religio. Cum (ut dictum est) religio privata obligat essencialiter tam ad observanciam preceptorum quam consiliorum Christi, qualiter non facit communis religio, et (ut dicit) tam Christus quam sui apostoli fuerunt de privata religione, licet non fuerunt de ea secundum illam variacionem accidentalem quam habet hodie, fuerunt tamen de ea secundum omnia sua essencialia; et (ut dicit) religiones private non differunt a se invicem essencialiter specifice sed accidentaliter tantum.

2. Cod.: Ideo sic. 6. Cod.: huic dompni. 19. Cod.: posset locus. 20. Rectius: tintinillus = tinnulus, cf. Du Cange VI°, 591. 25. Cod.: quod quilibet.

The first assertion is borrowed from Scotus, by men who do not understand him.

Quantum ad istam arguciam, patet quod est plena repugnancia et veneno. Nam primum assumptum mendicatur ex loquela doctoris Scoti, et tam eius logica quam ignorancia quiditatis religionis private a sic balbucientibus ignoratur. Nesciunt enim religionem suam vel eius essencialem, ideo illud assumptum negabitur ut venenum. Nam communis religio christiana est religio quam Christus et sui apostoli observarunt, que ordinatur ad ampliorem cultum Dei quam omnes religiosarche sciunt vel poterunt observare; ideo sua religio diminuit a religione Christi nisi forte dicatur yronice quod religio istarum vaccarum pinguium in hoc extollitur quod in eorum sumptuosis cibariis et monstruosis edificiis Deus contra Christi ordinanciam honoratur. Sic enim contendunt quedam abbatie quod habeant laciora fercula et omnia que sonant in seculare desiderium magis ampla. Ideo absit fidelem blasfemare in Deum quod Spiritus Sanctus dedit religionem communem in sanctis apostolis quam voluit in christianis singulis observari et quod Antichristus succedat vel religiosarche, minime servi Christi, qui inveniant religionem privatam ista religione catholica plus perfectam. Omnes autem secte religionis private nesciunt fundare suam religionem vel unam ab alia essencialiter separare. Quomodo ergo balbutirent quod religio sua ex racione sua intrinseca essenciali sit perfeccior quam communis? Numquid credimus, si ex religione sua sic lateant sub columpna, ditantur in seculo et cavent in communicacione evangelica quod perfeccior sit propria quam communis religio christiana. Nam nec in genuflexionibus nec in longis ethnicorum oracionibus nec in buccis rubeis nec in ventribus pinguibus stat religio christiana, sed pocius concomitatur oppositum. Communis quidem religio obligat tam ad observanciam preceptorum quam et Christi consiliorum. Absit inquam quod leve verbum abbatis pinguis qui ex Dei presciencia est diabolus incarnatus sit preceptum suis monachis et non verbum Christi Jesu abbatis nostri (quod ad salutem anime fidelibus est consultum) sit | eis preceptum, ut maiorem racionem precepti habet Christi consilium Matthei V°, 25: *Esto consenciens adversario tuo cito dum es in via cum*

How should founders be wiser than the Holy Spirit?

Christ's counsels more weighty than an abbot's command.

Fol. 264b

16. Cod.: magit (sive magic). 23. Cod.: senciunt fundare. 36. Cod.: presencia. 41. Cod.: consciens.

*illo*, quam habent omnia precepta prelatorum qui sunt noviter introducti, quibus precipiunt subiectis suis ut procurent dominis multas divicias, ut preparent eis multas lauticias aut ut faciant observancias frivolas propter quorum mandatorum dirupcionem et inobedienciam sunt, ut inquiunt, gravius puniendi.

How the religious juggle with words.

Et quantum ad hoc (ut asserit) Christum et suos apostolos fuisse de religione privata, patet quod potest dicere religionem comunissimam (qualis debet esse christiana religio) esse privatam, sicut religiosi illi dicunt carnes tritas non esse carnes, venacionem sine gravi tumultu non esse venacionem, aut cognicionem mulieris cum hoc quod non sit ad corporis destruccionem sed carnis consolacionem non esse luxuriam. Christiana ergo religio cum debet communicari cunctis Christi fidelibus debet esse communissima, licet ex introducta cautela refuge nunc sit rara, et quomodocunque apostate tales dixerint religionem Christi et suorum apostolorum quam dicunt esse privatam, ipsimet non observant.

It is true the religious are all one; the accidents that divide them should be put an end to.

Quantum ad illud ultimum quo dicit religiones privatas non differre a se essencialiter et specifice sed accidentaliter tantum, placet quod dicit religionem possessionatorum non differre specifice a religione mendicancium, sicut nec religionem sacerdotum secularium differre essencialiter ab altero eorundem. Ex quo cum veris sequitur quod stante eorum religione quoad omnia sua essencialia tam ipsi possessionati quam fratres possunt et debent esse de religione secularis presbyteri per coactivam potenciam brachii secularis; nam per nudam ablacionem talis accidentalis servato essenciali non tollitur sed pocius extollitur religio christiana. Tunc enim foret ecclesia ordinacioni Christi conformior, tota religio cleri religioni Christi similior et unitati propinquior, et dissensionis causa in populi iniuriacione de raptu suorum bonorum foret sedacior; et per consequens dominacio secularis brachii secundum ordinacionem Domini foret maior.

The monk says, higher bliss is obtained in the orders.

Secundo arguit ad exaltacionem sui ordinis isto modo: Beatitudo intencior nata est adquiri per essencialia private religionis quam per essencialia communis religionis; ergo privata est perfeccior quam communis.

2. quibus scil. preceptis; ib. Cod.: Christi subiectis. 3. Cod.: domini. 9. Cod.: comissimam. 10. Cod.: religiosius. 17. Cod.: nunc ut sit. 23. Cod.: difre specifice a religine. 39. Recte: intensior.

Such an assumption is a mere drunkard's dream.

Medicina, inquit, est reliqua perfeccior per quam nata est acquiri sanctitas intencior; ergo etc. Sed assumptum istius argucie dicitur esse post crapulam et ebrietatem monachis sompniatum; unum tamen scio quod talia sompnia non adquirunt beatitudinem sed pocius precipitant ad infernum. Christus enim et sui apostoli per religionis communis observanciam ad intenciorem gradum beatitudinis attigerunt quam aliqui de privatis ordinibus attingere suffecerunt; ideo ex miraculis patentibus in vita eorum pauci vel nulli de istis ordinibus sunt beati; nam empcio canonizacionis apud Romanam curiam fratris vel monachi ex hoc quod comedit lampredam integram sine potu vel ex hoc quod corpus suum movit feretrum agitatum a demone cum similibus illusionibus diaboli vel apparicionibus sompniatis non constituit beatum in ecclesia triumphante. Ideo absit quod omnes canonizaciones huiusmodi sint ut articuli fidei ab ecclesia catholica acceptande.

It is argued that in the private orders there are fewer hindrances in the way to blessedness.

Tercio arguit ex conformi assumpto putrido: Ex hoc scilicet quod impedimenta que sunt impeditiva homini in viando versus beatitudinem copiosius tolluntur per observanciam religionis private quam per observanciam religionis communis, ergo etc. Nam istud assumptum blasfemie innuit religiosarchas suos esse prudenciores quam fuit dominus Jesus Christus. Ipse enim non precepit suos presbyteros includi sumptuose in claustro sed *ire in mundum universum ac predicare evangelium omni creature* (ut patet Matthei ultimo). Et si non in isto verbo evangelico fundent inclusionem religiosorum suorum inter parietes vel in claustro, audeo dicere quod in tota scripture pagina non fundabunt. Si enim volunt esse scolares penitencie cum Baptista, petant heremum habitantes sub divo et non abutantur artificialibus nostris ad onus ecclesie plus quam ille.

This assumes the founders to be wiser than Christ.

The signs of the orders are red cheeks and fat bellies.

Consideret ergo fidelis quomodo generacio ista adultera signa querit et videat si lex evangelii et signum crucis Christi sit pocior, nam sub signis suis gignunt buccas rubeas et ventres pingues cum omnimodis insolenciis peccatorum. Et patet quomodo signa generacionis huius adultere minus impediunt a peccatis quam

2. Recte: Intensior. 8. Cod.: attingerunt. 9. Cod.: sufficerunt. 11. Cod.: canonizacionis hii. 34. Cod.: illi.

28. XXVIII, 19.

signa religionis simplicis christiane. Quid ergo prodest monachum sive fratrem habere distinccionem coloris vel forme in habitu et habere cum hoc animum insolentem? Revera nichil, nisi forte ultra christianam religionem habuerint signa ypocrisis; et sic geminetur in populo duplex iniquitas. Et sic (ut quidam dicit) ad | hoc valet in monacho vestium amplitudo ut ventris et corporis grossicies latencius adolescat; nigredo autem vestium attestatur cuius sunt filii et quomodo in animo variis criminibus fiunt nigri; rotunditas vero bote testatur quomodo eorum affeccio circa carnalia circulariter est laxata. Unde metricus

Fol. 264[c]

The true witness of their habits.

*Ampla cuculla nimis, nigra vestis, bota rotunda*
*Non faciunt monachum, sed mens a crimine munda.*

Et idem est iudicium de numero et magnitudine escibilium quos requirunt. Quid ergo valet ad refrenandum carnem vel cavendum quecunque peccata requirere quod tantus panis et potus ministrentur monacho in dies sub debita qualitate? aut quid valet numerum ovorum foramine mensurari, numerum allecum et ferculorum carnium cum aliis monachorum eduliis ad mensuram et numerum limitari et plus pro illis quam pro observancia evangelii litigare? Revera huiusmodi vana est religio. Et si sub signis istis religiosus quandoque proficeret in ordine christiano, hoc est valde per accidens atque raro. Quod autem surgunt media nocte et dicunt in dies tot missas et psalmos sub pena tam gravi est indiscrecionis indicium et a libertate profeccius ecclesie tardativum. Et patet falsitas assumptorum dompni in suis arguciis et quomodo mendicat mendacia in suis descripcionibus et racionibus quare ordines sunt privati.

Evil of punctilious rules as to food.

## SERMO XXX.

*Estote factores verbi Dei et non auditores tantum, fallentes vosmet ipsos.* Jacobi I°, 22.

Constat ex processu epistole huius sancti quomodo commendat actum virtutis ultra habitum; et ideo sepe loquitur de actu virtutis, de actu religionis et aliis

St. James specially praises good works.

8. Cod.: gossiens. 16. Cod.: esibilium.

13. See Serm. II. pars, vol. II, pag. 101, et De Quatuor Sectis novellis Pol. Works, pag. 254. 32. Dominica quinta post Pascha. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 299—301.

True charity must issue in act.

Hearing and understanding useless, if action is omitted.

virtuosis actibus, habitus omittendo, quia nichil habere habitum caritatis et actum omnino omittere, quia secundum Gregorium caritas omnino operatur magna si est; licet autem quidam fideles non habeant sufficienciam procedendi in opus extrinsecum, acta tamen operis intrinseci nemini negantur, unde infantulus baptizatus flamine et statim mortuus habet sufficienciam Deum in actu diligere, antequam anima recedat a corpore. Jacobus ergo ortans viantes sufficientes ad perficiendum actum duplicem virtutis precipit quod *sint factores verbi Dei in opere et non solummodo auditores.* Ille autem est factor verbi Domini qui complet eius sentenciam in effectu; et ille est auditor solummodo qui audit a Deo verbum Domini atque intelligit et quoad duplicem eius actum eius sentenciam criminaliter pretermittit. Talis enim sophista diaboli fallit populum sed principaliter semetipsum. Ad hoc enim habet talentum Domini sibi datum, ut in actu procedat quem si renuit se ipsum onerat de redicione racionis talenti et putans se sibi sufficere ex nuda sciencia sibi data sibi non proficit sed multum officit quoad Deum, quia finem muneris divini culpabiliter subtrahit; et talis intencionis humane frustracio est culpanda. Et sic non Deo sed frustranti provenit fallax malum. Ad hoc enim datur a Deo talis habitus, ut secundum sufficienciam sic habituatus prosit ecclesie. Et ocium in huiusmodi dono Dei infert omne malum ecclesie militantis.

Declarat autem Jacobus istam sentenciam in exemplo: *Si quis,* inquit, *auditor est verbi et non factor hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis sue in speculo.* Auditor enim talis considerat qualem sufficienciam habet a Deo genitam et perseverans ociose in illo intuitu ut fatuus concernatur, ac si homo intueretur se ipsum in speculo; et in illa visione reflexa quiesceret non ulterius directe ad opera prodessencia procedendo. Ideo signanter dicit Jacobus. *Consideravit enim se et abiit et statim oblitus est qualis fuerit.* Sentit autem quod ex nativitate sua data a Deo in multa sufficit

5. Cod.: extrincecum,. 5, 6. Cod.: extrinceci. 6. Cod.: nemini negatus. 16. Cod.: semet ipm. 33. Cod.: fatuos. 38. in multa; rectius: in vultu.

3. S. Greg. Reg. Epist. Ep. LIII. Opp. tom. II, pag. 780. Ep. LXIV, pag. 839. In Ezechielem, lib. II, Hom. V, tom. I, 1354. 29, 36. Jacobi I, 23, 24.

quod in practica huius potencie evagando circa mundialia atque carnalia ociatur. Deus autem dedit sibi istam potenciam atque noticiam, ut prosit ecclesie ac sibi ipsi. Sed oblitus est istius sentencie vel oblitus generacionis sue a Deo vel ipsam recolens de fine suo, hoc est, de actu non memorans in extraordinariis actibus mundialibus evagatur. Sicut enim rem videns in speculo fallitur circa eius situm, magnitudinem, instanciam et ceteras appendicias materie rei vise, sic culpabiliter pausans in consideracione qualitatis primeve quam habet a Deo in omnibus istis errat mistice intellectis. Debet enim considerare situm ubi est, ut patet ex verbis Domini dictis Ade Gen. III°, 9: *Adam ubi es?* Et tunc recoleret quomodo positus est in valle viancium ad attingendum situm celestem per observanciam legis Domini in effectu. Secundo recoleret quam magnus positus est a Deo in officio ministrandi et quam magna pena est sibi debita in casu quo deficiat ab hoc ministerio, | (Fol. 264a) et tunc circa specularem magnitudinem non erraret. Sed tercio consideraret verum locum in quo Deus ipsum posuit, et tunc non erraret circa instanciam credendo implicite per suam cecam superbiam quod distat multipliciter a se ipso. Et sic de aliis consideracionibus que iuxta perspectivos peculialiter concernunt istam materiam. Debemus enim more scripture succincte transcurrere Spiritus Sancti sentenciam et in opere diffusius immorari: ideo satis est quod consideremus Dei sentenciam in hiis verbis, ut sicut videns se vel quicquam in speculo, videns visione reflexa inducitur in errorem, cum non inprimit in memoriam verum (si tamen veram magnitudinem atque distanciam rei vise), sic attendens ad speculativam fidei dimissa operacione que debet esse ut eius materia, gracia cuius fides adicitur, errat circa materiam fidei atque finem, eo quod non habet affectum simul cum illo quod videt; sed fantastice et indirecte videt ymaginem crediti reflexam in se ipsum et non directe transeuntem in opus secundum Dei beneplacitum. Et sic noticia genita est imperfecta non informans ternam potenciam anime, cum voluntas deficit informata memoria cum racione; ideo obliviscitur fidem propter defectum sui

He wastes on wordly things the power God gave him for the good of the Church.

Looking only on the speculative side of faith and not acting leads man into error and imperfect knowledge.

7. Cod.: videns twice. 12. In marg.: 1. 16. In marg.: 2. 20. In marg.: 3. 25. Cod.: conscrnunt. 27. Cod.: minorari.

operis. Unde Matthei VII°, 21 dicit Veritas: *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine* secundum has duas potencias *intrabit in regnum celorum*, sed oportet quod addat tercium Domine in opere voluntatis faciendo beneplacitum Dei patris. Et utinam nos ociantes in opere et nimis innitentes speculative intenderemus efficaciter isti fini.

The perfect law of liberty is that given by Christ.

Unde sequitur: *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.* Lex autem perfecte libertatis, lex est nova quam Christus edidit, quia supra legem antiquam liberat hominem, ut post mortem transeat immediate ad gloriam; et supra omnes leges humanas libertat eciam servum civilem ad regimen patrie, ubi lex canonica vel civilis quecunque compatitur secum maximam servitutem peccati atque diaboli ad penam perpetuam mancipantem. Ideo signanter illa lex vocatur inter omnes lex perfecte libertatis. Alia autem libertas momentanea in facie secundum racionabilitatem dicitur imperfecta. Ille autem permanet in lege evangelica qui usque ad finem manet in ea, quia deficiendo ab illo termino manet in ea momentanee et nimium imperfecte. Et hec est sentencia textus Jacobi. Ille enim qui sic permanet in lege evangelica non est auditor obliviosus qualis predicitur, sed principaliter intendit ut sit factor operis, cum ille sit per se finis quare fides et alia carismata Christi dantur. Nec intendit quod omnis viator tempore legis gracie transit immediate ad gloriam, cum multi manent in purgatorio, sed quod non est universale medium resistendi predestinatis, sicut patribus in veteri testamento, quin plene purgati in via (sicut erant Paulus et ceteri) immediate transierunt ad gloriam.

The mere hearer does not continue in the law.

He who continues has an earnest of bliss in this life.

Nec solum innuitur quod talis beatus erit finaliter beatitudine premiatus, sicut erit quilibet premiatus, sed quod erit beatus beatitudine arrabili vie, sicut medicina dicitur sana, quia facit hominem finaliter esse sanum. Talis autem viator quantumcunque tribulatus fuerit racione speciei facti sui meriti beatus erit; sed cum oportet omnem christianum permanere in lege simplici

5. Cod.: occantes. 7. Cod.: isti fine. 20. Cod.: secundum racionabiliter racionabiliter dicitur. 23. Cod.: momentanea; ib. hec est deest.

8—11. Jacobi I, 25.

christiana ac multi vocati religiosi ab ipsa deficiunt, ideo signanter annectit Jacobus: *Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Sicut autem *fides sine operibus est mortua*, sic religio que videtur mente placere Deo et cum hoc maledicit ore proximo est inanis. Sicut enim opera caritatis excludunt quodcunque inperfectum ipsis contrarium, sic perfecta religio; et sic religiosi nostri qui videntur ultra seculares prestare Deo obsequium et cum hoc seminant mendacia ac detracciones in proximos inaniter laborant nec sunt ut sic religiosi, nisi forte vocata fuerit religio conversacio discipulorum patris mendacii. Sed illam vocat iste sanctus *religionem vanam*, cum putantes religionem christianam minus sufficere sed superaddentes religionem superfluam se ipsos seducunt in opere, quia christiana religio sine qua non valet alia preexigit refrenacionem verborum in lingua sine qua quecunque superaddita religio foret vana.

Perfect religion excludes evil.

Et in signum quod religiones novelle sunt vane, quia verbum Dei quod est Christus despiciunt, generaliter sunt in verbis mendacibus dilapse, ac si forent a patre mendacii adinvente. Ipse enim non sunt tarde ad loquendum, ne in ecclesia Dei disseminent venena mendacii sed lapsu lingue serpentine inficiunt religionem simplicem christianam; ideo sicut habitus, | corpore si careret, (Fol. 265a) subtracto corpore foret vacuus, sic talium qui se false vocant religiosos religio foret vana. Et sicut homo dum est mortuus non est homo, sic hec religio dum est vana, non est religio, quia deest religio christiana. Et sic (ut quidam dicunt) est de qualibet religione privata, dum privatur vere religionis Christi propria racione.

The new religions are vain, for they are given to lies.

Sed quia fit mencio de religione, ideo Jacobus describit religionem in actu, quam preponderat, ita dicens: *Religio munda* quoad Deum, quia tersa a pulvere temporalium tamquam speculum, *et immaculata* quoad proximum, quia infedata errore peccati quoquo odit ipsum, *hoc est, visitare pupillos et viduas in tribulacione eorum et immaculatum se custodire ab hoc seculo;* qui solum

What pure religion in action is.

24. Cod.: disceminent. 25. Cod.: infiunt. 26. In cod. perperam: ideo sicut si tempus corporeus (corpeus) si careret . . . 31. Cod.: qualiter. 35. Cod.: quia terra.

2—4. Jac. I, 26. 4, 5. Jac. II, 20. 35—39. Jac. I, 27.

It is the observance of the seven works of mercy bodily and spiritual.

servat perfecte hoc opus misericordie observat septem opera misericordie corporalis et alia septem misericordie spiritualis, sicut implens vel *offendens in unum* mandatum implet vel *offendit in singula.* Illum autem qui non spiritualiter visitat pupillos destitutos a suffragio matris ecclesie nec viduatos a Christi ascendentis iuvamine iuxta illud Psalmi .... *Viduam eius benedicens benedicam*, non informat religio christiana, et tamen religio est forma qua homo vere et non vane religiosus dicitur. Sed sicut oportet ad serviendum Deo informari trinam spiritus humani potenciam, scilicet memoriam, racionem et voluntatem, sic oportet verum religiosum spiritualiter visitare pupillos et viduas et se immaculatum ab hoc seculo custodire. Si enim fuerit in temporalibus maculatus, sua visitacio non reficeret sed inficeret christianos. Sic enim vocati prelati visitantes particulares ecclesias per suam avariciam inficiunt et nocent illis quas apostatice sic visitant.

Four causes of error in regarding a lookingglass.

Et nota secundum perspectivos quod quatuor sunt cause propter quas erratur in intuitu speculari, primo propter intemperanciam lucis reflexe que exhinc est debilior; secundo propter situs diversitatem, tercio propter puncti visi (a quo forma reflectitur) remocionem; videtur enim speculiariter visum per duplicem lineam, que est incidens et reflexa; et quarto propter variacionem centri visus a superficie speculorum (ut patet V° Vitulonis conclusione septima).

1. Light wasted in reflexion.

Correspondenter cum radius incidens sit gracia intellectum illustrans que in vanum recipitur et reflectitur, dum opere non impletur propter defectum experti saporis dulcedinis abscondite in opere, quem habent illi qui voluntatem Dei voluntarie practizant, ultra illos qui inaniter solummodo speculantur, patet correspondencia primi sensus. Quoad situm ecclesie omnis peccator cum sit superbus ponit se reputative in situ Dei a quo influitur influencia intelligencie et ideo est cecatus; et hinc oportet quod sit error in mundo quoad situm et magnitudinem.

2. Position; the proud man puts himself in the place of God.

7. Psalmi; sequitur lacuna. 20—25. In marg.: 1—4. 26. Cod.: visis. 35. Cod.: se deest.

4. Jacobi II, 10. *Quicunque .... offendat in uno, factus est omnium reus.* 7. Ps. CXXXI, 15. 26. De Vitelone cf. Serm., vol. II, pag. 385.

3. Remoteness of what is seen; we keep afar from God.

Tercio patet quod licet Deus sit inmediatus quoad essenciam cuilibet viatori, tamen sic deside videntes per refleccionem gracie elongant se a Deo propter duplicitatem radiorum, cum vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.

4. The centre of sight is wrongly directed.

Sed quarto cum centrum visus qui secundum piramidem debet directe in Deum tendere, videt terminative fantasticum distans ab angularibus visualibus, non mirum si visus sit errore multiplici involutus. Unde sicut septem sunt specula ad que fit regularis refleccio, sic secundum septem mortalia peccata reflectitur gracia propter temporalia indebite affectata. Et sicut speculariter videns videt sic solum pro tempore obieccionis speculi, sic obliviosus in bono opere solum prout recolit de audito. Et nota quod specularis visio secundum racionem multiplicem conceptui hominis comparatur, ut alia racione ponit Jacobus similitudinem inter accidiosum auditorem legis Domini et speculariter se videntem. Et alia racione Apostolus dicit: *Videmus nunc per speculum in enigmate;* utrobique tamen quedam defectiva racio est communis.

Meaning of "law".

Quia autem vani religiosi nostri contendunt circa religionem suam noviter adinventam quod sit perfeccior quam communis antiqua religio christiana ac socii considerant quod ista sentencia multum dependet ex verbis communibus dictis de lege, ideo notandum est breviter quod lex nunc dicitur nuncupative et nunc vere. Lex autem vere dicta est descriptive veritas directiva hominis ad beatitudinem attingendum. Et sic nunc sumitur abstractive pro prima veritate et nunc concretive in proprio genere ut ab aliis veritatibus est distincta. Et ita quedam est lex evangelica vel divina et alia lex humana; nec distinguuntur ista ex opposito, cum utraque tripliciter et equivoce variatur. Lex autem divina primo modo dicitur lex Dei que in scriptura sacra quomodolibet implicatur; et sic omnis vera lex est lex Dei vel lex evangelii; lex autem falsa quam fingunt ypocrite solum nuncupative vocatur lex Dei. Et hoc est tercium signum | in quo magi Pharaonis defecerant. (Fol. 265b)

All true law is divine.

8. Cod.: anxibus (sic). 39. Cod.: deficerant.

19. I. Cor. XIII, 12.

Three kinds of human law: 1. Natural law implicitly approved in Scripture.

Lex autem humana potest iterum sumi tripliciter: primo pro lege humanitus adinventa sed in scriptura sacra ab antiquo implicita, secundo pro lege vera, sive in lege Dei explicita fuerit sive implicita, dum sit hominis directiva; tercio nuncupative pro lege humanitus explicata, dum tamen non sit in scriptura sacra implicita; et ita duplex lex tercia est iniqua. Et sic intelligunt quidam quod lex divina et lex humana ex opposito distinguuntur; et ista membra significacionis tercie dicuntur satis equivoce. Et patet quod lex humana est necessaria viatori, nec potest quisquam ipsam destruere.

2. True law, whether implicitly or explicitly in Scripture. 3. Law of merely human framing whether approved by Scripture or not.

Secundo patet quod lex vera, (ut est plus necessaria) magis ostenditur in scriptura. Et tercio patet, cum lex sit regula religionis, quod proporcionaliter se habet religio ad religionem, sicut se habet lex ad legem, et per consequens lex sine regula humanitus adinventa sepe sapit calumpniam, lex autem vel regula divina non potest a veritate deficere, patet quod religio christiana est perfeccior quam aliqua religio pure humanitus adinventa. Nec est cura de quacunque religione huiusmodi in fide nisi de quanto in religione Domini est fundata. Sancti autem infinitum inferiores quam Christus sciencia et virtute statuerunt sibi pro regula quomodo voluerunt vivere et stultificati in hoc sepe defecerant; genus autem eorum sequens plus stultificatum voluerunt perpetuare talem regulam quibuscunque quos circueundo poterunt seducere.

A black dog of the order of St. Benedict says that the difference in orders is accidental.

Et in ista blasphemia consistit maior pars veneni ordinum privatorum. Unde quidam canis niger de ordine Benedicti assumit pro principio quod religiones private non differunt a se invicem specifice sed accidentaliter tantum. Unde tres ponit causas quare isti ordines sunt

This phrase is borrowed from a Carmelite, who called W. a fox.

privati: prima quia privant suos professores a multis faciendo ipsa esse sibi illicita, que si non foret huiusmodi professio, forent sibi licita. Voco autem istum dompnum et sibi similes canes magni, quia sic vocavit Carmelita publice predicando me vulpem et ipsos canes vulpem illam usque ad exitum insequentes. Et gaudeo

2—5. In marg.: 1, 2, 3. 9. Cod.: tercii. 17. Cod.: capit. 21. Cod.: nisi de deest. 27. Cod.: veni. 32. Cod.: privati primati. 35. Cod.: mangni. 37. In marg.: 1.

30. De isto cane nigro de ordine Benedicti cf. Johannem Wellys, monachum de Ramseye, cuius ‚Acta' in Fascic. ziz., pag. 239 memorantur. 37. 'Carmelita' is the Carmelite Stokes, cf. Lechler II, 628, 629.

quod sunt adeo concordati tamquam Herodes et Pilatus quod omnes iste religiones private sunt, ut idem niger canis asserit, essencialiter idem ordo.

If the religious are forbidden what is allowed to others they lose their Christian freedom.

Sed non dubium quin per hoc verbum implicatur eorum confusio et contra regulam propriam ac dispensaciones papales repugnancie intricacio. Arguitur ergo contra dictam causam quare isti ordines sunt privati. Si enim sic privant suos professores, forent illis illicita, tunc illa a quibus sic privant essent illis illicita et per consequens illicite facerent ipsa; et ita illicite viverent propter talia opera perpetrata. Melius ergo foret illis servare libertatem pristinam, ne sic vivant illicite, nec ad tantum infatuabitur canis iste religionem suam facere multa esse illicita, licet non sint, quia vana foret talis religio principians huiusmodi faccionem. Nec dubium quin multipliciter conglobatur impossibile aliunde; nam quis sophista dubitat qui noscit quod ex negativa non sequitur affirmativa, quin impossibile sit quod si non foret talis professio ipsa forent illis licita. Cum enim si foret talis professio ipsa forent illis licita, patet quod absolute necessario ipsi forent et sic ordo talis apostatans foret Deus. Talia multa de universalibus operibus cogitari possent in ista materia que manifeste inficerent istum canem. Non enim scit que descriptive forent illicita, sed cuicunque religioni sunt multa illicita que secundum .... sunt satis licita. Ideo canis iste edentulus non habet os vel sapienciam, cum inficiat dictam vulpem.

Private religion so called, because it binds only a part of Christendom.

Secunda causa nominacionis religionis private secundum eum est ista, quod religio privata solum obligat partem christianismi; communis autem religio obligat omnes homines.

Then every part of the common Christian religion is a private order.

Contra istud instatur per hoc quod omnis particularis religio obligat partem christianismi et non totum; quelibet pars communis religionis christiane est particularis religio, ergo quelibet pars communis religionis christiane obligat partem et non totum et est per consequens privata religio, et sic tota communis religio christiana foret secundum se totam religio privata. Gaudeo autem quod communis christiana religio obligat omnes homines eciam beatos in patria. Sua autem religio non intrat patriam sed solum obligat stultos miseros hic viantes.

True religion binds even the blessed.

12. Cod.: prestinam. 15. Cod.: principans. 19. Cod.: illicita.
26. secundum; hic verbum excidit. Adde: eum. 28. In marg.: 2.
29, 32. Cod.: christianissimi.

1. Cf. Lechler l. c. 628.

3rd argument: Each private religion springs from special inspiration.

Tercia causa dompni est quod quelibet privata religio est singulariter per Spiritum Sanctum inspirata, ubi communis religio christiana non singulariter sed communiter inspiratur. Sed hic miror quomodo sompniat hic canis tam vigilans quod quelibet persona religionis private a Spiritu Sancto singulariter inspiratur, cum | [Fol. 265] multi sunt ab exordio incarnatus diabolus peior quam Scarioth. Si enim sua religio subiecta in anima a Spiritu Sancto singulariter inspiratur, tunc et ipsa anima, sed cum quelibet singularis religio sit a Spiritu Sancto singulariter inspirata, quodlibet autem individuum communis religionis christiane est singularis religio, patet iuxta istud quod quodlibet individuum communis religionis christiane est a Deo singulariter inspiratum. Ideo dicit quidam quod non propter istas tres causas mardosas dicitur sua vana religio privata religio, sed ideo quia privatur fundamento laudabili; loquor autem extense de privacione, et materia privatur forma quam nunquam habuit. Christiana autem religio (ut patet ex balbucie huius canis et fide scripture) a Deo singulariter inspiratur, sed timeo quod talis privata religio ex sua infeccione et reatu qui ipsam destruerent nimis generaliter obligat viatores.

On the same ground each individual Christian may be said to be specially inspired.

## SERMO XXXI.

*Estote prudentes* Ia Petri IVo, 7.

Prudence an intellectual virtue.

Secundum philosophos patet quod prudencia est quinta virtus intellectualis, dirigens homines quomodo debent in agilibus regulari; et ad exercicium istius virtutis movet Petrus sicut magister suus Christus Matth. Xo, 16: *Estote prudentes sicut serpentes;* necesse quidem est viatorem quemlibet excitari. In ista prudencia tamen quilibet debet dupliciter progredi per viam satis ambiguam erumpnosam, primo imitando Christum in moribus secundum quod Christi dona exegerint et secundo procedendo successive usque ad diem Domini in quo oportet omnem hominem sibi singulariter racionem tribuere, quomodo hic continue conversatur, et quo-

12. Cod.: communis religio. 16. Cod.: et ideo. 26. Cod.: patet deest. 30. Cod.: Esto; ib. Cod.: est twice. 34. Cod.: Christi dona Christi exigerint.

24. Dominica infra Octavas Ascensionis. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 302—305. 26. Cf. Trial., pag. 129, 132.

modo dona huius Domini secundum prudenciam dispensantur.

Against spiritual enemies we have need of 1. prayer, 2. watchfulness,

Cum autem sunt hostes tres anime et quilibet eorum habet suum exercitum, viatores continue debent vigilare. Cum enim nemo sufficit ex se ipso hostibus resistere et adiutorium divinum est presto pulsantibus, patet quam necessarium est istum spiritum continue postulare, ut .... nostrum dirigat ad portum salutis. Sed secundum Apostolum *qui filii Dei sunt hii spiritu Dei aguntur* (Ad Rom. VIII°, 14) ideo precipit Paulus: *Sine intermissione orate;* et magister suus Christus precipit omnibus *vigilare.*

3. charity.

Terçia vero armatura tutissime defensiva contra hos insultus hostium est tunica caritatis; ideo tercio precipit Petrus quod *sint ante omnia mutuam caritatem in se ipsis continuam habentes.* Et debet continuitas ista intelligi non quoad molem sed quoad tempus, cum valde periculosum sit quod vians cum calidissimis hostibus continue invadentibus intrinsece quoad tempus quantumcunque sit inermis, specialiter cum armatura ista non sit gravis vel frigida sed allevians ad beatitudinem et mitigans frigus diaboli. Debent autem viantes omnino semetipsos caritative diligere, cum sint caritatis filii qui debent in eodem exercitu contra cuneum diaboli se iuvare; quod si in veste dispari sint inducti sibi ipsis contrarii, quis dubitat quoniam exercitus christianus stabit invalidus contra hostes? Ista ergo est vestis nupcialis, pro qua omnis prescitus in finali iudicio reprobatur.

Sins are the wounds these enemies inflict; charity covers and heals them.

Et cum peccata sint vulnera quibus quilibet viator cum hostibus vulneratur, caritas precipue habet hanc efficaciam quod operit istam multitudinem vulnerum contra iacula diaboli atque sanat; ideo Petrus revelans necessitatem huius vestis dat pro causa quod *caritas operit multitudinem peccatorum.* Nec oportet timere instancias sophistarum quod si caritas operit multitudinem peccatorum, tunc ipsa peccata remanent, eo quod sub caritatis vestibus sunt celata, cum tamen secundum theologos sunt directe contraria et necessario mutuo se

3. Cod.: et deest. Addidi. 4. Cod.: debent deest. Addidi. 5. Cod.: se resistere. 8. Cod.: ut; sequitur lacuna. Adde: animum. 10. Cod.: cum (cū) intermissione; recte sn̄ = sine. 18. intrinsece; Cod.: intersice sive intussice. Hic verbum excidisse apparet: pugnet sive dimicet. Fortasse legendum: invadentibus intersit. 25. quoniam. Recte: quin. 32. revelans; Cod.: imaculans.

10. I. Thess. V, 17. 14. I. Petri IV, 8.

expellunt. Constat quidem quod tam meritum quam peccatum remanere potest in suo fructu sive vestigio, quia aliter non diceret Evangelista quod *opera bonorum sequuntur illos;* nec aliter nominaret Apostolus fructus tam virtutum quam eciam viciorum. Remanet ergo post remissionem reatus peccati quedam inclinacio vel promptitas ad peccandum, sicut et remanet pena peccati, et sic in istis peccatum remanet sed ad dampnacionem vel reatus imputacionem caritatis vestibus est opertum. Et per illas emplastrum sanans continue ab invasione hostium est protectum.

4. Charity makes us hospitable,

Et ex illa caritate fraterna quarto sequitur quod conviantes sint hilares *hospitales.* Non enim intendit Petrus quod quilibet viator obligatur ad capiendum peregrinum in hospicio corporali, cum Christus et sui apostoli carebant propriis domiciliis, in quibus sic advenas hospitarent, sed obligantur active viantibus ad prudens corporale hospicium; vult Petrus quod omnes homines obligentur ad hospitalitatem spiritualem que melior est priori. Quis (inquam) excusare se potest | a vestibus anime vel eius hospicio, ne communicet cum fratre? et certum est quod de tanto ipsum peregrinum et fratrem in Domino magis egregie hospitat atque vestit. Aliter enim nec unquam doceret suam humanitatem atque apostolos deserere domicilia ac possessiones omnimodas seculares. *Murmuracio* autem, cum contradicit elemosinacioni voluntarie, debet abici in hoc facto.

most of all spiritually.

Fol. 265d

5. We are bound to distribute God's gifts to our brethren.

Quinto necessitat ad ista racio fidei, supposito quod fides quidem est quod omnia temporalia vel spiritualia que habemus propter istum finem a Deo accipimus, ut caritative administremus et communicemus ea cum fratribus. Ideo dicit Petrus: *Unusquisque sicut accepit graciam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gracie Dei,* ac si diceret: Sicut unusquisque viator accepit a Deo multiplicia dona Dei, que Petrus vocat graciam, eo quod tam gratuite sunt donata, et finis intentus a Domino est ut communione caritativa confratres ipsis participent: sint ergo illam administrantes prudenter cum fratribus, ne frustrent

6, 7. Cod.: promptas. 27. Cod.: elemosinacone. 28. Cod.: supposita; ib. supposito quod: hic aliquot verba exciderunt. Rectius leg.: Quinto necessitat ad ista racio fidei; fides quidem . . . 33. Cod.: in deest.

3. Apocal. XIV, 13. 13. ib. 14, 32. I. Petri IV, 10.

(quantum in illis est) tam factum Dei propositum; et propter variacionem horum donorum vocat ea Petrus in communi *graciam multiformem.*

Prudence in speech.

Et quia communis consistit sensibilis communicacio fidelium in loquela, ideo Petrus dat pro regula quod *si quis loquitur*, multis fratribus audientibus sive nullis, quod tali prudencia dirigat linguam suam quod loquatur *quasi sermones Dei*, id est, verba veritatis edificatoria audienti. Et patet quod fratres seminantes mendacia et predicantes ludicria notabiliter .... mandat Petrus quod quis ministrat in aliquo ministerio membri ecclesie, ministret tamquam ex veritate quam administrat Deus. Debemus ymaginari atque supponere quod Deus influit virtutem ministrandi toti ecclesie militanti et quilibet minister illius ecclesie habet ex dono Dei partem talis virtutis. Et ipse tamquam sarra vel ministerium per illam virtutem agitur, ut perficiat Domini voluntatem. Et patet quam alienus a Petri sentencia atque verbis est stilus atque conceptus prelatorum hodierne ecclesie. Quando enim vocant se non ad conceptum talem ministros ecclesie sed hii patres beatissimos habentes a Christo plenitudinem potestatis et hii inferiores dicunt se esse dominos redituum atque proventuum et, ut istud nomen fiat solempnius, eciam episcopi vocant se suos dominos, licet ministerium evangelicum pretermittant: doctrina tamen Petri est *ut in omnibus honorificetur Deus* confitentibus se esse nudos ministros Dei abiectos, licet acceptos per graciam, cum taliter fecit Christus. Sed Antichristus et sui discipuli extolluntur multifarie super ipsum.

Every minister should be an instrument to do God's will.

Prelates claim power and possessions as their own.

Folly of introducing new laws and religions.

Circa istius epistole sentenciam dubitatur utrum sit prudencia ecclesie novas leges et religiones statuere ultra legem et religionem simplicem christianam; et patet ex sepe dictis oppositum. Nam prudencia viatoris stat in mediis virtuose tendendi ad beatitudinem. Sed illa securissime et potissime dotentur in legem et religionem Christi, igitur stulticia est ipsas dimittere et novas atque ambiguas accipere. Et ista videtur sentencia

*Sepe viatorem nova, non vetus, orbita fallit;*

9. notabiliter. Adde: peccant; ideo mandat. 19. Cod.: et stilus. 29. Cod.: ante Christus. 31. In marg.: Dubium. 39. orbita = via publica.

6, 8. I. Petri IV, 11. 31. Cf. Fascic. ziz., pag. 239.

et hinc creditur matrem ecclesiam non gignere post introduccionem istorum ordinum tot palmites in beatis quot genuit quando viabat solum secundum legem simplicem cristianam. Via enim illa adinventa est ut plurimum infundabilis atque incognita; nec dubium quin, cum viator sit solum finite capacitatis cognoscendi et currendi per hanc viam, eius noticia ac sufficiencia occupata circa ista media novella ab occupacione media legis et religionis Christi quodammodo retardatur.

1. I am said to contradict Augustine, who says we add to the Gospel.

Sed contra istam sentenciam et raciones quas feci in ista materia arguit multipliciter dompnus niger. Primo quod contradico Augustino et experiencie communi, cum Augustinus dicat (ut recitatur XI° distinct. capitulo *Ecclesiasticarum) et plura adicimus* evangelio et per consequens licet addere alia super evangelium. Hic notaret canis edentulus quomodo aliqua includuntur in evangelio explicite et alia implicite. Et ille inclusiones sunt satis equivoce; et tunc patet responsio ad argumentum monachi quomodo nunc procedit. Multa enim facimus que sunt illicita, sicut multa fecit Augustinus de quibus penituit et postmodum retractavit, cum ut narrat beatus Possidonius de ipso, quando vidit contenciones inter discipulos suos et seculum circa paucas possessiones temporalium quas habebat, displicuit sibi quod illas acceperat. Quis ergo color in argumento monachi: si multa adicimus evangelio, ergo bene? Sed

That does not shew we are right in adding.

supposito quod evangelio multa virtuose adicimus, patet quod hoc est licitum, quia dum implicita in evangelio tamquam fragmenta de quibus certi sumus patule explicamus. Sic enim fecit sanctus Augustinus | [Fol. 266a] et ceteri sancti super evangelio postillantes. Si autem

The only lawful addition is explaining what was there implicitly.

quis, eciam angelus de celo, adiecerit leges vel religiones que nec in evangelio explicite nec implicite includuntur laborat circa leges iniquas et religiones vanas quas Isaias et Jacobus nobis notant. Ideo nisi quis fuerit certus de plena inclusione sentencie que est in evangelio stultum videtur illam sentenciam expressare.

5. Cod.: quin deest. 13. Cod.: nec distinct. 15. Cod.: aliqua. 19. Cod.: quomodo non. 20. Cod.: illicia. 31. Cod.: postulantes. 33. Cod.: explicitatem nec implicitatem. 36. Cod.: est deest.

10. Cf. Fasc. zizan., pag 239. 13. Cf. Decret. Prima pars, dist. XI, cap. VI: Sed et alia plura adicimus magnam quasi vim commendancia 20. Cf. S. Aug. Opp. II. Suppl. tom. X, pag. 273. Cf. Trialogum, pag. 414.

Per hec patet responsio ad secundam eius arguciam qua nititur ostendere me contradicere michi ipsi, cum arguo quod non licet novam religionem superaddere, eo quod licet novam legem superaddere (ut suppono ex alibi declaratis). Patet solucio planior quam tunc dixi; nam religiones iste private aliquid includunt de regula christiana et aliquid superaddunt. Quantum ad illud quod includunt, sunt licite et antique, quantum ad illud quod superaddunt, si ipsum incorporant tamquam partem sue religionis et regule, si ipsum nec sit explicitum nec implicitum in scriptura, manifestum est quod ipsum est venenum et rethe diaboli, cum prudenciores doctores quos ponunt fuisse de suis privatis ordinibus (ut Petrus Comestor et beatus Bernhardus) dicunt quod ordo suus et sua religio est idem qui fuit in ecclesia primitiva (ut alibi diffuse exposui). Nam sapientes qui fuerunt in ipsis ordinibus acceptarunt adinvenciones adiectas tamquam peripsimata et ipsis ordinibus accidentalia et non partes. Sed stulti sequentes plus appreciantur adinvenciones que quibusdam personis erant utiles quam regulam evangelicam vel mandatum; unde stulte statuunt quod quelibet persona talis ordinis tamquam partes eius essenciales atque precipuas has observat, ut patet de corporali habitu et ritibus deridendis.

2. My opponent tries to prove me in contradiction with myself.

That may be lawful which it is unlawful to impose as necessary.

Tercio arguit dompnus sic: Si observancia pure legis evangelice per se sufficit ad salutem, tunc alie leges private superfluunt. Si (inquit) hoc argumentum valeat, tunc sequitur quod omnes libri Augustini et tota sentencia mea quam scripsi superfluunt. Si (inquit) hoc argumentum non valet, sequitur per idem quod argumentum meum non valet.

3. He says if the Gospel is enough all laws and my own writings are superfluous.

Quoad istum obiectum patet quod dimittitur subiecti constancia in minori qua capitur quod multe sunt leges private que non sunt in evangelio, et tunc indubitanter vere concluditur quod sunt superflue atque false; et certum est quod sunt alique leges et religiones huiusmodi; unde si Augustinus vel doctor aliquis scripserit in logica, in philosophia vel theologia quamcunque sentenciam que non sit fundabilis in scriptura, manifestum est ipsum de tanto errasse, cum secundum

If they are against the Gospel they are superfluous and mischievous.

2. Ccd.: ostendere mihi. 5, 6. Cod.: religione. 18. Cod.: ipsi. 22. Cod.: quilibet. 25. In marg.: Responsio. 36. Cod.: alieque.

2. Fasc. ziz. l. c. 25. ibid.

Augustinum *si aliqua sit veritas, in hac scriptura invenitur.* Et ista est sentencia Apostoli ad Galatas I°, 8: *Si quis vobis aliud evangelizaverit quam evangelizavimus vobis, eciam si sit angelus de celo, anathema sit;* ubi patet quod Apostolus supponit evangelium suum includere explicite vel implicite singulas veritates. Secundo supponit quod si quisquam evangelizat aliud quam ipse evangelizavit explicite vel implicite, tunc evangelizat errorem et heresim. Et istam fidem adiceret canis niger, antequam superflue et ydiotice multiplicaret tales argucias. Ego autem protestor, sicut sepe confessus sum, quod si quidquam scripsero vel dixero in quacunque sciencia, quod non sit fundabile in scriptura, illud dolenter revoco, confitens quod sepe erraveram; et rogo ut ecclesia illud habeat ut errorem; sed credo quod nec in logica nec in philosophia nec theologia tociens infundabiliter erraveram a scriptura, sicut religiones novelle in suis adinvencionibus ac ritibus erraverunt. Ideo vellem quod ipsi supersederent ab illis, sicut ego propono supersedere ab erroribus philosophicis, quousque ipsos fundaverint in scriptura.

4. He gives a foolish argument and says it is modelled on mine.

Quarto arguit: Cum Deus per se sufficit creare mundum et non minus potens est nunc quam tunc fuit, ergo nunc alie cause secunde superfluunt. Talem (inquit) formam facio ego in fine tractatus tercii; ergo si illa forma non valeat, nec mea valebit.

The dog for a while changes into an ape.

Hic considero quod ydiota propter zelum quem habet ad sustinenciam veritatis induendo formam simie exuit formam canis. Arguit enim per locum a simiali similitudine, quando latraciones canine sibi deficiunt. Prima autem argucia non habet colorem licet forte ut alius frater suus ignorans vocem propriam prophetizet. Nam verum est (ut dicitur) quod multe cause secunde superfluunt, cum in cibis, in potibus et eduliis monachorum sunt superfluitates plurime, ut in fructibus ex eis genitis, et cum omnes ille sint cause secunde superfluunt. Hoc

2. Cod.: Galatos. 7. Cod.: alius. 9. Recte: addisceret. 22. In marg.: 4. 27. In marg.: Responsio. 33. Cod.: cause due.

1. Vide Trial. 64, 240, 379. 11. Cf. Protestationes multiplices magistri Johannis Wikleff ap. Höfler, Anna von Luxemburg, Königin von England, Denkschriften d. k. Akademie der Wissenschaften, XX. Band, pag. 147—150. 22. Fasc. ziz., pag. 240.

autem non docet per unigeniti argumentum sed forte super hoc cespitat ut propheta. Si autem concluserit quod superflueret aliqua causa prima ad Dei creanciam, verum non concluderet; sed notaret ydiota quomodo sunt quatuor genera causarum secundum racionem distincta. Deus autem per se causat, cum cuius causancia 'nulla creatura communicat. Notaret secundo quomodo per se quandoque dicit sufficienciam causacionis signate sine alio in eodem | genere adiuvante; et quandoque dicit secundum logicos exclusionem alterius in quocunque genere concausantis. Primo modo Deus per se sufficit creare mundum et multa facere ad que habet ex se et per se sufficienciam, sed secundo modo dicit logicus (cui ego dissencio) quod Deus non sufficit per se causare mundum, cum requiritur aliud concausans cum ipso, ut patet de mundi partibus que mundum materialiter sunt causantes, et de universalibus partibus quiditativis quas Deus preexigit concausantibus; cum secundum Auctorem De Causis *prima omnium rerum creatarum est esse, et ante ipsum non est creatum aliud.* Notaret ergo monachus quomodo tota christiana regula et sua ficticia adinventa concurrerent in eodem genere attingendum. Et (ut sepe assumpsi) multi viantes attingerent hoc bravium brevius, compendiosius atque facilius, ergo tradicio supercumulata est superflua atque stulta.

Three kinds of causes.

Fol. 266[b]

Quinto arguit dompnus sic: Cum observancia mandatorum per se sufficit ad salutem, tunc observancia consiliorum est superflua.

5. He argues: If it is enough to observe the commandments, observance of counsels is superfluous.

Sed miror qua fronte edentulus iste asserit hoc assumptum, cum nedum ad salutem hominis multa alia preter istam observanciam sunt in aliis generibus requisita, sed in genere cause materialis ac efficientis, quod est idem cum genere observancie mandatorum, sunt multa alia requisita. Oportet enim quod beatificandus operetur meritorie que operacio distinguitur ab illa observancia. Nec potest quisquam observare mandata nisi eo ipso observet consilia et multas alias circum-

One cannot be observed without the other.

1. Cod.: argumenti. 3. Cod.: creanciam; cf. Serm. I, 174, l. 26; III, 11, l. 32. 26. In marg.: 5. 29. In marg.: Responsio.

19. Auctor De Causis i. e. Alpharabius. Cf. Trial., pag. 86. Vid. Opp. B. Thomae Aq. Expos. in Librum de Causis, ed. 1592, fol. 2. 26. Fasc. ziz., pag. 240.

stancias laudabiles que distinguuntur ab observancia mandatorum.

6. He argues: There is more grace than is needful to salvation, so the rest is superfluous.

Sexto arguit sic: Cum medietas latitudinis gracie per se sufficit ad salutem, sequitur argumento consimili quod totum residuum superfluit. Sed argucia ista putrida collecta est antiquitus per summos ydiotas. Ymaginantur enim quidam eorum plus profundati in erroribus quod gracia componitur ex suis partibus intensivis, sed extendendo nomen gracie latitudinis ad quodcunque donum Dei gratis datum se habens difformiter quoad tempus vel subiectum, concedo gracie latitudinem, sic nulla pars eius per se sufficit ad beatitudinem, cum preter qualitatem oportet addi operacionem, perseveranciam et multa alia. Et cum quicunque beatus premiabitur secundum gradum quo meruit, patet quod non est color: Si quis potest beatificari ad aliam beatitudinem inducendam; sed propter hoc superfluit. Sic enim et coloracius quilibet monachus et totus ordo suus superflueret, cum tota militans ecclesia potest plene et perfecte consequi beatitudinem sine illo ordine vel aliquo monachali. Licet autem persona matris ecclesie posset esse plene beata sine istis privatis ordinibus, prosunt tamen per accidens matri nostre sicut diabolus, sicut monachus vere dicit: lex Christi, quantum est ex parte legis, est per se sufficiens toti humano generi ad salutem. Si tamen hoc sit verum, ve illis qui addunt tradiciones frivolas tamquam leges, sicut religiones private spissim faciunt, per quas tradiciones lex Domini immaculata obscuratur, ignoratur et in effectu pseudodiscipulorum Antichristi postponitur.

He adds that laws compel, but private orders induce to be good.

Sed addit monachus quod coaccio et instruccio sunt necessarie ad legem Domini addiscendam, et sic leges civiles sunt medium cogens fideles ad bonum tamquam medium timoris, sed privati ordines sunt medium amoris inducens eciam ad bonum. Et sic multipliciter prosunt matri ecclesie.

In ista nota verum assumitur, cum Spiritus Sanctus et sua mocio sunt media necessaria ad instruendum

3. In marg.: 6; ib. Cod.: beatitudinis; Correxi e Fasc. zizann., pag. 241. 4. In marg.: Responsio. 6. Cod.: summas. 9. Cod.: ac latitudinis. 13. Cod.: beatitudine. 21. Cod.: cum illo. 30. Cod.: pseudodiscipulorum.

3. Fascic. ziz. 241. 32. ibid.

fideles quomodo et quantum debent agere pro beatitudine consequenda. Medium autem ad hoc stimulans est timor pene et amor premii, sed sui rubiginosi stimuli, licet prosint per accidens sicut omne peccatum, ante induccionem istorum mediorum ad profectum ecclesie neminem stimularunt, sed post per introduccionem eorum sunt plures ad cursum vie ad patriam aliqui retardati et alii simpliciter impediti. Nec video quod ordo hodiernus monachalis vel alius privatus stimulet per amorem nisi forte carnales quorum Deus venter est et alios despicientes legem et media religionis simplicis christiane. Stulticia enim magna est onerari mediis inutilibus vel minus utilibus, mediis maxime necessariis a Christo traditis pretermissis. Nec multum excitat fideles quod quidam qui volunt in religionibus privatis constare, servantes religionem Christi et defectus eorum arguere, incarcerantur horribiliter et longiori pena inaudita in seculo occiduntur. Ideo religiones iste private rubiginosa calcaria sunt timoris, et sic verum in fine annectitur, sed impertinens est dicendum vel efficaciter invehendum.

Modern orders do not stimulate by love.

## SERMO XXXII.

*Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.* Act. II°, 1.

Ystoria actuum apostolorum licet superflua vel superficialis videatur aliquibus, | est tamen necessaria, cum particularius instruit in Christo et suis apostolis quomodo debeamus ipsos in moribus imitari. Est autem dies Pentecostes dies quinquagesimus a resurreccione Domini et dicitur a *Pente* quod est quinque et *Coste* decem. Et est hoc festum solempne exemplatum ex veteri testamento; patres enim illius testamenti celebrarunt festum proporcionabile in memoriam legis date in monte Synai (Exod. XX°); que lex dicitur data fuisse quinquagesimo die ab exitu de Egypto; et hinc in Anglico dicitur hoc festum dies dominica sapiencialis, nam isto die effusa et confirmata est sapiencia legis gracie per Spiritum Sanctum in corda discipulorum.

Fol. 266c

Derivation of Pentecost.

English name is Wit-Sunday: the Sunday of wisdom.

9. Cod.: stimilet. 20. Cod.: dicendis. 34, 35. Cod.: in angelicum.

21. In die sancto Pentecostes. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 305—307.

Miraculous character of the thunder.

Narrat autem ystoria, cum Christi discipuli erant discipuli pariter mente et corpore, *sonus* venti quam tonitruus non terrens sed mulcens *per Spiritum Sanctum* qui est consolator cordium et *spirans ubi vult* ipsis discipulis in auditu sensibili apparebat *et replevit totam domum* singulariter. Ex quo patet miraculum eo quod tonitruus communiter et distanter causatur in aere ex causa alia quam fuit loco eis conveniens, nec solum fuit locus ille repletus sono sed splendore insolito. Nam *ignes* lucentes *apparuerunt spissim* in aere quorum fervor indicavit caritatem in apostolis, forma autem ignea indicavit noticiam disparium ydiomatum vel linguarum et lucencia indicavit undique claram noticiam in ambobus. Iste autem ignis sedit, id est, permansit supra singulos eorum secundum modum loquendi Scripture . . . . *Sedistis in Cadesbarne multo tempore*, id est, mansistis; et (ut quidam reputant) illo modo sederunt apostoli in suo cenaculo vel stando vel genuflectendo vel Deum ut Spiritus Sanctus moverat adorando.

How the apostles spoke with tongues.

Illa autem stacio linguarum signat in discipulis firmitatem noticie et virtutis; *et sic repleti sunt Spiritu Sancto* in effectu. Quamvis autem Trinitas necessario sit ubique, dicitur tamen esse noviter vel singulariter, ubi taliter operatur in signo sensibili, ergo necessitati sunt *eloqui* postquam sic repleti Spiritu Sancto, et hoc *secundum diversitatem linguarum*, ut auditorio fuit conveniens. Unde ad magnitudinem mirabilium non solum loquebantur isti illustres discipuli, intelligendo omne ydioma, sed distincte loquebantur simul in eodem aere singulum ydioma. Nec oportet ex isto quod ille aer fuit simul et semel figuratus contrarie sive motus, sed quilibet de suo auditorio distincte audivit et noviter proprium ydioma. Sicut enim per rebellionem populi contra Deum divise sunt lingue (Gen. VI°), sic per unionem populi in Deum per donum Spiritus ydiomata sunt unita, sic quod ex eodem materiali vocis per illustra-

The one utterance was heard as different languages.

2. recte: venti tamquam. 8. Cod.: ut solum. 10. Cod.: lucetes. 11. Cod.: farvor; ib. caritatem deest. Addidi. Cf.: The secounde signe of this miracle was of the substance of fier, that bitokned, that thes apostles weren ful of charite to speke. 11, 12. Cod.: forma autem lignea. 12. Cod.: disparum. 14. Cod.: cedit. 15. Cod.: secundum deest; addidi. 16. Scripture; sequitur lacuna. 18. Cod.: senaculo. 29. Cod.: illustri.

2. Act. II, 2. 4. Joh. III, 8. 16. Deut. I, 46. 22. Act. II, 4.

cionem internam dispariter conceperunt. Ad quod manuduci potest experimentator quod eodem sono campane vel alterius sonorici videtur diverse motis quod aliter loquitur vel sonorat; et ita Spiritus Sanctus movebat animas auditorii eundem sonum dispariter intelligere, cum instruccio intrinseca fuerat variata. Et sic sepe per inmocionem maligni spiritus plures demoniaci sunt seducti. Et illa operacio interna que sic sonat in bonum, dicitur Spiritui Sancto conveniens.

How the Jews were scattered abroad and took the language and name of the nations with whom they lived.

Viri quidam religiosi ex genere primo Judei qui ex captivacionibus plurimis in nacionibus sunt dispersi venerunt peregre in Jerusalem ad istam festivitatem. Erant autem Judei plurimi sepius captivati (ut patet IV. Reg. . . . , per Salmanazar). Iudei ergo captivati per regem Caldeorum propter affeccionem possessionum et filiorum multi non redierant Jerusalem (ut patet I° Esdre). Et sic de multis captivatis per Antiochum regem Grecorum (de quibus I° Macchabeorum). Horum autem plurimi venditi sunt diversis nacionibus in quibus didicerunt linguas dispares et nomen nacionis proprie contraxerunt.

The various languages that were heard.

*Facta autem hac voce miraculosa* tamquam tam apostolorum quam aliorum fidelium assistencium Deum cordate laudancium pre magnitudine miraculi, dum tamen prius non audiebant loqui, *convenit multitudo* predicta peregrinorum *et mente confusa est*, eo quod irradiabantur per voces proprias Galileorum *quos noverant audire* distincte *quilibet linguam suam*. Et narrat naciones septemdecim; Judei namque secundum partes Judee diversas dispariter formant voces, ut patet de Petro, cuius loquela manifestum se fecit quod fuerat Galileus, et hinc Juda bis inseritur. In istis autem linguis aliqui sunt plus diversitati, ut Judei et Romani; aliqui minus propter regionum propinquitatem, ut habitantes Mesopotamiam (que est pars Sirie) et Judei; aliqui vero minime variantur, ut incole eiusdem regionis propter diversitatem inter Austrum et Boriam vel alium locum eius. Judei vero vocantur specialiter illi de tribu Juda

3. Cod.: sonorisi; ib. an diversimodis legendum? 6. Cod.: intrinsica. 10. Cod.: quidem. 14. Reg. sequitur lacuna. 20, 21. In cod.: et nomen accio (sic) proprie contraxerunt. Hic locus corruptus est. 22. Cod.: ac voce. 27. Cod.: Galleorum. 30. Cod: format.

14. IV. Reg. 17, 3, 18, 9. 22. Act. II, 6. 32 bis inseritur. Cf. Act. II, 9, 11.

et Proselyti illi qui de gentilitate ad Judaismum sunt conversi, ut communiter fiunt fratres.

Fuit autem duplex causa huius auditus mirabilis, primo quia tam | miraculose et tam dispariter sunt locuti in linguis tam variis, secundo quia tam sapienter et profunde de scripture subtilitatibus sunt locuti; verumptamen inter audientes aliqui sinistre conceperant ut Judei perfidi, incolentes Jerusalem. Hii enim nec sensum conceperant neque miraculum, sed interpretati sunt *istos* Christi discipulos *ex ebrietate meri stolide balbutire*. Sed Petrus tamquam vir auctoritatis et alii Christi apostoli declararunt Jerosolymitis ex fide scripture prophetice quod sic ex spiritu Domini sint locuti. In Jerusalem quidem viguit testamentum vetus tam secundum legem Mosaycam quam secundum partes ystoricas quam eciam prophetarum. Et nota quod evidencia Petri non est demonstracio infideli, licet sit fidelibus satis certa; et consimili evidencia ostenditur ex evangelio Marci ultimo cum facto notorio. Et multi prelati sunt communiter infideles. Nam Christus dicit quod *signa eos qui crediderint in evangelium hec sequentur: In nomine meo*, inquit, *demonia eicient;* et sic de quatuor aliis signis sequentibus.

Fol. 266d

Some of the inhabitants of Jerusalem did not understand or perceive the miracle.

Et cum oportet illa signa impleri ad sensum aliquem in quomodocunque conversis ad Dominum, patet quod oportet in factis prelatis, si perfecte crediderint in evangelium et legitime sint conversi, ista signa impleri et specialiter signum primum. Sed illi nec evangelizando eiciunt demonia a suis fratribus nec eciam a se ipsis quod primo et principaliter facerent.

Prelates should cast out devils, but cannot, even from themselves.

Sed secundum evangelium sint fideles: cum enim sint septem maneries demonum incitantes homines ad septem peccata mortalia, ut spiritus superbie, spiritus avaricie atque luxurie et sic de aliis incitantibus homines ad peccata ad que ipsos concipiunt plus proclivos, notemus si spiritus avaricie que mammon dicitur a prelatis nostris atque religiosis exhinc expellitur. Et cum signis sensibilibus ac fidei scripture credi debeat, patet ex maioritate sue avaricie quod non sunt conversi. Et utinam convincentes in foro humani iudicii accusatos

The devil mammon possesses them.

1. Cod.: Proselti. 4. Cod.: dispariti. 22. Cod.: sic deest.

10. Act. II, 13. 21. Marci XVI, 17.

suos de crimine luxurie, heresis vel quocunque alio tam evidenter convincant dampnatos suos quos iudicant, sicut populus potest ipsos convincere ex infidelitate et perversione ad mammonem. In illis autem que oportet esse mundo, ut virtutibus, potestate atque noticia, simulant sanctitatem, dicentes quod habent plus potestatis quam Petrus vel alius Christi apostolus, eo quod absolvunt a pena et culpa et facientes miracula multa abscondita dant ampliores indulgencias quam aliquis apostolus unquam dedit; sed in ista seduccione Antichristi oportet fidelem notare opera Christi cum fide scripture et ex eorum operibus quoad Christi similitudinem ipsos cognoscere et non ficticias miserabiles ac infundabiles ultra Judeos imponentes ebrietatem Christi fidelibus omnino contempnere.

They claim a power beyond Peter's; that of absolution.

Circa hanc epistolam dubitatur (ut sepius) si religiosi nostri privati ut sic a religione Christi degenerent et sint ut sic per consequens infideles, et (ne equivocacio fiat in termino) intelligendo per religionem presentem privatam, que supra religionem Christi superaddit advenciones humanas infundabiles in scriptura vel partes essenciales religionis aut ordinis velut proprietates inseparabiliter consequentes ad perfeccionem ordinis generaliter observandas, et scrutetur theologus eciam ab illis privatis ordinibus que requiruntur et sufficiunt ad individuacionem vel speciem illorum ordinum et generaliter hec duo inveniet in cunctis privatis ordinibus homini occultata; occultata dico quia professores illorum ordinum nec audent nec sciunt illa detegere vel sciolis publicare. Si enim verum sit (quod dicit monachus) omnes privatos ordines tam possessionatorum quam mendicancium non differre in specie, unde habebitur differencia quod illi ordines differunt specifice a religione apostolica vel communi simplici christiana? aut quare non diceret quis probabiliter quod sicut ordo canonicorum et monachorum incipit temporibus apostolorum, sic ordo Fratrum incepit eodem tempore et non fuerunt in aliquo apostolo sed a solo Domino confirmati, licet illi ordines longe posterius inceperunt esse monachorum et canonicorum et per multos annos posterius inceperant esse Fratrum. Ordo enim per accidens est talis nominis.

Doubt, whether the members of private orders are infidels.

They will not declare what is the essence and distinction of their orders.

A monk says all the orders are essentially the same.

What then is the distinction from the common Christian religion?

5. Cod.: ab ut virtutibus. 16. In marg.: Dubium. 28. Cod.: homine. 27, 28. Cod.: homini occultata dico. 29. Cod.: sciunt; nec deest. In marg.: 1. 30. Cod.: omines. 38. apostolo; cod.: app$^{to}$; ib. Cod.: conformati.

Why do they dispute with each other?

Similiter, si omnes isti ordines tantum conveniunt, quomodo variaretur tantum contencio inter dictos ordines de antiquitate et novitate, quod unus eorum per papam et alius non adeo confirmatur, ab uno eorum licet ad alium ut perfecciorem procedere, non econtra. Si enim solum differunt secundum maius et minus que non variant speciem, quomodo non in ordine quorumcunque possessionatorum vel mendicancium contingit in eodem ordine in numero esse personas secundum maius et minus adeo variatas, et sic eadem persona foret qualiscunque ordinis possessionatorum vel mendicancium, cum non ex opposito distinguuntur.

In truth they are divided, since a difference in accidental forms may change species.

Similiter, si omnes illi sint eiusdem ordinis et regule apostolice simplices professores, quomodo non apostatant a suo ordine vel ab apostolis tantum degenerant? Tenetur enim communiter quod variando a populo vel econtra | (Fol. 267a) apostatatur ab ordine; et sic de conversacione in populo extra claustrum. Et ita de multis accidentalibus que longe minus facerent ad variandum speciem quam universacio omnium claustralium facit ad variandum speciem vite eorum a vita apostolica et obligari ad privatum prepositum vivendo secundum eius obedienciam, obligari ad claustrum vivendo secundum observanciam talis loci et obligari ad privatas observancias longe plus faceret ad distinccionem specificam religionis talis private ad religionem apostolicam quam facit qualitercunque distinccio ordinum privatorum vel ordinis cleri ad ordinem laicalem.

Istam materiam videret theologus tractando eam profundius et responsionem scioli adversarii audiendo. Modica enim variacio in formis accidentalibus mutat speciem, ut patet de numeris, de figuris, de proporcionibus; quare ergo non sic in religionibus, cum sint forme accidentales que personis tam accidentaliter inexistunt?

Nothing that is not founded in Scripture can constitute a true religion.

In ista materia alibi dixi diffusius quomodo nulla circumstancia que non est implicite fundabilis in scriptura constituit aliquam religionem vel ordinem laude dignum. Sed catuli ceci nolunt videre distincciones

1. In marg.: 2. 4. Recte: ut . . . liceat. 5. Cod.: profectorem. 10. Cod.: varietas. 13. Cod.: in marg.: 3. 28. Ad ordinem twice. 29. In marg.: Responsio. 36. In marg.: Conclusio.

1. Cf. De Fundatione Sectarum, Pol. Works, pag. 25 et seqq.

I have not declared this truth as I ought and have been misunderstood even by my friends.

atque sentenciam per quas sue argucie deliterent et forsitan in penam peccati mei hoc evenit. Sepe enim tractando istam materiam absconderem veritatem, nunc equivocando, nunc ipsam sub communi involucro abscondendo, et nunc veritatem pusillanimiter reticendo, vel propter superbiam vel propter adiutorium ordinis quem non adeo impugnabam, vel propter timorem servilem, cum in caritate evangelica non tunc adeo sum accessus. Sed Matthei V°, 3 scribitur: *Beati pauperes spiritu*, et Jeremie XVII°, 5: *Maledictus qui confidit in homine*, et Matthei X°, 28: *Nolite timere eos qui occidunt corpus* etc.

Amplius autem cum Dei adiutorio propono planius sensum catholicum quem dederit Deus declarare. Sed quod magis molestat me, amici mei karissimi cum quibus sepe communicaveram sensum Dei, vel sinistre vel imperfecte reportant sentenciam promulgatam. Dixi enim sepe quod universalia legum hominum, immo ipse leges hominum, sunt veritates eterne in scriptura planius implicate, sicut est ista: Perturbans rempublicam sensibiliter est racionabiliter puniendus. Et sic de multis aliis principiis legum civilium, que leges non possunt iustificari nisi ab eternis principiis et per se necessariis orirentur; leges tamen humane non sunt vere generaliter quoad tempus et nimis generaliter quoad populum applicandum. Patet quod adinvenciones sue que sunt leges inique se exorbitant a tramite veritatis. Nec unquam dixi quod omnes leges hominum sunt inique vel quod nulla principia legum hominum sunt veritates eterne sed plane oppositum. Si autem placet equivocanti restringere leges hominum ad tradiciones iniquas, non est vis quoad sentenciam. Leges autem universales hominum sunt inique vel plurimum defective, quia licet nunc ex sua universalitate non eveniat nocumentum, novi tamen casus crebro emergunt ex quibus cum sua universalitate stante fit iniusticia. Et tales casus politici non considerant in sua institucione primaria, et sic dixi quod lex in sua generalitate est veritas directiva hominis ut debite serviat Deo suo, et hoc genus legis est generaliter lex divina cuius una pars in scriptura sacra

Whatever in human law is true is implied in Scripture.

I have been falsely reported to say that all human laws are wicked.

Law is truth directing ma how to serve God.

6. Cod.: adiutorii. 14 and 16. sensum corr. in marg.: Cod.: (extinct.) secundum. 17. Cod.: vel implete. 26. Cod.: que sunt twice. 36. Cod.: poletici. 39. Cod.: servat. In marg.: Quid est lex.

Part of it lies hid in Scripture and when explained, this is human law.

absconditur. Et applicant explicite, ut debite serviant Deo suo, sunt heedem leges humane et sub eodem nomine sunt equivoce leges aliquando nuncupate que sunt leges inique; earum tamen iniusticia nunc percipitur in republica et nunc latet, ut ponitur pro lege regni Anglie quod quicunque episcopus vel prelatus dotatus vel mendicus de religionibus privatis incarceraverit suum obedienciarium, rex et regnum ratificabunt incarceracionem huiusmodi et auctoritative ac defensorie

By equivocation some laws are called laws although unjust, such as that ordering imprisonment of the excommunicate.

approbabunt. Nec dubium quin illa sit lex periculosa et iniusta ac radix perturbacionis regno et seminarium iniurie faciende; et ita est de legibus multis papalibus, ut patet De Maioritate et Obediencia, capitulo *Solite*, De Penitenciis et Remissionibus, capitulo *Omnes utriusque sexus*. De Ritibus, capitulo *Si duobus* in Sexto cum multis similibus.

It is defended on the ground that the prelate is supposed to excommunicate justly.

Supponunt autem maiores politici fundamentum nimis putridum, inficiens facta sua quod non debet supponi prelatum excommunicare vel incarcerare suum obedienciarium nisi iuste; idem est illud supponere et supponere quod sint impeccabiles sicut Deus. Quandoque autem ex iusta radice de tali lege bonum evenit et iusticie complementum et alias crebrius venit malum; et quo | ad leges papales supponunt quod papa generaliter tamquam persona impeccabilis interpretetur legem ultra suam generalitatem, ut exigit iusticie complementum; quod cum sit falsissimum, patet quod foret expediens et debitum de Dei iusticia quod nulle leges huiusmodi statuantur; et sic est de religionibus nostris privatis.

Fol. 267[b]

This implies that prelates are impeccable.

My opponents attempt a 'reductio ad absurdum'.

Ulterius quantum ad questionem qua queritur an quatuor libri evangeliorum per se sufficiant ad regimen ecclesie pro quocunque tempore sui lapsus; si sic, videtur quod superaddicio apostolorum in epistolis suis canonicis ad ipsos quatuor libros sapit peccatum tamquam superflua, sicut in tribus evangeliis Marci, Luce et Johannis per ordinem superadditis evangelio Matthei, et per idem omnes postillaciones sanctorum et leges ecclesie

1. Cod.: absconditas. Hic aliquot verba desunt. 3. Cod.: sut equivoce; ib. lege aliquo. 14. Cod.: capitulo deest; ib. in marg.: Fundamentum suum. 15. Recte: De Appellationibus in Dec. Greg. IX° vide infra. 30. In marg.: Questio notanda. 35. Cod.: Johannes.

13. Decretal. Gregor. IX, lib. I, tit. XXXIII, cap. VI. 14. ib. lib. V, tit. XXXVIII, cap. XII. 15. ib. lib. II, tit. XXVIII, cap. VII. Cf. Trialogum, pag. 427.

forent superflue et inique, vel aliter non est dicenda quare generaliter leges humane et religiones private forent superflue.

They do not understand the difference between explaining old laws and bringing in new ones.

In ista argucia blasphemie simiales similitudines sunt assumpte, dum per locum a mardosa similitudine sic arguitur: Auctores fidei scripture paulatim addiderunt codices ad utilitatem ecclesie et veritates prius absconditas explicarunt, ergo per idem licet doctoribus, papis et aliis regnicolis leges superaddere sine fine. Capi namque debet ut fides (sicut docet Augustinus) quod scriptura sacra sit ut sic infinitum maioris auctoritatis quam sunt ut sic leges alie; consequenter et sic necesse fuit pro regimine ecclesie et a Sancto Spiritu ordinatum quod tali tempore et tali mensura sint codices fidei scripture taliter publicate; ideo ille qui arguit: ergo per idem debent leges et scripta sequencia secundum suum ordinem publicari, in casu quo stulte credit sue argucie se ipsum seducit ut infideli deterior; scripta autem sequencia nunc proficiunt et specialiter si pure sapiunt legem Dei et nunc officiunt retardantes, et eo specialiter quod declinantes ab operibus legis Dei deficiunt a regimine Spiritus Sancti, sicut oppositum contingit in ecclesia primitiva. Ideo videtur michi quod stante eternitate legis vive novi testamenti non obesset sed proficeret quod multi codices et multe scripte sentencie sint destructe, sic tamen quod sacerdotes imitantes Christum in moribus evangelizent efficaciter veritates evangelicas scriptas in libris suis interioribus. Ad quantum autem terminum hoc foret expediens et non ultra non est nobis discutere sed illis qui sunt ad hoc a Spiritu Sancto specialiter illustrati. Hoc tamen possumus statim cognoscere quod propositis duabus viis disparibus debemus meliori intendere et sic, cum melius sit operari et predicare populo viva voce quam multiplicare tot codices, muta taliter invenire. Dimittamus hoc secundum et priori diligencius innitamur et sic supplicatis erroribus non multiplicemus signa talia inanimata sed ex auctoritate scripture sacre talibus erroribus vivis vocibus obviemus. Unde instinctu diaboli generacio adultera querit signa huiusmodi, multiplicando

There are many books that might be destroyed without loss.

Preaching better than copying books.

4. In marg.: Responsio. 20. Cod.: sapiant. 34. Cod.: et predicare twice. 36. Cod.: invitamur.

9. Cf. Trial., pag. 239.

codices, basilicas et alias novitates in signis mortiferis ac religionibus evangelico opere pretermisso. Conceditur ergo quod post evangelium Matthei necesse fuit (quia ordinatum a Sancto Spiritu) ut tria sequencia evangelia adderentur et post illa omnes epistole apostolorum canonice ac actus apostolorum cum Apocalypsi, et cum Spiritus Sanctus non ultra progreditur, ibi siste. Si autem ex fide Spiritus Sanctus docuerit homines postillare, admittant quibus fit talis revelacio postillaciones huiusmodi; et sic de aliis factis ecclesie militantis.

God gave truth and law in due measure.

Credimus autem ex fide quod licet tota veritas et lex Dei sit in prioribus scriptis evangelice implicite, Deus tamen eternaliter ordinavit quod sint secundum illam mensuram adeo implicite. Et cum Deus posuit omnia opera sua in numero, pondere et mensura, Antichristus cum suis discipulis fabricat cotidie novas scripturas quas dicit equivalere scripture sacre vel ipsam superaddere, ac si vellet constituere novum mundum. Verba autem Christi superant in mensura, numero et pondere fabricam huius mundi; et sic de omnibus notulis quas omnes instituendo inserunt vel novas regulas fabricando vel novos ritus aut fabricas faciendo vel quicquid aliud mundiale secundum mundanam sollicitudinem providendo. Si in clericis, sapit subtraccionem predicacionis vel implecionis operis legis Dei et de tanto superfluit tamquam culpabile, et sicut ista regula extingueret sollicitudinem temporalium in possessionatis ut in secularibus et clericis, sic extingueret mundanam sollicitudinem in quibuscunque collegiis secularium vel claustralium qui propter occupacionem in talibus superfluis ab opere evangelii ociantur. Et sic considerante prudenter Christi discipulo post complecionem scripture ut mundi fabrica utatur illa pro regula sui operis et extinguat quantum sufficit novas species ordinum vel scripturarum | que non elucidant atque facilitant ex complecione operis legis Dei ad eius sufficienciam declarandam; et ita sicut carnalis copula extra matrimonium vel intencionem procreacionis ad constituendum seculum est dampnabilis nobis lapsis, sic quodammodo sentit catholicus de scripturis. Multi enim fornicantur

Fol. 267c

2. Cod.: evangelicis. 6. Cod.: Apocolypsi. 25. Cod.: opere; ib. Cod.: et deest. 34. Cod.: continguat.

13. Cf. Trialogum l. c.

*We vary more than we need from the state of innocence.*

superbe cum ipso diabolo, scripturas vel regulas improvide statuendo et de possessione civili specialiter in clericis providendo, et sic licet post lapsum debeat ecclesia a modo vivendi in statu innocencie variare, non tamen debet secundum instruccionem Antichristi sed legis Christi prudenter hoc facere in mensura.

## SERMO XXXIII.

*Vidi hostium apertum in celo.* Apoc. IV°, 1.

*Difficulty of expounding the Apocalypse.*

Cum exposicio huius libri requirit revelacionem novam, similem quam Johannes habuit, que revelacio communiter postillantibus est absconsa, grave videtur michi ignaro huius scripture sentenciam sompniare; ideo quidquid in exposicione ista dixero, dico non diffiniendo vel temere asserendo, sed tamquam probabile si placeat ipsi Deo. Tenetur enim communiter quod Johannes in Apocalypsi scribit sompnum ymaginarium, cuius interpretacio illi qui ipsam noverit statum militantis ecclesie abhinc usque ad diem iudicii in maioribus mentibus indicaret. Et sic est Apocalypsis sextipertita cum suis incidenciis; quarum prima pars tractat de persecucione martirum, que Psalmo . . . . vocatur *timor nocturnus;* secunda tractat de heresi que propter verba acuta et subtilia, violancia in ecclesia lucidata dicitur *sagitta volans in die;* tercia tractat de symonia, que dicitur *negocium perambulans in tenebris;* quarta tractat de Antichristo, qui est *demonium meridianum;* quinta de die iudicii et sexta de statu ecclesie proinde triumphantis.

*Sixfold division of the book.*

*How gloriously the true church is ruled.*

Ista autem epistola inculcat quomodo militans ecclesia serviendo celesti ecclesie gloriosius regulatur. *Vidit* itaque *Johannes* ymaginarie *hostium apertum in celo*, per quod signatur scripture sacre sentencia fidelibus viantibus reserata ad modum loquendi Apostoli . . . . *Ostium mihi magnum apertum est*, et ad modum loquendi evangelii Luce XI°, 7 *iam ostium clausum est.* Scriptura autem et specialiter evangelium est *celum;* ut ergo tota scrip-

11. Cod.: a postillantibus. 17. Cod.: noverint. 19—29. In marg.: Apocalypsis est sextipertita. 1, 2, 3, 4. 5, 6. 21. Psalmo sequitur lac. in cod. 22. Cod.: accita. 27. Cod.: pro indm. 31. Cod.: sentenciam. 32. Cod.: Apostoli; sequitur lacuna.

7. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 308—312. In die Sanctae Trinitatis. 21. Ps. XC, 5. 23. ib. 6. 25, 26. ibid. 32. I. Cor. XXI, 9.

The voice calls us to the study of Scripture.

tura dicitur mundi fabrica, *vox* autem *primo* vocantis angeli est minister triumphantis ecclesie ad sensum scripture debite incitantis et signanter notatur in *tuba*, sed Spiritus Sanctus in ipso loquitur scripture sentenciam. Oportet autem exponentem scripturam debite esse alienatum a seculo et ad angelicam vitam *ascendere.* Et tunc in ipsa intelliget eventus ecclesie quos oportet cito *fieri*, cum omnia que eveniunt aut bona aut mala a Deo necesse sibi eveniunt.

The throne is the place of the Trinity and of Christ's humanity.

Et statim talis tactus ab angelo per Deum prius tangentem sit in sompno vel spiritu, dimittendo omnem vitam temporalem ac negocia secularia in celestibus conversando. *Sedes autem posita in celo* est locus debitus Trinitati et humanitati Christi totum mundum et specialiter ecclesiam regulantis. Hec autem *sedes* indicat in Deo summam et iudiciariam potestatem, supra quam sedem Trinitas sedet inmobilis; cuius maiestatem, quia lingue ipsam balbuciunt, non in ista revelacione Johannes singulariter nominat, sed quia ex effectibus habemus de Deo scintillam noticie, ideo Johannes describit colorem duplicem in sedente: *Aspectui autem* dicit esse *similem lapidis iaspidis et sardinis*, quia Deus in essencia sua non est hic a nobis noscibilis, sed noticia de ipso quam hic habemus est simul *aspectui coloris* viridis, quia oculum interioris hominis letificantis, eo quod Deus est benevolus et misericors retributor hiis qui fideliter serviunt sibi. Aspectus autem lapidis sardinis qui rubeus dicitur notat in Deo vindicativam in hiis qui proditorie sibi serviunt hic in via. Istam autem noticiam oportet viantes primo ex fide habere de Deo, ut dicit Apostolus Hebreorum XI°, 6: *Accedentem ad Deum oportet credere quia est et retributor bonorum sit.*

The Jasper (green) and the Sardine (red) indicate God's mercy and His wrath against the wicked.

The rainbow shews how God's mercy and His justice are mingled.

*Iris autem que erat in circuitu sedis*, ac si quis colorem smaragdinum inspiceret, signat quomodo Deus in circuitu omnium suorum operum miscet misericordiam cum severitate iusticie. Sicut enim iris est signum federis inter Deum et terram (ut patet Genesis IX°), sic color puniceus superior et color viridis inferior impressi in exaltacione aerea et aquea, indicant temperatam et

1. Cod.: mund. 6. Recte: ascendentem. 8, 9. Cod.: evenit. 13. Cod.: po$^{ll}$ in celo. 19. Cod.: nominatur. 20. Cod.: sintillam; ib. Cod.: discribit. 21. Cod.: similis.

6 et seq. Apoc. IV, 2. 21. ib. 3.

mitigativam regulacionem ecclesie factam a Christo Deo et homine qui est singulariter caput eius. Unde sicut apparentibus duabus iribus color viridis inferiori est superior et amplior ex aqueitate duplici, sic Christus post incarnacionem agit misericordius cum sua ecclesia quam egit in | (Fol. 267[d]) veteri testamento. Nec oportet quod in istis exemplis sit similitudo omnimoda, cum impossibile sit Deum ad extra agere nisi simul agat misericorditer atque iuste. Raciones tamen sicut colores iridis sunt distincte.

The 24 elders signify the leaders of the faithful.

Quod autem Johannes *vidit viginti quatuor sedilia in circuitu sedis Dei*, signat universitatem posicionum superiorum fidelium in ecclesia militante, sive sint persone simplices sive persone ex multis episcopis aggregate. Sic enim David ordinavit XXIV sacerdotes maiores successive ministrantes in templo (ut patet I. Paral. XXV°), et notant arsmetrici sensum misticum secundum proprietatem huius numeri, sicut ille numerus est superficialis resultans ex ductu quaternarii in senarium, sic singuli superiores prelati ecclesie debent habere secundum sensum quadruplicem scripture scilicet literalem, moralem allegoricum et anagogicum iuxta convenienciam status vie et numeri senarii perfectum sensum licet superficialem aut tenuem de scriptura. Et sicut immediate post illum numerum sequitur numerus quadratus resultans ex ductu quinarii in se ipsum, sic immediate post istam viatorum noticiam resultat perfeccior pro statu patrie que fit ex ductu Trinitatis et diversis nature in Christo sine aliquo superfluo vel diminuto. Et ita viginti quatuor istorum sedulium vacuitas attestatur super sterilitatem ecclesie militantis. Quamvis autem ecclesia submersa in temporalibus non considerat istum statum, tamen ordinata in priori pauperie et elevata in celum quo Christus ascenderat videret quod status iste episcoporum foret infinitum perfeccior quam status cesariorum ad inferius suos trahencium quantumcunque in temporalibus sint dotati; *illi enim seniores sedentes super tronos* illos *viginti quatuor* forent maturi in moribus, quia in sciencia divina populo seniores, et propter

Mystical meanings of the number twenty four.

1. Cod.: regracionem. 15. Cod.: sacerdotores. 19. Cod.: cenarium. 21. Cod.: quadriplicem. 23. Cod.: cenarii. 28. diversis. Cod.: diu'c'. Rectius: et divine. 39. Cod.: pp̄.

11. Apoc. IV, 4. 21. Vide supra Serm. XXII. 37. Apoc. IV, 4.

tronos forent ipso alciores ad sensibilius attrahentes in via spirituali qua secundum ordinem Christi sunt positi stabiliter insidentes. Prelati autem cesarii habentes tronos suos subtus terram et non in circuitu sedis Dei trahunt conversantes superius ad infernum.

They are clothed in white as being pure from the world, the flesh, and the devil.

Sunt autem isti viginti quatuor de ordinacione Christi *vestimentis albis circumamicti,* quia mundicia quoad carnem, mundum atque diabolum habent vestes anime a macula reservatas. *Corone autem auree* istorum viginti quatuor seniorum sunt victorie laudabiles ab istis hostibus et rutulantes sapiencie quibus ducunt ad patriam gregem suum. Nostri autem prelati carentes istis coronis stercoribus temporalium sunt ornati. Et de trono Dei per istos tronos viginti quatuor procedunt hec tria per ordinem *fulgura, voces, tonitrua.* Fulgura sunt miraculorum corruscaciones, voces sunt sancte et mulcentes ad amorem patrie exhortaciones, sed tonitrua sunt terrifice predicaciones de die iudicii et pena perpetua infernali. Quamvis autem Johannes vidit hec tria de sede Dei veniencia per ista sedilia, quia tamen modo sunt loca vacua, nec Johannes nec eciam ipse Christus videt modo per ipsa sedilia currere ista tria, licet Johannes viderit quod in desperatis sedilibus bassioribus quoad seculum, sed alcioribus quoad Deum ista rutulent, prioribus et viginti quatuor sedilibus terremotu submersis.

Now their places are vacant.

The seven lamps indicate the whole body of the blessed.

*Septem autem lampades ardentes* ante tronum intelliguntur universitas spirituum beatorum parata ad Dei beneplacitum in militante ecclesia exequendum. Iste autem lampades sunt semper plene devocione, caritate et gracia ac semper ardent illuminantes et accendentes duplicem naturam ecclesie militantis. Quia autem permanent iam secundum situm temporalem pro suo officio, ideo fixi in celis sunt ut lampades sine sedilibus in aere dependentes.

The crystal sea a sign of baptism.

Quarto autem vidit iste propheta *mare vitreum simile cristallo,* per quod signatur res sacramenti baptismatis, cuius caracter tamquam cristallus indissolubilis est virtus baptismi indelebilis, licet hoc mare in tribulacione frangi poterit tamquam vitrum.

9. Cod.: viginti deest. 19. Cod.: se sede. 22. Cod.: sedulia. 28. Cod.: exequendam.

7, 9, 15, 26, 35. Apoc. IV, 4—6.

The four beasts, the four evangelists,

Quinto vidit *quatuor animalia in medio et in circuitu sedis* Dei, quia, cum anima sit ubi afficitur, quatuor evangeliste tam intellectu quam affectu occupati circa Christi divinitatem atque humanitatem possunt singulariter et quadam proprietate in ipso existere; sedes autem ista non potest esse vacua. Ista animalia sunt plena oculis, quia habent plenam noticiam omnium preteritarum veritatum ac eciam futurarum.

not, as some say, the four patriarchal churches.

*Primum autem animal simile leoni* Marcus dicitur et consequenter Lucas, Mattheus et Johannes. Istum autem ordinem innuit potencia, sapiencia et benevolencia deitatis, cum Patri appropriatur potencia, Verbo sapiencia et Spiritui Sancto gracia vel benevolencia. Johannes autem interpretatur gracia Dei, sed Mattheus humanitatem Christi indicat; sed quia Christus conceptus est de Spiritu Sancto et oportet ipsum Spiritum exequi in effectu omnia ad que Christus spiritum istum miserit, ideo forte Johannes vel *aquila* in fine ponitur. Alii autem intelligunt per ista quatuor animalia quatuor Fol. 268a cathedrales | ecclesias, scilicet Hierosolymitanam et Antiochenam, Alexandrinam et Constantinopolitanam. Sed istud videtur michi esse fabula sompniata.

The six wings the six kinds of law.

*Sex autem ale* quas habebant animalia intelliguntur sex maneries legis Dei, scilicet lex naturalis, lex Mosaica, prophetarum oracula, lex evangelica, apostolorum epistole et eorum consilia. Nam per ista sex debent evangelistarum vicarii volare, nunc contemplando divina, nunc descendendo ad edificandum ecclesiam militantem, nunc ad dexteram per graciarum acciones in prosperis, nunc ad sinistram per pacienciam in adversis, nunc *ante* considerando penas et premia et nunc *retro* considerando Dei mirabilia retroacta. Isti autem quatuor Evangeliste sicut et eorum veri vicarii cantant continue cantum Trinitatis que substancialiter est natura divina. Confitentur eciam Dei proprietates, ut eius generale dominium quia *dominus*, omnipotenciam eius creativam quia *Deus omnipotens*, eius effectualem produccionem mundi voluntariam quia *erat* in principio ante tempus, eius graciosam gubernacionem continuam quia *est*, et eius consummacionem completam post finale iudicium, quia *venturus est*.

The Evangelists and their successors sing the praise of God and of His work.

32. Cod.: Iste.

1, 9, 30 et seqq. Apoc. IV, 6, 7, 8.

The Church sang thus until it was endowed.

Et istud solempne canticum cantabat ecclesia trecentis annis ante dotacionem, sed post luxit multipliciter perturbata; et post ista animalia procedit episcoporum exercitus tempore prosperitatis ecclesie ab illis quatuor informatus, adorans Deum eternum et Trinitatem conformiter istis quatuor animalibus supradictis. *Ipsa enim dederunt gloriam* ad correspondenciam Dei Patris, *honorem* ad correspondenciam actus mirifici Verbi Dei, et *benediccionem* ad correspondenciam Spiritus Sancti, omnia opera sua in perpetuitate benivole consummantis.

Now our elders do not know the song.

The Church prays Christ for knowledge of the Trinity.

Sed istud canticum ignorant nostri seniores, cum sint monstra subterranea ut bufones; in fide tamen confessionis Trinitatis cum suis appendiciis consistit totus profectus ecclesie militantis (sicut patet in parabola Salvatoris Luce XI°). Ipsa enim ecclesia *habens* Christum *amicum rogat* eum obnixius *ut tres panes sibi accommodet*, hoc est, tres articulos fidei de noticia Trinitatis. Ipsa autem ecclesia instat pro istis panibus, quando *in noctis medio* spiritualiter tribuatur. Et anima que est amicus ecclesie extravagans in temporalibus tamquam via revertitur ad cor volens salvare utramque naturam ecclesie. Sed deficientibus istis articulis fidei non habet de cibo spirituali quid poneret ante ipsum. Christus autem cum suis electis pausans in beatitudine ecclesie triumphantis propter priorem maculam continuatam ingrate reddit se quoad peticionem istam difficilem atque tardum. Sed persona militantis ecclesie in peticione ista constancius perseverans impetrat istorum articulorum noticiam et per consequens in ipsis panes quotquot habet necessarios, ut viando spiritualiter sit cibata. Nam talis continuacio pulsacionis Christum necessitat ad iuvandum dominaliter ... ex passione et lege propria foret improbus apud Deum. Potest autem tota ista materia eciam Trinitas nature divine capacibus demonstrari. Quis (inquam) dubitat quin ex pura philosophia a posteriori demonstrari poterit esse unam potenciam essencialem vel naturam quam Deum dicimus? et cum illa sit optima et perfectissima, planissime ac delectabilissime legit intus se ipsam cum omnibus suis passionibus, et per consequens, cum quelibet assignando nec

7. Cod.: de patris. 24. Cod.: paulans. 32. dominaliter. Hic aliqua desunt. 33. Cod.: patet autem.

6 et seqq. Apoc. IV, 8, 9. 15. Lucae XI, 5.

Philosophical proof of the Trinity.

potest interpolari in ista intelleccione, incipiendo vel desistendo, quia secundum philosophos tunc vilesceret indigens ad suam beatitudinem causa extrinseca adiuvante. Si ergo ista natura ita se habeat, quis dubitat quin habeat potenciam secundum quam potest ad intra sic agere? Et cum illa potencia non potest ociari ex racione proxima, necesse est quod ab illa potencia equaliter atque sapienter procedat actus intrinsecus; et necesse est quod ex ista potencia ac verbo et sapiencia sibi equali procedat res tercia que est quietacio vel complacencia in se ipso; et ista tria vocat ecclesia Patrem et Filium et Spiritum Sanctum. Nec potest eciam infidelis subterfugere racionem.

It is unlawful to make new religions.

Circa istam epistolam dubitatur (ut sepius) utrum licet innovare religiones ultra hoc quod Christus ordinavit in ecclesia primitiva; et patet ex decursu Apocalipsis et deterioracione ecclesie quod non licet. Unde (ut patet in epistola proxima precedente) viri religiosi, nacione primeva Judei, confitebantur miraculum Spiritus Sancti; Judei indigene, consencientes morti Christi in Jerusalem inclaustrati, interpretati sunt miraculum diabolice modo quo patres eorum interpretati sunt Christi miracula. Ideo (ut sepe dixi) talis novitas inclaustracionis et religionis private non fundabitur in scriptura nisi (ut loquar yronice) ex isto Marci ultimo: *Ite in orbem universum et predicate evangelium omni creature.* Sicut enim Christus abbas noster noluit in templo parvo vel tabernaculo alligari (ut patet ad Hebreos IX°, 11): *Christus,* inquit Paulus, *pontifex bonorum* largorum et perpetuorum *peramplius et perfeccius tabernaculum introivit semel in sancta.* Et | propter eius imitacionem Apostolus et ceteri discipuli per trecentos annos et amplius circuierant istum mundum edificando ecclesiam instar Christi. Sed postmodum *refrigescente caritate multorum* constipati sunt sacerdotes ecclesie propter defectum caritatis atque noticie et propter vecordiam atque verecundiam in claustris ut tetris carceribus sunt inclusi. Nec dubium quin ista incarceracio prenosticat incarceraciones alias plus nocivas. Fundabilis ergo

The Jews who mocked were those cloistered at Jerusalem.

Fol. 268b

For 300 years the disciples went about preaching: then from defect of charity they shut themselves in cloisters.

12. In marg.: Dubium. 14. Cod.: epistolam ducitur. 17. Cod.: patet in ecclesia. 20. Cod.: morte. 24. Cod.: religionibus privatis. 33. Cod.: circuerant.

25. Marci XVI, 15. 34. Matth. XXIV, 12.

difficultas est, ex qua auctorizacione isti privati ordines ceperunt originem, cum sit per se ut fides quod non licet matri ecclesie retrocedere in viando, et est iterum notorium quod nisi assit fundacio vel authorizacio, est dicta novitas ex cautela diaboli introducta. Cum autem in scriptura sacra sit omnis veritas sive licencia ac in dicta scriptura infundatur, patet quod a fundacione evacuatur talis vana religio. Nam ante colleccionem Benedicti fuerunt multi sancti monachi secundum vitam heremiticam instar Baptiste licite conversantes, et sic in principiis ordinum sine dispensacione vel incorporacione tradicionum erant homines licet debilius et debilius conversantes. Fundacio autem, authorizacio et confirmacio istorum privatorum ordinum a Romano pontifice sunt petite, et cum ignoratur sed probabiliter creditur ipsum et suos sequentes esse diabolum condempnatum, ex illis sine dubio suus ordo cepit confirmacionem atque originem a diabolo non a Christo.

The first monks were not incorporated.

The orders seek sanction from the Pope which is valueless.

Item, cum cuncti tales Romani pontifices non plus valent auctoritatem tribuere sive licenciam ad novitates huiusmodi quam sacerdotes alii scienciores, videtur quod provide est sive debilius ac si forent a propriis fratribus confirmati. Nam fratres proprii scienciores ac sancciores habent maiorem potestatem apud Deum et totam ecclesiam triumphantem. Locus enim Rome est excellencie tali impertinens sicut locus Jerusalem, et humana eleccio, cum sepe sit frivola et maledicta a Domino, ad talem excellenciam nichil facit. Cur ergo non liceret quibuscunque collegis novum ordinem ad votum statuere? Sic faciunt raptores et fures in mari et terra qui in magna parte sunt sibi similes.

They might as well act for themselves, as do bandits and pirates.

Item, cum stat auctoritatem Romane curie cassari, ut confunditur sedes Jerusalem, videtur quod stat istos privatos ordines servare omnes suas servancias et propter defectum fundacionis extra ecclesiam evagari, et cum modo non habent fundacionem plus quam tunc, videtur quod tamquam sine fundamento populum christianum in fide decipiunt. Unde quesivi sepius si in ista divisione duorum paparum et nomine ipsi tenent populum, cum papa religioni christiane sit necessarior quam suus

The Schism may cause clashing in the obedience due to the Pope and to the head of the order.

2. Cod.: est fidelis. 11. impciis (r above); in primiciis? 14. Cod.: Romano publice. 15. Cod.: sunt ptite; cf. Trialogum, pag. 437: In cuius evidenciam petunt confirmacionem instancius a Romano pontifice. 17. Cod.: illis du°; sine deest. 38. Cod.: quesive. 39. Cod.: in nomine. 40. Cod.: sit deest.

privatus prepositus est necessarius ad religionis sue observanciam quam taliter profitentur, videtur quod detestando suum privatum prepositum licet eis sine apostasia ad alium declinare et per idem omnes privatos sine differencia se miscere et multo magis differenciam in habitu corporis vel aliis ritibus infundabilibus licet dimittere.

Similiter, Grecos reputamus ex sua divisione scismatica infideles, licet teneant fidem apostolicam; et sic de Indis quoad fidem quam eis indidit sanctus Thomas, et ita de multis nacionibus que non subiecte sunt Romano pontifici. Cum ergo tantum errat quecunque istarum duarum parcium que tenuerit partem falsam et tantum declinat a sentencia veri pape, videtur quod alter illarum omnino a fide exorbitat et ante divisionem istorum paparum constanter et concorditer tenerent nostri religiosi istam sentenciam. Sed videtur quod expectant ut perfidi cum utroque papa commixti in tantum quod in Anglia fratres eiusdem ordinis sunt propter provincialem tamquam in materia fidei separati, ut hii, quod provincialis quem Urbanus noster constituit sit provincialis eorum legitimus, et hii quod alius quem ipsi elegerint vel generalis sub Roberto, iusticia sit provincialis eorum legitimus; et breviter non est racio quare de divisione istorum duorum paparum foret dissensio sive dubietas quin per idem in eleccione quorumcunque prepositorum, prelatorum ordinum posset esse consensus dubietas.

One pope's party must err, and the friars are already divided as to the choice of provincials.

Similiter, notemus racionem quare ante istam divisionem isti religiosi magnificarunt quod oporteret simul esse papam unicum et non multos. Est duplex causa, prima, cum papa figurat Christum tamquam immediatus eius vicarius, idem foret approbare tales duas figuras et asserere quod fuerant duo Christi. Sed hoc foret omnino infidele et antichristiva sentencia: ergo et alia sentencia istud indicans in figura. Sic enim Apostolus diffinit ut infidelitatem quod christianus sit regulariter circumcisus; idem enim foret hoc asserere atque similia ut futurum Messiam alium expectare.

The religious always magnified the need for a single pope; 1. as a figure of Christ,

9, 10. Cod.: et si de Indis. 12. Cod.: sunt deest. 22. Cod.: provinciales. 23. Cod.: eligerint. 26. Cod.: discensio. 27. Cod.: prelialorum. 28. Cod.: conscensus dibietas. 30. Cod.: magificarunt.

8. Cf. Trial., pag. 446.

2. Because of confusion that would follow from many heads.

Secunda racio quare tenuerunt religiosi | quod repugnat Fol. 268c esse duos papas in omni ordine christiano est ista, quia per idem liceret esse quatuor vel quotquot populus particularis voluerit, et multo magis liceret in privatis ordinibus esse simul quotos et pares prepositos, quod notum est religionem talem confundere. Quare ergo non in papis disparibus ordinem christianum? Et hec racio quare dicit Aristoteles quam erit necessarius unus princeps; et cum eadem racio quecunque fuerit modo

One of these popes must be apostate.

movet, videtur quod necessario alter istorum paparum cum suis complicibus a religione christiana apostatat. Nec dubium quin alter istorum, vendicans immediate sic proponi toti christianismo, econtra notatur cum omnibus suis consencientibus; quod si fratres et alii ordines privati concesserint, asserendo nos fideles et partem aliam infidelem, cur non audent in tanto devio

Yet the friars do not dare say which is the true one but keep relations with supporters of both.

fidei predicare, confirmando nos in fide quam dicunt esse catholicam et repugnando vel detestando fidem aliam, ut martyres fecerunt in simili, specialiter cum habent tot apostatas de fide contraria quos tantum fovent et nutriunt et cum quibus ad decepcionem regnorum tantum communicant? Si (inquam) plena radix eorum in ista materia esset rimata sedulius, forent inventi infideles et regnicolis proditores. Nos autem seculares sumus extra istud periculum, quia sicut detestamur omnes istos infundatos privatos ordines, sic detestamur papas et quoscunque prelatos cesarios, dicentes quod foret expediens ecclesie quod a talibus generaliter sit purgata. Dicimus tamen quod Urbanus noster cui plus credimus sit papa verus nobis, cum putatur necessarius ad salutem. Docemus eciam quod Urbano nostro, Roberto Gybbonensi et cuicunque alii volumus obedire de quanto legem Christi nobis dixerit, non ultra. Christo enim non plus debuimus obedire; quomodo ergo excederemus in luciferina obediencia quoad detestandum apostatam vel eciam Antichristum.

Facta autem istorum privatorum ordinum cum ista divisione felici plane docent quod isti ordines nos

Friars are careful not to beg of each other;

seculares non diligunt sed nostra temporalia, que fraudulenter rapiunt; in cuius signum fratres non

5. Cod.: quotus. 8. Cod.: necessario; ib. recte: quod erit. 30. Cod.: cum preter. 39. Cod.: seculare non diligunt.

8. De re publica III, 18., Opp. tom. III, 652.

mendicant a fratribus eiusdem ordinis quantumcunque potentes ipsos noverint in pecunia sicut modicum mendicant a monachis et aliis privatis ordinibus ac si communitas eorum tamquam regnum Antichristi commixta fidelibus intenderet regnum Christi in suis pauperibus destruere et regnum Antichristi in copia temporalium confirmare. Si enim propter amorem caritativum tam instanter ab extraneo et alieno populo mendicarent, multo magis ab avaris divitibus suis consociis, cum maior foret color et necessitas utrobique. Sed unum regnum devastans aliud parcit regno proprio totis viribus consumens regnum quod invadit. Possessionati autem religiosi ac si cognoscerent istam perfidiam obviant fratribus cautelose, nunc dando illis parce fragmenta, nunc includendo eos sine alimento vel tegumento in domibus et nunc eos sine aliquo diversis racionibus emittendo. Et utinam seculares simplices istam caritativam communicacionem cum fratribus a religiosis possessionatis addiscerent vel dicendo illis quod doceant utrum sint Urbaniti vel Robertini, vel quod nimia pars temporalium regni per quam relevarentur huiusmodi evagantes est in domibus possessionatorum ordinum per fratrum negligenciam incastrata.

and they get chary help from monks.

## SERMO XXIV.

*Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis.* Iª Cor. XIº, 23.

Doctrine of the Eucharist.

In ista epistola docet Apostolus nedum Grecos sed cunctos fideles quomodo de sacramento Eukaristie est credendum; et primo ut indicet fidelibus firmitatem sue sentencie dicit quod accepit illam a Domino et per consequens non potest a veritate deficere. Et nimis blasfemum foret vel in isto dicere quod Apostolus menciatur vel quod sentencia Domini foret falsa: *Ego*, inquit, *accepi a Domino quod et tradidi vobis*, quasi diceret sentenciam de Eukaristia quam tradidi vobis non a capite proprio sompniavi sed inmediate accepi a Domino veritatis. Et si Christus posset in fidei constancia variari, potissime profiteretur veritatem fidei quam fuit docturus

19. Cod.: addicerent. 23. Cod.: fratrem. 26. De sacramento altaris in marg. inf. 32, 33. Cod.: mensiatur.

24. In festo Corporis Christi.

ecclesiam in nocte cene, cum ipsum cognoverat esse crastinum moriturum. *Dominus*, inquit, *Jesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gracias agens fregit et dixit: Accipite et manducate. Hoc est enim corpus meum quod pro vobis tradetur.* Ubi post divisionem fidei contendunt plurimi quid demonstratur pronomine.

The question is what the pronoun 'this' denotes.

The decretists say it denotes nothing.

Decretiste quidam ut glossator ordinarius De Consecracione dist. II[a] tenent quod omnino nichil demonstratur pronomine, cum ipsum et tota oracio sumitur materialiter tamquam recitatum a Christo; quod si sit verum, omnino tota oracio sicut et eius subiectum bonum demonstracione significans nichil penitus indicaret. Quomodo ergo forent hec verba Christi in nobis effectiva sacramenti altaris vel panis tam mirabiliter conversiva?

If so Christ's speech means nothing.

Others say 'this' denotes the Body. If so Christ merely said 'this body of mine is my body' and instituted no new sacrament.

Ideo dicunt alii quod per illud | pronomen demonstratur absolute simpliciter corpus, sed ipsi stulcius maculant fidem nostram, cum iuxta illos Christus non magis intenderet, nisi quod corpus suum sit corpus suum quod a nativitatis sue exordio continue fuit verum, ideo tenenda est sentencia beati Jeronymi in epistola sua ad Helvidiam dicentis: *Nos*, inquit, *audiamus panem quem fregit Dominus deditque discipulis suis ad manducandum corpus esse domini Salvatoris, ipso dicente: Hoc est corpus meum;* ubi patet quod iste sanctus (qui plus novit de sensu scripture quam omnes mendaces postillantes a tempore Innocencii III[ii] usque hodie) confitetur ut certitudinem fidei quod in ista proposicione sacramentali panis substancia quam Christus ut eius vicarius in manus prius acceperat demonstratur, et hic tam crebro Apostolus in hoc tractatu tam decimo capitulo quam undecimo hoc sacramentum pronunciat esse panem. Et idem patet in quatuor Evangelistis (Luce XXIV[o] et Act. II[o] capitulis). Nec dubium quin auctores scripture per panem intelligunt non nichil vel ignotum accidens

Fol. 268[a]

We should hold Jerome's opinion, that the bread is the body.

5, 6. divisionem fidem in cod. Rectius leg. esse videtur: post solucionem fidei vid. infra: divisa est hec fides. 7. Cod.: quidem. 8. Cod.: tenet; ib. in marg.: Prima opinio. 16. In marg.: Secunda opinio. 22. Cod.: Ethelbidiam; in marg.: Tercia opinio Jeronymi. 23. Cod.: quem twice.

2. I. Cor. XI, 23, 24. 7. Cf. Decreti tert. part. dist. II, cap. XLII. Ille glossator Johannes de Deo esse videtur, Lusitanus, celeberrimus seculo XII. canonista, cf. Trialogum, pag. 251. 22. Cf. Hieronymi Ep. ad Hedibiam. Opp. tom. II (ed. Venet. 1766), 844. Cf. Trial., pag. 250. Sermon. lat. tom. II, pag. 453.

*This is what the Scriptures say.*

sed verum panem quem sacerdos transsubstanciat virtute verborum sacramentalium in corpus Domini; et revera iste sanctus doctor cum aliis de millenario Christi sanius atque profundius sentit de sensu scripture et specialiter de proposicionibus fidei quam omnes pape vel postillatores succedentes a tempore quo diabolus est solutus. Iste autem sanctus manifeste dicit quod panis ille quem sacerdos capit in manibus consecrando est corpus Domini; quod probat per hoc quod ille qui mentiri non potest dicit: *hoc est corpus meum*, quem panem ille indubie demonstrando . . . Sed a tempore quo divisa est ecclesia per apostatas introductos divisa est hec fides de sacramento eukaristie indicans divisionem ulteriorem in papis et aliis . . . Dei a religione simplici cristiana, cum tamen Apostolus dicat quod esse debeat una fides. Sed omnes fratres vel alii de religionibus privatis nesciunt quid demonstratur pronomine aut quid in natura sua sit hoc sacramentum sensibile quod oculo corporali cernitur, secundo in tres partes dividitur et tercio masticatum dentibus inglutitur. Istam autem questionem quam instanter quereret fidelis a satrapis aufugiunt ut ignari vecordes multa subterfugia trutanica simulando.

*The false teachers cannot say what the pronoun denotes or what the host is.*

Fidelis autem non communicaret cum illis tamquam fide, antequam istam materiam fidei reserarent. Quesivi namque sepe a fratribus ad quem sensum sacramentum illud quod tam crebro vocatur *panis* debet intelligi, sed ipsi tamquam ydiote ignari fidei postulacionem suam exprimere non audebant.

Sed contra nostram sentenciam et sensum Domini arguunt ydiote primo paralogismo quem vocant sillogismum expositorium, dicentes se probare quod totum corpus Christi, collum et membra singula, a nobis crudeliter frangitur, putrescit et a bestiis turpissime devoratur, quia iste panis in multis taliter est tractatus, et ille panis secundum nos est corpus Christi, ergo corpus Domini sic tractatur.

*They accuse us of making Christ's body liable to all the accidents of bread, putrescence etc.*

Sed (ut sepe dixi) isti ydiote in primis addiscerent logicam ac fidem ecclesie quomodo non sequitur expositorie: Si ista natura divina, communicatur istis tribus suppositis, et sic de mille exemplis in materia de Trinitate.

*They must learn logic, as seen in the doctrine of the Trinity,*

11. demonstrando: hic aliquot verba exciderunt. 14. Et hic aliquot verba desunt. 20. In marg.: Nota. 24. In marg.: Questio. 30. Cod.: per logistuo; ib. in marg.: Prima obieccio. 37. Cod.: addicerent. In marg.: Responsio. 1.

of the Incarnation

Secundum exemplum est in materia de incarnacione, ubi non sequitur: Iste Christus est humanitas assumpta et ille idem Christus est deitas, ergo humanitas assumpta est deitas; per istam enim arguciam arguunt et tenent aliqui infideles quod deitas passa fuit et mortua, quia Christus qui est illa deitas taliter se habebat.

of universals.

Tercium exemplum est in materia de universalibus, per quod exemplum manuducuntur in materia de fide eciam ydiote, ut si A sit homo communis, non oportet si hoc A sit sortis et hoc idem A, cum homo communis sit omnis homo, quod papa sit sortis. Ideo (ut dicunt recti logici) solum quando medium existit, hoc aliquid necesse est per vim sillogismi expositorii extrema quorum unum est per se communius coniungi, ut si sortis moritur et ipse est per se species humana, tunc species humana moritur. Minor autem est falsa, cum sortis sit individuum secundum suam proprietatem personalem; homo autem est species humana secundum communionem qua communicatur cuilibet individuo illius speciei, et talem extraneacionem reperies in quolibet tali paralogismo vocato sillogismo expositorio.

An argument put forth by Wyclif which his opponents could not answer.

Unde quidam ydiote propter timorem similitudinis negant sentenciam de rebus communibus; sed nec possunt raciones illarum aufugere nec communitatem nature divine tribus personis aut communionem persone verbi naturis disparibus declinare. Unde quidam secularis sciolus interfuit consilio perfido in quo adversarius scripture cum suis catulis estimavit se dampnasse quod post consecracionem substancia panis re | manet, sed [Fol. 269a] sic arguens et responsum non habens dissensit eorum perfidie. Genus, inquit, generalissimum substancie ibi manet, et ipsum genus est quecunque substancia et sic substancia panis, nisi omnino omnem panem destruxerint, ergo substancia panis manet post consecracionem. Sic enim confitetur ecclesia quod cum Christo est nostra

1. In marg.: 2. 7. In marg.: 3. 10. Sortis cf. Serm. vol. II, pag. 215 et De Comp. Hom., pag. 99; ib. in cod. A plo'. 11. In cod.: papa plo' (sic); quid sibi vult hoc verbum? 13. In marg.: Nota exposicionem logicam. 21. Cod.: per logismo. 28. In marg. inf.: De sacramento altaris.

7. Cf. Trialogum, pag. 273: Et in materia de universalibus non oportet ambigere de exemplis, ut licet species humana sit Petrus et eadem species sit Paulus, non ex hinc sequitur quod Petrus sit Paulus etc.

substancia in celo collata, nedum ergo genus generalissimum sed quia species vel natura humana, que cum sit communis omnium hominum cuiuslibet individui hominis est natura.

Other fallacies of theirs springing from incapacity to reason.

Tales autem ydiote nedum discerent logicam sed sillogismos aut consequencias, ne seducantur a pueris et infideliter seducant populum christianum. Sicut ergo deficit paralogismus expositorius in tribus exemplis propositis, ita deficit in ista materia: Si iste panis sacramentalis sic se habuerit, ille panis est corpus Domini, ergo corpus Domini sic se habet; longe quidem sit fidelibus ab istis hereticis concedentibus quod in quocunque sacramento altaris vident corpus Domini oculo corporali, quod mus comedit corpus Christi aut quod dilaniant fractura suorum pollicium vel contricione suorum dencium omnia membra Christi. Tales enim conclusiones licet approbate fuerint per bullas vel litteras a Romana curia, sunt negande. Et eodem modo tolluntur per sillogismum quos ydiote dicunt in modis et figuris rectissime regulari: Omnis (inquiunt) panis sacramentalis rotundatur, figuratur vel taliter accidentatur; omne corpus Christi est panis sacramentalis, ergo omne corpus Christi sic se habet. Et sequitur multiplicacio inconveniencium predictorum.

Sed isti ydiote nescientes sillogizare in frisesimorum de istis tribus terminis: frater, mendax et mendicus, cognoscerent per sillogismos in tribus materiis supradictis. Non enim sequitur: Omnis Christus est natura divina, omnis humanitas est in Christo, ergo omnis humanitas in Christo est natura divina; et ita de suis similibus.

Objection: To say the sacrament is bread, is to make it imperfect in its nature.

Sed tercio principaliter arguit catulus quidam varius isto modo: Si sacramentum altaris sit panis materialis, sequitur, quod omnis viator sit in natura sua sacramento illo perfeccior, eo quod forma ultima cuiuscunque hominis sit perfeccior accidente; forma autem ultima huius sacramenti sit accidens, cum ipsum sit accidenter sacramentum. Sed vulpes musitavit sepius circa istam arguciam primo circa conclusionem primo propositam, cum omnes canes contrarii fidei sacramenti senciunt

21. Cod.: accñtatur. 25. frisesimorum; ita cod. 26. Cod.: tribus twice. 32. Cod.: quidem. 38. In marg.: Responsio. 39. In marg.: 1.

13. Cf. Joh. Hus Opp. tom. I, fol. CLXIV.

quod ipsi sint inperfeccius in natura sua quam aliqua substancia assignanda. Quomodo ergo habet catulus iste pro inconvenienti quod homo gracia cuius hoc sacramentum editur sit in natura perfeccior quam ipsummet sacramentum. Miror secundo de forma secunde argucie huius canis. Nam si illa argucia daret fidem, per idem omnis creata substancia foret imperfeccior quam aliqua assignanda.

The sacramental symbol is in nature less perfect than the Paschal lamb but more perfect in signification.

Quarto quod non est creata substancia, quoniam sit accidentaliter informata. Ideo dimittendo tales argucias concedo quod hoc sacramentum sit in natura sua imperfeccior quam agnus paschalis in lege veteri ipsum figurans, sed est sacramentaliter longe ipso perfeccius, quia creatus corpus Christi. Et vellem quod fideles vel heretici (si auderent) ponerent suam fidem de quiditate huius venerabilis sacramenti. Nec dubito quin omnes defendentes pertinaciter oppositum istius sentencie sunt ut sic heretici, sive papa sive episcopi sive religiosi privati. Nam iuxta sanctos de millenario Christi et fidem antiquam specialiter servatam in laicis hoc sacramentum est corpus Christi in forma panis, sed illi pertinaciter defendunt contrarium, ergo iuxta diffinicionem heresis sunt manifeste heretici; quod si negaverint scripturam sacram illud asserere, discuciant per testimonia sanctorum et vigiles raciones quomodo debet intelligi dictum Veritatis que mentiri non poterit, *hoc est corpus meum,* et non credant falsis fabulis falsorum fratrum, quod hoc sacramentum sit nichil vel accidens, sed (ut dicit fides scripture crebrius) substancia veri panis. Sicut enim Christus est due nature scilicet humanitas atque divinitas personaliter copulate, sic quod utraque illarum sit persona Christi, ita quodammodo hoc sacramentum est verus panis naturaliter et sacramentaliter corpus Christi. Et ista unio tituli ypostaticam unionem est maxima. Oportet autem fidelem theologum notare predicacionem triplicem pro detegendis arguciis sophistarum diaboli in ista materia, scilicet predicacionem formalem, predicacionem essencialem et habitualem. Qui autem ignorat istam ternam illi secure denuncio et ignorabit quomodo panis ille sit veraciter corpus Christi; non enim secundum predicacionem ydempticam

Three kinds of predication; formal, essential, habitual.

1. Cod.: sit. 5. In marg.: 2. 16. Cod.: quoniam omnes.
34. Cod.: tit[i]. 40. Cod.: verasciter.

vel ydemptice sed sacramentaliter et figurative est ille panis Domini corpus, sicut secundum Augustinum homo vere et realiter sed figurative comedit corpus Christi.

Knowledge of these will guard against many fallacies.

Et per istam noticiam predicacionis triplicis potest fidelis defendere secundum quam formam verborum debet concludi veritas istius materie, ut bene | sequitur (Fol. 269b) in sillogismis expositoriis supradictis quod corpus Christi est illud quod frangitur, quod putrescit et quod dentibus masticatur; et tamen corpus Christi non formaliter sic se habet, ut in assimili loquendum est in exemplo triplici supradicto. Et eodem modo formandus est sillogismus in secunda conclusione in predicacione essenciali que sequitur.

How Christ's body is in the sacrament.

Secundo notaret fidelis quomodo concedi debeat quod corpus Christi est ostensum in sacramento, quia panis ostensus, et tamen nec ipsum nec aliqua pars eius ibi ostenditur, sed habet esse spirituale secundum quod ibi multiplicatur ut anima; nec audeo dicere quod panis vel aliqua pars eius sit caput Christi vel aliquod membrum suum, licet probabiliter dici poterit quod quelibet pars quantitativa illius panis sit veraciter corpus Christi et cum qualibet parte illius hostie sit spiritualiter secundum concomitanciam quodlibet membrum suum.

We must admit whatever is said in Scripture.

Tercio obturaret fidelis instancias hereticorum in ista materia quibus arguunt per locum a similitudine, et per idem concedi debet agnum paschalem et quamlibet figuram vel terminum signantem esse ut est ista eukaristia corpus Christi. Ad hoc enim quod valeat talis argucia oporteret prius fundare quod Veritas que mentiri non potest dixerit talem rem esse corpus suum, sicut dixit de pane sacramentali, quod si Christus concesserit, tunc concedam. Absit enim quod imposicio vel imaginacio nostra de signis habeat tantam efficaciam quantam habet verbum Veritatis, que dixit et *facta sunt omnia;* concedo tamen quod Christus est leo, vermis et vitulus cum predicatis figurativis similibus; et quod in predicatis huiusmodi sunt multi gradus quorum omnium quietans evidencia est ista: fides scripture sic asserit. Et hinc nolo extraneare in terminis extra scolam, diffiniendo quod hoc sacramentum sit panis materialis, substancia

8. In marg. sup.: De sacramento altaris. 14. Cod.: in secundo. 18. Cod.: multi'. 20. Cod.: quilibet. 21. Cod.: Christi. 25. Cod.: a deest.

34. Joh. I, 3.

panis vel quocunque alio nomine nominatus, quo supra fidem scripture ecclesia difficultare poterit. Multa tamen sunt vera que scolastice et particulariter catholice possunt dici. Fides autem scripture dicit quod ipsum sacramentum est panis qui frangitur, et certum est quod nec ille panis est ydemptice corpus Christi nec accidens ignotum fidelibus sive nichil. Et sic nego quod ille panis in natura est prior pane equino vel quacunque materiali substancia ut veneno. Unde in talibus arguciis opturo hereticos querendo more Christi ab illis quid ipsi senciunt de quiditate et passionibus huius venerabilis sacramenti.

In Christ's words the predication is habitual.

Redeundo autem ad textum, sepe exposita Christi sentencia alludens nostre sentencie, quando dicit: *Hoc facite in meam commemoracionem.* Nam memoriale voluit Christus esse suis fidelibus panem et vinum sacramentalia ita sumi. Per hoc autem quod textus dicit calicem esse *novum testamentum* in Christi sanguine plane habitualis predicacio designatur, cum notum sit nec talem calicem nec vinum in eo contentum esse ydemptice novum testamentum, sed novum testamentum et eius fructum ex proprietate liquoris huiusmodi figurantem et in commemoracionem amoris Christi debemus hoc facere. Nec fas est discredere quod verbum Dei quod est eterna sapiencia sic alternat ex indifferencia verba sua sed fructuosa ac notabili racione. Non enim dicit hoc vinum est sanguis meus sed *hic calix novum testamentum est* in meo sanguine, ubi patet quod secundum figuram methonimie intelligit per hunc calicem vinum contentum in calice, et per hoc docetur quod in priori proposicione *hoc est corpus meum* uniformiter demonstratur pronomine illud sacramentum, cum non sit fingenda racio quare in proposicione secunda *hic calix novum testamentum est* demonstraretur pertinenter liquor sensibilis contentus in calice quin per idem in priori proposicione demonstraretur panis constans quem accepit in manibus.

Secundo nota quomodo Christus per secundum verbum dicit varie *illum calicem* non *esse* suum sanguinem sed *novum testamentum in suo sanguine*, ut vel sic doceat

2. ecclesia. Cod.: eccia. 20. Cod.: nec unum. 29. In marg.: 1.
34. Cod.: pertineter. 36, 37. Cod.: que accepit. 38. In marg.: 2.

14. Lucae XXII, 19. 18. ib. 20.

suam ecclesiam predicacionem talem esse habitualem et non ydempticam. Ideo postillantes qui dicunt quod ex serie verborum post et ante patet quod illa non est figurativa locucio sine fundamento se ipsos decipiunt et sequentes.

Sed tercio patet quod, sicut aspersio sanguinis vituli figurabat remocius confirmacionem veteris testamenti, sic vinum huius calicis figurat propinquius novum testamentum, et est secundum habitudinem ipsummet testamentum, et non est repugnancia, sed Spiritus Sanctus simul dixit utrumque, licet dispariter atque equivoce quod *hic est calix sanguinis mei novi et eterni testamenti.* Et *hic calix novum testamentum est* in meo sanguine, quia utrobique est eadem sentencia sic dicenda.

Fol. $269^{c}$ Et pudeat grammaticos ex infundabili ruditate | qua dicunt quod hoc pronomen *hoc* non demonstrat nisi rem insensibilem. Nam in grammatica Spiritus Sancti demonstrat rem sensualem communiter, ut patet in proposito in illo Eccles. ultimo: *Deum time et mandata eius observa, hoc est omnis homo.* Et in illo Marci ultimo: *Signa autem eos qui crediderint hec sequuntur. Quociens,* inquit, *manducabitis panem hunc et bibetis hunc calicem, mortem Domini nunciabitis, donec veniat.* Corpora quidem ista ad hunc finem sacramentant et usque ad diem iudicii viator mortem Domini memoretur. Sed ex tunc adveniente clara noticia de presencia corporis Christi accidentaliter experiencia superflueret huiusmodi sacramentum. Itaque *quicunque manducaverit panem vel biberit calicem Domini indigne reus erit corporis et sanguinis Domini,* cum tamquam falsus proditor nephando osculo simulat sacramentalem et fructuosam memoriam et tamquam alter Judas substernit calicem nequiter simulatam.

Grammatical use of the pronoun.

Nam *probet se ipsum homo* et sic mundus a crimine et in recta intencione ad fructuose memorandum has partes Domini ut tam secundum corpus quam animam fiat salvus. *Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit,* cum falsitatem simulat contrariam iudici veritatis; quomodo ergo *diiudicat,* hoc est, in

A man must examine himself.

6. In marg.: 3. 16. In marg. sup.: De sacramento altari. 25. Cod.: vator. 26. Cod.: de puericia. 32. Cod.: alter index. 34. Cod.: Non probet.

12. Lucae XXII, 20. 19. Eccle. XII, 13. 21. Marci XVI, 17. 22. I. Cor. XI, 26. 28. ib. 27. 37. ib. 29.

discrecione memorie finem hunc iudicat racione cuius tali corporali cibario vesceretur; finis eius quem Deus intenderat tali iudicio temerario in proditore huiusmodi est frustratus. Si autem sine tali vescencia homo biberet de corpore et sanguine Christi fructuosam memoriam, bene spiritualiter comederet corpus Christi et biberet eius sanguinem. Et ista quadruplex recitacio qua sacramentum dicitur esse *panis* evigilaret fideles ad defendendum Pauli sentenciam atque verba licet verba atque sentencia extranea fuit infundabiliter sompniata. Quid ergo per panem et calicem intelligeret sanctus Paulus?

Our opponents accuse us of depraving the sacrament.

Sed si obicitur quod iuxta sentenciam illam vilesceret sacramentum, dicatur adversario fidei quod sic obiciunt ydolatre creaturam sensibilem tamquam Deum infideliter adorantes; sic eciam garriunt ydiote qui ignorantes voces proprias nesciunt quid sit sacramentum huiusmodi. Sed sciunt (ut falsi fingunt) quod sit imperfeccius quam aliqua materialis substancia signanda, et per hoc seducunt populum quod non hoc sacramentum est honorabilius in natura et nedum in hoc sacramento sed ipsummet (ut credit fidelis populus) sit realiter corpus Christi. Quid ergo promovet ad fidem fidelium sua infidelis sentencia, cum credunt concorditer et adorant affectualiter illud sensibile tamquam Christum, et elevato quocunque ligniculo est in illo beata Trinitas, cum necessario sit ubique, et per consequens perfeccius corpore Christi, in illo eciam est communiter ipsum corpus Christi, cum habet se spirituale per partem quamlibet regni sui. Isti ergo adversarii fidei ex ignorancia turpi dehonorant quantum in ipsis est corpus Christi.

We know it is Christ's body, while they say Christ's body is in it, and so bring it down to the level of any log.

## SERMO XXXV.

*Deus caritas est.* I[a] Johannis IV[o], 8.

Johannes Evangelista more suo tractat specialiter de perfectissima virtute theologica, scilicet caritate et hinc

12. Cod.: Sed obicitur.

31. Dominica prima post festum S[te] Trinitatis. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 312—316. In the Roman missal the same epistles occur on the first twenty-four Sundays after Pentecost that occur in the Sarum missal on the first twenty-four Sundays after Trinity; that is each epistle is read a week earlier in one case than in the other. The English Prayerbook it is needless to observe, adheres, with a few trifling deviations to the Sarum use (Arnold).

How God is Love.

in ista epistola inculcat sepius nomen illud. Dicit ergo pro fundacione dicendorum quod *Deus caritas est.* Quod potest verificari in predicacione triplici; cum enim caritas sit ordinata dileccio et quelibet persona divina ordinatissime diligit quamlibet creaturam, patet quod tota Trinitas est summa caritas. Secundo tamen modo caritas sumitur personaliter pro Deo Patre, eo quod ipse est origo personarum duarum sequencium; ita originaliter est caritas dans Filium et Spiritum Sanctum ad salvandum ecclesiam. Sed tercio sumitur caritas pro actu vel habitu theologico subiective in homine emanente a caritate priori, et de illa caritate communiter loquuntur theologi. Licet autem nomen et signacio caritatis multipliciter variatur, sufficit tamen ad propositum ista tria exprimere.

God the Father is Love as shewn by His sending the Word.

Prima ergo evidencia quod Deus Pater sit caritas, stat in isto quod misit Verbum suum pro salvacione humani generis; unde notato emittente et misso ac homine cui fit missio patet dileccio vel caritas infinita. Et patet inconculcacio significacionis triplicis supradicte. Impossibile est quidem Deum communicare cum homine nisi ex vi communicacionis ostenderit caritatem.

He shews His love to man in creation, revelation, salvation.

Tribus ergo modis ostendit Deus caritatem suam homini, primo in hoc quod graciose creavit ipsum ex nichilo et gracia sue utilitatis creavit quamlibet creaturam; secundo ostenditur caritas | (Fol. 269d) Dei ad hominem in hoc quod lapso homine et indignificante se ut a Domino taliter . . ., Deus tamen ex immensitate gracie prius ostendit homini prophetas ut ruditer informantes, secundo misit sibi Filium proprium magistrum dignissimum, ut notat Apostolus ad Rom. VIII°, 32: *Proprio filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Sed tercium signum caritatis consummate est beatificacio hominis post tot carismata prius data. Unde propter variacionem racionum caritatis et gracie non solum Prima Persona divina sed Verbum et Spiritus Sanctus quandoque appropriate dicitur caritas increata; Verbum quia caritas Dei, cum non consistit in habitu sed in actu, signanter dicitur actualis eius dileccio, que est verbum; secundo quia Christus tam divinitus quam humanitus habet quadam

How the Word is Love.

4. Cod.: quilibet. 7. Deo Patre; Cod.: tempe (sic). Correxi. Vid. l. 16. 15. Cod.: eprimere. 27, 28. taliter. Hic verbum aut aliquot verba exciderunt. Que in epist. B. Johannis l. c. IV. 9 dicuntur, supra desunt.

proprietate quandam rutilanciam caritatis. *Maiorem*, inquit, *dileccionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Et tercia racio quia Media Persona infinita dileccione extremas respicit.

How the Holy Spirit is Love.

Sed caritas est duorum extremorum connexio in amore, et similibus racionibus Spiritus Sanctus quadem proprietate caritas dicitur. Ipse enim graciosissime et mediatissime homini communicat bonitatem, ideo cum sit nexus patris ad filium quadam proprietate caritas dici potest; nec dicat aliquis quod Deus puniendo vel dampnificando hominem non indicat caritatem, quia impossibile est quod actus tales exerceat nisi propter caritatem quam habet ad hominem sic punitum. Nam ut sic benefacit homini puniendo eum micius quam meretur, et sic natura divina secundum tres personas est ut ignis illustrans. Secundo principaliter declaratur ordo lucencie istius caritatis immense et sperice in homines quos dilexit; et conclusio evangelica est quod habitudo qua Deus active dilexit nos est longe prior quam accio qua nos Deum diligimus. Ideo dicit textus: *In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos et misit Filium suum propiciacionem pro peccatis nostris.*

All love in the creature must come from God.

Sed iste ordo, quia omnis caritas ut talis est bonum, omne bonum oportet esse patrem luminum vel ab ipso descendere, igitur omnem caritatem creature oportet ab ipso descendere; ut si non foret possibile esse aquam derivatam nisi a dicto fonte descenderit, non esset possibile aquam effluere, nisi ab illo fonte fuerit derivata; sic est de caritate causata.

Similiter, cum omnem habitum oportet ab actu procedere et omnem actum creatum oportet ab actu eterno procedere, patet quod non possibile dileccionem inesse creaturis nisi a dileccione eterna processerit; et hoc est notum illis qui sciunt quod Deus non potest quemquam noviter diligere vel odire, si ergo quemquam in caritate diligit Deus vel odit, eternaliter ita se habuit. Et patet quod creatura non potest equari Deo quoad tempus vel ordinem nature sive originis in dileccione caritatis. Non autem sequitur:

12. Cod.: tale. 18. Cod.: evangelice. 19. Cod.: et longe. 33. Cod.: quod patet quod; ib. Cod.: non est possibile.

1. Joh. XV, 13. 21. I. Joh. IV, 10.

licet ista missio Christi fuit temporalis, quod propositum Dei sive dileccio a qua ista processit fuit propterea temporalis, verumptamen effectus caritatis divine est generaliter prior tempore vel natura quam est dileccio creature posterius correspondens.

*God's immense charity shown in Christ's propitiation.*

Christus autem dicitur propiciacio, redempcio, et sic de multis aliis abstractis in predicacione secundum essenciam et equivoce predicantis. In hoc autem quod Christus est propiciacio pro peccatis, ostenditur in Deo immensitas caritatis, quia peccatum quod obicitur caritati divine obstaret quodammodo infinite, ideo nisi Deus esset infinite caritatis, pius atque misericors, esset oppositum in adiecto quod ipse foret propicius pro peccatis. Cum enim non sit possibile peccatum esse nisi primo fuerit contra Deum et gravitas peccati penes hoc attenditur et gravior est persona que illo offenditur, patet sentencia. Et ideo canit ecclesia quod *Deus omnipotenciam suam parcendo et miserendo maxime manifestat.*

*We must imitate God's love.*

Sed tercio docet Johannes quomodo nostra dileccio debet a dileccione primaria exemplari. Omnis enim creatura racionibus eternis exemplatur in Deo et signanter actus meritorius creature. Sed quia nimis remote foret plane exemplare nostram dileccionem a natura divina nisi ab incarnacione Filii fuerit exemplata, ideo ex caritate duplici in Christo est necessarium nobis dileccionem nostram meritoriam exemplare; ideo dicit textus: *Karissimi, si sic Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere.*

*We must love without waiting to be first loved.*

In qua similitudine sunt tria notanda in exemplari, ut similitudo dileccionis humane sit apcior. Primo enim notandum est quod in Christo dileccio qua nos dilexit precessit redileccionem in nobis, et quando dileccio nostra cessat vel extinguitur, prior manet, sic debemus
Fol. 270a nos in dileccione proximos prevenire et non expec | tare ut ipsi nos prius diligant, sive inimici fuerint vel amici, cum iuxta fidem scripture debemus generaliter et parate tam inimicos diligere quam amicos. Et si ipsi cessaverint propter perfidiam vel frigus diaboli, nos debemus remanere in igne Domini et illos accendere

5. Cod.: posterius quorum deus Christus. 18. Cod.: miserando. 27. Cod.: sicut Deus. 35. Cod.: tamen iuxta.

17. „Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas." Oratio for 11th Sunday after Trinity in the Sarum Missal. 26. I. Joh. IV, 11.

in amore. In hoc enim ostenderetur caritas plus meritoria et caritati divine similior.

Divine love makes us love our neighbours for God's honour and our mutual spiritual profit.

Secunda proprietas amoris divini est quod non diligit alios propter commodum proprium sed propter honorem divinum et dilectorum commodum, sic nos debemus sincere proximos nostros diligere propter honorem Dei et communicacionem boni utilis spiritualis inter nos et illos. Qui enim non diligit proximum pure, ipsum non vere diligit, immo odit et diligit sua vel alia delectabilia ad que dileccio principaliter terminatur. Et talis dileccio est corrupta. Diligamus ergo fratres nostros in Domino.

True love leads us to hate evil.

Tercio autem dileccio habet hanc proprietatem quod propter amorem sincerum odit malos, diligendo eorum naturam et odiendo eorum defectus vel crimina, sic nos debemus perversos et inimicos Christi diligere et odire; diligere naturas et bonam fabricam Dei et odire peccata vel opus diaboli. Et in confinio dileccionis talis licite atque illicite iacet magnum periculum, cum invidus faciliter odit bonitatem proximi propter superbiam atque invidiam, sed virtuosi ut Moyses et ceteri debite vindicantes vindicant (quantum pure sufficiunt) Dei iniuriam, iniuriam propriam sustinentes. Sic enim Christus exprobravit phariseos et sacerdotes legis veteris et diligendo naturas et odiendo prodiciones Dei atque ypocrises.

Et ad istam similitudinem nos debemus communicare cum fratribus et ceteris de privatis religionibus instar Christi. Et non ex eorum superancia superbire vel ex eorum crimine congaudere, sed caritative velle ipsos esse nobis similes in perfeccione religionis primeve.

Love will lead us into fuller love and knowledge.

Quarto moveret ad debitam dileccionem fraternam quod ipsa est in Dei dileccionem beatificam inductiva. Nam hic habemus de Deo noticiam solum specularem vel perfunctoriam et per consequens dileccionem levem et a beatitudine remotam, ideo sicut Dei noticia, sic eius dileccio in proficientibus accendetur. Unde Jo . . . . *Hec est vita eterna, ut cognoscant te verum Deum et quem misisti Jesum Christum.* Nam clara noticia Dei secundum virtutem intellectivam inducit inseparabiliter

3. Cod.: divine. 8. Cod.: non deest. 8, 9. Cod.: ipsum — diligit twice. 10. Cod.: dilectibilia. 18. Cod.: confino. 26. Cod.: non debemus. 33. Cod.: hic debemus. 36. Joh. sequitur lacuna in cod.

36. Joh. XVII, 3.

dileccionem et gaudium secundum potenciam volutivam. Ideo videtur multis quod Christus in actu cognoscendi simul intelligit utramque potenciam; unde propter obscuritatem Dei noticie sepe dicit Evangelista quod *Deum nemo vidit unquam*, hoc est, naturam divinam non est intuitus in viando, quia Exodi XXXIII°, 20 scribitur: *Non videbit me homo et vivet*, hoc est, non intuebitur naturam meam, vivendo vitam istam sensibilem et carnalem. Et sic intelligitur scriptura que crebrius inculcat istam sentenciam (ut patet Job IX° et XXIII°). Nam quando sensus viancium sunt pleni speciebus sensibilium, circa illa mens adeo occupatur quod de divinitate valde parvam habemus specularem noticiam abstractivam.

Sed illa parva cum virtuosis circumstanciis modificata in viatoribus inducit in claram noticiam quod Deum videbimus sicut est, quia Matthei scribitur: *Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt.* Ideo dicit textus: *Si diligamus invicem, Deus in nobis manet et caritas eius in nobis perfecta est.* Nam diligendo proximos nostros in Domino varie Deum diligimus; et illa dileccio inducit dileccionem Dei propriam et sinceram, sicut ceta inducit filum. Ideo in sic diligendo pro via Deus in nobis manet per graciam titillans ad dileccionem huiusmodi et accendens et non solum inducens caritatem vie perfectam sed permanente finali perseverancia caritatem patrie consummatam. Ideo Johannes instructus in ista scola quod apud Deum sunt cuncta presencia dicit subtiliter quod *in nobis illa caritas est perfecta.*

How we may know that we are in a state of grace.

Sed quia viator desiderat maxime istum statum, ideo Johannes docet qua experimentali noticia debemus cognoscere probabiliter nos ipsum habere et servare: *In hoc*, inquit, *cognoscimus, quoniam in eo manemus et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.* Arre quidem per quas possumus confidere nos currere in Christo ad patriam et ipsum in nobis permanere per graciam, sunt iste quod Deus participavit nobis dona Sancti Spiritus quod experiencia possimus cognoscere et effectu. Quid enim est nobis noticius quam actus

If we have the gifts of the Holy Spirit.

27. Cod.: consummata; ib. Cod.: ideo Jo. 30. Cod.: desiderator. 32. Cod.: ipsum habere servare. 36. Cod.: ipse.

4. I. Joh. IV, 12. 10. Job. IX, 11; XXIII, 8, 9. 17. Matth. V, 8. 18. I. Joh. IV, 12. 33. ibid.

anime quibus diligimus et cum circumstanciis debitis delectamur? Opus autem extrinsecum quod ab illis exequimur nedum est nobis notum sed proximo conviventi; et istam consideracionem parum palpant episcopi et quicunque alii qui cece sunt in amore temporalium involuti. Et tamen iste thesaurus anime est | prestancior ac delectabilior quam omnis pecunia vel corporalis thesaurus quem habet aliquis dives seculi. Nam ex fide et demonstracione deduci poterit quod iste celestis thesaurus infinitum prestancior calefaceret ecclesiam, ubi alius thesaurus tam prelatos quam subiectos frigifacit.

Fol. 270b

Our prelates care little for these gifts.

Et hec racio quare per divisiones et anfractus tantum hodie discontinuatur ecclesia; non enim appreciamur dona Spiritus Sancti sed Terremotum per cuius spiritus inclusos expiratos aer inficitur et peiorantur quecunque vivencia; super terram autem terrenam victoriam affectant eciam prelati ecclesie et de victoria super hostibus spiritualibus vel de donis Sancti Spiritus parum gaudent. Et cum sicut aer inclusus in homine, in puteo vel cateracta subterranea, quia caret irradiacione a sole et ceteris astris celestibus, statim inficit inspiratus; sic opus spirituale bonum de genere nisi Deus assistat per graciam docens circumstancias virtuosas, inficit interiorem hominem et dividens terram per motum eius innaturalem demergit animum ad infernum; sic enim *aperta est terra* et deglutivit Datan et operuit congregacionem Abiron. Et utinam iste eventus in lege veteri non prestituat in lege gracie eventus consimiles in prefatis.

Talem autem similitudinem experimentalem de donis Sancti Spiritus habuerunt apostoli tam ad intra quam ad extra; ideo dicit Johannes: *Et nos vidimus et testificamur quoniam Pater misit Filium suum, salvatorem mundi.* Apostoli quidem conversati cum Christo viderunt ipsum ac eius mirabilia oculo corporali; viderunt eciam fidem oculo mentali sincerius quam vident viantes hodie; cuius probacio est quod efficacius et copiosius testificati sunt ecclesie fidem illam et utrobique rutulant dona Spiritus Sancti. Nos autem licet impossibilitamur a

2. Cod.: extrincecum. 22. Cod.: quasi Deus. 27. Cod.: isti eventus. 28. Cod.: prestitet.

14. Concilio Terraemotus (anno 1382) hoc loco procul dubio innuitur. 26. Num. XVI, 32. 32. I. Joh. IV, 14.

visione corporali viacionis Jesu Christi, in fide tamen secundum interiorem hominem possumus ipsum cognoscere: Joh. XX°, 29 dicit Christus: *Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt et crediderunt.* Remanet autem in nobis via possibilis dona Spiritus experiendi et beatitudinem attingendi. Aliter autem Deus defective desereret suam ecclesiam et non foret nisi desperacio in viante post apostolos succedente. Sed cum *fides sine operibus mortua est*, patet quod, licet habemus fidem ut fingimus, tamen defectus operum mortificat nos quoad beatitudinem, cum si vidimus per fidem sicut viderunt apostoli, non tamen efficaciter testificamur in opere sicut illi.

We must have works as well as faith.

Et cum talis testificacio in modo vivendi et evangelizandi est tam necessaria quod preciosissimum fructum infert, ideo dicit textus: *Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est filius Dei, Deus in ipso manet et ipse in Deo.* Tunc enim fit ore confessio ad salutem, quando ex mundo corde et virtuosa conversacione viator testificatur quod Jesus est Dei filius naturalis et propter dignitatem sui commercii et humane operacionis ipsam magnificat et exequitur eius finem in se ipso et aliis quantum potest. Aliter enim non foret laudanda confessio sed ridiculosa narracio. Deus autem manet in tali confitente per graciam illustrantem et ad opera meritoria inclinantem, et ipse manet in Deo tamquam in causa per se finali, cum vivens taliter sit ut sic in disposicione quam Deus sibi eternaliter ordinavit.

Nec scitur ista sentencia ab homine nisi pro parte; ideo dicit Evangelista: *Et nos cognovimus et credimus caritati quam Deus habet in nobis.* Ipsi enim apostoli cognoverunt noticia multiplici (scilicet sensu, intellectu inspirato et coniectante ab effectu) caritatem Verbi et crediderunt caritati humanitatis Christi et magnificarunt caritatem (que est donum Dei) specialiter ipsis datam.

The apostles magnified charity as the special gift of God.

Unde ut perfecte moveamini ad sectandam caritatem, notate eius excellenciam, quia Deus est persona caritatis et gracia increata et fundens immediate caritatem donum suum; ideo manere formaliter in caritate est manere in Deo reciproce, quod est tutissimum et

8. Cod.: succedentes. 23. Cod.: sed twice. 33. Cod.: caritatem twice. 33, 34. Cod.: non crediderunt.

8. Jac. II, 17. 16. I. Joh. IV, 15. 30. ib. 16.

delectabilissimum viatori, cum excludit horrorem et timorem de die iudicii; ideo textus dicit: *In hoc perfecta est caritas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo.* Perfeccio autem in nobis viantibus stat in isto quod participantes caritatem increatam per amorem finalem, quod sicut ille est iam in corpore et anima gloriosus propter perfectum amorem tam amici quam inimici quem habuit, sic et nos sumus in suo tempore quamvis sumus nunc in hoc mundo multipliciter tribulati. Medium autem firmans spem nostram in isto stat in hoc quod sumus imitantes | eum ut filii, et ideo I. Joh. III°, 2 dicit Sanctus: *Karissimi, nunc filii Dei sumus et nondum apparuit quid erimus; quoniam cum apparuerit quasi similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est,* et per consequens ex visione illa beatifica erimus in beatitudinem transformati. Et signanter superadditur amor filialis firmans dictam spem et scienciam in beandum, quia oportet illos habere caritatem perfectam. Sed perfecta *caritas foras mittit timorem;* est enim timor multiplex, scilicet naturalis in quo non consistit meritum sive demeritum, et taliter timuit Christus cum membris eius pro amissione bonorum nature.

Fol. 270c

Five kinds of fear:

1. servile, fearing loss of goods more than sin;

2. worldly, a like fear, leading only to loss of merit;

3. initial, true fear of God, but tainted with earthly regards.

Sed est quintuplex timor alius bona accidentalia persone respiciens, scilicet timor servilis, mundanus, inicialis, castus et filialis. Timor autem servilis est usque ad perdicionem virtutis de bonis futuris vel favore hominum timere. Talis enim timor manifeste facit servos peccati. Timor vero mundanus est timor culpabilis quo propter servandam prosperitatem mundanam continuatur usque ad perdicionem meriti inclusive. Timor autem inicialis est timor meritorius quo spernuntur hec bona transitoria, et Deus timetur principaliter et permixtim, quando scilicet hoc timetur de amissione tali, et licet timor laudabilis imperfecte et inicialiter habeatur, ad ulteriorem timorem laudabilem ego hucusque non

2. tuciorem de die. 14. erimus; adde: scimus. 24. Cod.: quintiplex. In marg. sup.: De timore quintiplice. Timor quintuplex. 26. In marg.: 1. 27. Cod.: future. 29. In marg.: 2. 31. In marg.: 3. 34. Cod.: non licet. 35. Cod.: habeatur et.

2. I. Joh. IV, 17. 20. I. Joh. IV, 18. 32. Et illum dicunt David, Salomo et Ecclesiasticus esse inicium sapiencie. Et iste timor est perfectissimus ad quem nos mundani in via attingimus. De Mandatis, cap. X. MS. (Matthew).

4. Chaste fear in which the soul does not fear not loss of goods.

attegi. Quartus autem timor dicitur castus quo fidelis anima sic desponsatur cum sponso ecclesie quod servat spirituale ministerium inturbate quotquot casus de bonis hiis (falsum dicitur) sibi contigerint.

5. Filial, fears not even death, but casts out servile and worldly fear.

Sed timor filialis superaddens timorem castum in patrem offendere aggreditur usque ad mortem terribilia instar Christi, et illa perfecta *caritas foras mittit timorem* servilem et mundanum. Talis autem timor servilis et mundanus habet penam racione criminis comitantis. Et ita est de timore iniciali quo racione peccati venialis comitantis habet penam et anxietatem pro mundanis. Sed timor filialis quem comitatur perfecta caritas habet omne gaudium, cum in amissione temporalium eciam bonorum nature usque ad vitam corporis Dei filius fuerit tribulatus, quia de premiacione patrie tantum gaudet quod quidquid de pena temporali passus fuerit propter spem premii suffert cum gaudio.

Servile fear affects all who are worldly; specially friars and endowed clergy.

Et in tali pena anxia necessaria est quilibet mundo deditus et specialiter fratres et religiosi possessionati circa temporalia insaciabiliter inhiantes. Sed qui sic timet non est perfectus in caritate, sic ut Deum non diligat toto corde. Omnis enim talis imperfectus timor penam habet, quia quadam inclinacione appetit peccatum sed timet penam aut famam seculi pro qua et non perfecte pro amore iusticie ab opere peccati continet, sicut adultera non amore sponsi sed timore et dolore in seculo cavet adulterum. Sicut ergo talis tristatur in adventu sponsi, mulier ex pura dileccione mariti continens gaudet in eius adventu, sic est de perfectis in caritate et in perfeccione continentibus respectu adventus iudicis in finali iudicio. Et hic conclusio est Johannis: *Diligamus ergo Deum* integre confidentes in eius amicabili amore, *cum* tantum *eternaliter nos dilexit;* ideo namque plenam spem debemus habere in eum, omnem timorem anxium expellendo; et sicut est in isto, sic generaliter in omnibus aliis ministeriis quoad Deum, scilicet quod illud quod est delectabilius nobis, facilius atque utilius, est mandatum et declinans ab illo incidit in gravius tristabilius. Benedictus ergo sit sponsus qui taliter amat

1. In marg.: 4; ib. Cod.: qui fidelis. 4. falsum; cod.: flm; falsum dicitur; hec verba e margine in textum incidisse videntur. 5. In marg.: 5. 10. Cod.: que racione. 21. Cod.: sic ut deest. 26. Cod.: et do. 29. Cod.: in in.

31. I. Joh. IV, 19.

sponsam; sed dolendum et timendum est quod nimis multi sint affeccione adulteri.

If we love God, we must love our brethren.

Quinto plane sequitur quod debemus fratres nostros complete diligere, eo quod ad dileccionem Dei ista dileccio fraterna requiritur. *Si quis*, inquit, *dixerit quoniam ego diligo Deum et fratrem suum oderit, mendax est.* Et loquitur de odio fratris quoad naturam vel donum Dei, quia odire malum in proximo est amare. Ista autem conclusio Johannis ex hoc evidet quod sic odiendo proximum odit quis Dei fabricam et sic Deum, similiter amare inicialiter proximum secundum racionem qua servus Dei, est principium necessarium ad Dei dileccionem in via: *Qui*, inquit, *non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere?* Et hinc in vulgo dicitur: *Qui perfecte diligit proximum diliget eciam canem suum.* Multo magis qui perfecte diligit Deum, diliget suam fabricam sibi consimilem in natura, cum ad hoc a Deo instinctum habeat naturalem. Et tercio moveret ad dileccionem proximi quod *hoc mandatum expresse habemus a Deo* quod diligens Deum diligat et fratrem suum. | Nam Mat- Fol. 270d thei XIX°, 19 requisitus Dominus quid faciendo viator vitam perpetuam possideret, respondet Christus finaliter quod *in diligendo Deum* secundum racionem triplicem et *proximum ut se ipsum* propter complecionem universe legis vitam perpetuam mereretur.

Private orders do not lead to love one's neighbour.

Et patet ex sentencia huius epistole quomodo privati ordines non disponunt professores suos ut perfeccius diligant proximum quam facit communis religio christiana, quia omnes illi ut sic private diligunt ordinem proprium et sunt ab opere dileccionis caritative in pluribus retractati; ut religiosi exhinc non audent in multis que prodessent populo predicare vel dicere veritatem. Temporalia autem secularia audent diripere sed propter timorem simulati sacrilegii in quantacunque necessitate non audent proximos adiuvare et propter talem ypocrisim sepe celebrant, predicant et continent, bona opera de genere facientes. Sed (ut multis videtur) si perfecte diligerent proximos suos a talibus nidis reprobis continerent. Sunt castra ad bona seculi rapiendum et (ne

2. Cod.: sint deest. 6. Cod.: diligo deest.

5. I. Joh. IV, 20. 13. ib. 20. ib. 21.

communicentur fidelibus) retinendum et sunt repagula ad proximorum adiutorium in necessitatis articulis repellendum. Nec sufficit inexpertis malicias istorum detegere, sed benedicti quidam dirumpentes hoc vinculum detegunt eius versucias atque fraudes, et cum perfecta *caritas foras mittit timorem* ad quem ex religione necessitantur quod ipsa a perfecta caritate necessario ipsos privat; et ex hoc patet quam vana est eorum religio.

## SERMO XXXVI.

*Nolite mirari si odit vos mundus* Iª Joh. IIIº, 13.

How worldly business interferes with God's service.

Verba huius epistole possunt tam ad bonos dirigi quam ad malos, sed ad bonos direccius. Confortat autem Evangelista fideles quod mundana prosperitas ipsis ut ceteris mundialibus non arridet: *Nolite*, inquit, *mirari si odit vos mundus.* Per mundum autem videtur sane posse intelligi quelibet communitas vel persona que est in negociis vel causis mundialibus implicata; ille autem implicat se in illis qui propter timorem mundanum dimittit caritativum servicium quo servire debeat Deo suo. Et sic potest intelligi textus Apostoli IIª Tim. IIº, 7: *Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus ut ei placeat cui se probavit.* Nam cum tam activi seculares quam contemplativi militant meritorie Deo suo, manifestum est quod implicacio in negociis secularibus, ut dicit vitam culpabilem ordinacionem amoris Dei qui de vobis requirit preponderanciam amoris. Ille autem qui dicit se Deum perfecte diligere et in negociis secularibus preponderanter se occupat tamquam vir inconstans et mendax in negociis secularibus se implicat.

The Christian must love God above all things.

Racionem autem quare fugiebat hec conversacio assignat Apostolus: *ut ei*, inquit, *placeat, cui se probavit* christianus. Christianus enim (in quantum talis) ad tempus post baptismum servavit religionem et ordinem

4. Cod.: quidem. 7. Cod.: cessitantur. 17. Cod.: quilibet. 20. Cod.: mundianum. 22. Cod.: negaciis. 23. Cod.: tam deest. 24. Cod.: actui. 26. culpabilem; hic aliquot verba exciderunt; adde: est contra seu adversus. 29. Cod.: preponderantur. 32. hec conversacio scil. in amore Dei.

10. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 317—320. 33. II. Tim. II, 4.

christianum. Et hoc ad hunc finem experiencia nosci poterit utrum in religione illa posset perpetuo permanere. In confirmacione autem et ceteris sacramentis sequentibus ad religionem Christi ulterius est professus; precipuus autem punctus istius religionis est istę quod homo super omnia creata diligat Deum suum; quem punctum manifeste infringit qui implicat se negociis secularibus modo dicto; et in ista heresi videntur mihi secularia, temporalia vel mundana; et sic negocia secularia sunt licita, sed in implicacione illicita stat venenum. Nec contendo circa illud principium Apostoli: Euntes ad villam et ementes prandium Christo et suis negocia secularia exercebant Christo sedente ad fontem cum muliere Samaritana Joh. IV°, 9.

Secular business is lawful, but we may be unlawfully involved in it.

Supposito autem quod negocium seculare ita ample ostenditur, sicut est fundabile racione, et supposito quod implicacio in istis negociis sit implicacio culpabilis, sicut describitur (qua descripcione videtur papam in tercio Decretalium non meliorem vel aliam invenisse), patet sentencia predicta de statu ecclesie, et primo incipiendo a fratribus. Limitatores enim emunt a suis confratribus patrias de quibus excoriarent populum cum tot instanciis atque fallaciis, sicut emitur bos vel equus, et consequenter (ut oportet) mendicant instancius, nunc tacendo populo necessariam veritatem, nunc multiplicando ludicria atque mendacia que credunt populo complacere et nunc dimissa predicacione et intencione honoris Dei ac salutis populi mendicando sollicite et circa alia studia inutilia evagando. Numquid credimus tales ex descripcione predicta negociis secularibus implicari? Et idem est iudicium de toto ordine qui istam nequiciam auctorizat, ita quod videtur includere repugnanciam quod tot globi fratrum sint secundum istos ritus in ecclesia cumulati, nisi fuerint ad implica | cionem in negociis secularibus necessitati. De possessionatis autem videtur esse maior evidencia, cum laborant sollicite, nunc ad secularem curiam pro temporalibus perpetuo impetrandis ac suis possessionibus defendendis et nunc ad Romanam curiam pro ecclesiis suggestione falsissima perquirendis et nunc pro vescibilibus gulose per

How friars are so involved.

Fol. 271[a]

So are the possessioners who toil at Court and at Rome.

5. Cod.: est ista. 9. et sic; rectius legendum esse videtur: et si. 11. Cod.: illud primum. 18. Cod.: descibitur; ib. sicut; adde: supra. 25, 26. Cod.: nec multiplicado. 37. Cod.: temporibus. 40. Cod.: vestibus.

se et suum capitulum consumendis. Cum ergo necessitati sunt pro istis atque similibus in ministerio Dei deficere, patet quam spissim necessitantur ex suis privatis religionibus se negociis secularibus implicare. Et idem est iudicium de prelatis cesariis, quos oportet seculariter bona sua consumere et fastui ac mundo cultu Dei postposito deservire.

The same may be said of the Pope and cardinals.

De Romana vero curia ut papa et cardinalibus est idem iudicium. Item, propter dotacionem et vocatum Christi patrimonium defendendum, tum propter iudicia secularia in distribuendis beneficiis ecclesiasticis in quibus se stulte et infundabiliter onerarunt, tum tercio quia evangelizacionem et studium legis Christi cum ministerio apostolico propter seculum amiserunt. Et cum implicacio talis in negociis secularibus hereses et excommunicacionem implicat, patet qualiter secundum legem Dei est de talibus iudicandum. Si enim Christum diligerent iuxta suum testimonium (Joh. XIV$^{o}$), sermonem suum servarent, et cum ipse sermo sit evangelium quod neque audiunt neque intelligunt neque servant sed illo postposito leges privatas et seculares fabulas anteponunt, manifestum est quod ut sic dileccionem Dei contempnunt. Et si cecitate sua abstrusa et blasfemia de absolucionibus et indulgenciis pretermissa viderent clare ut beati per quam viam transeunt anime talium defunctorum, dolerent de suis viciis et spissim commixtis blasfemiis quorum omnium radix est quia volunt mundum diligere contra preceptum Christi in Evangelista I$^{a}$ Joh. II$^{o}$, 15: *Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt.* Et quia simile ex quadam naturalitate afficitur suo simili et odit suum dissimile, signanter dicit Johannes in principio huius epistole viris evangelicis: *Nolite mirari si odit vos mundus,* cum magister suus dicat Johannis XV$^{o}$, 19: *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, quia vero de mundo non estis sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*

The faithful should rejoice in the world's hate.

Sed parvipendendum est hoc odium, ymmo de illo fidelibus est gaudendum, quia cum iste mundus eum non cognovit et per consequens nec conversacionem suam

1. Cod.: consumendum 7. Cod.: cultum; ib. Cod.: proposito. 13. Cod.: cum minister Jo applicio. 14, 15. Cod.: implicio talis. 15, 16. Cod.: ex'q$^{em}$. 20, 21. Cod.: preposito. 23. Cod.: abstrosa. 26. Cod.: vitis. 30. Cod.: simile est. 33, 34. Cod.: Joh. XVII$^{o}$.

29. I. Joh. III, 13.

nec premia que distribuit servis suis sed omnino scolam principis huius mundi, stultus foret qui appreciaretur eius dileccionem sed pocius eius odium adoptaret.

Love to the brethren the cause of grace.

Nec credendum est fabulis sompniatis de absolucione a pena et a culpa sed evangelio Jesu Christi. Evangelista vero dicit: *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Apostoli quidem post missionem Spiritus Sancti cognoverunt in Spiritu has hereses futuras per exercitum Antichristi, sed de ipsis certe cognoverant quod translati sunt per graciam Salvatoris de morte anime que consistit in conversacione huiusmodi seculari ad vitam gracie, licet in honoribus et diviciis secularibus non habundent; et utinam prelati cesarii istud scirent. Causa autem huius vite gracie est fraterna caritas quam observant; ideo subdidit: *Quoniam diligimus fratres.* Non autem intellexit quod diligit fratres privati ordinis, cum ipsi sint mundus communiter et per consequens odiendi, sed quod diligit fratres in Domino, hoc est, generaliter christianos. Si enim apostoli privatos fratres diligerent, privatas sectas eorum sicut posteriores religiosarche multiplicarent et scriptis autenticis confirmarent; quod cum non fecerunt sed habuerunt spiritum prophecie secundum quem conversacionem sectarum huiusmodi dampnarunt, est nobis evidens quod adventum eorum in conversacionem racionabiliter odierunt. Poterunt enim melius quam aliquis vel omnes de istis ordinibus ipsos instituisse et in suis scriptis approbasse, si hoc fuisse de Dei beneplacito cognoscent. Diligamus ergo nos fratres nostros secundum religionem simplicem christianam et odiamus huiusmodi vanitates.

The 'brethren' are not friars.

Them too we must love, but hate their evil ways.

Nec est negandum quin nature falsorum fratrum sicut omnia bona opera sua de genere sint amanda, quoniam in evangelio huius epistole sequitur: *Qui non diligit manet in morte.* Debemus ergo secundum hanc formam ipsos diligere et odire conversaciones suas fallaces et crimina instar Christi qui odiendo ypocrises et dampnando peccata dilexerat phariseos, et sic communiter intelligit scriptura in predicacione simplici, quando dicit de Deo: *Iniquos odio habui* cum talibus similibus locucionibus, id est, odivit quod creature sue taliter

32. Cod.: qui in.

6. I. Joh. III, 14. 33. ib. 39. Ps. CXVIII, 113.

sint inique; et sic intelligitur quod christianus odire debeat privatos ordines.

Ex istis sequitur correlarie quod *omnis qui odit* culpabiliter *fratrem suum homicida est*, cum extinguit spiritualem vitam anime proprie, ad quam graciam spiritus est translatus; et dispositive ac | sepe actualiter est homicida fratris sui, cum tamquam alter Caym sepe animam . . . hoc . . . privat eam spirituali vita que est prestancior quam vita proximi naturalis. Et cum *omnis talis homicida non habet* ut sic graciam vivificantem que dat titulum ad *vitam eternam*, patet quod omnis talis excluditur a societate predicta tamquam hostis Christi de exercitu Antichristi.

Fol. 271b

What love is required of us.

Et istam equivocacionem de dileccione hominis et inimici oportet diligenter notari; quomodo diligi debet natura ac bona de genere que Deus graciose sibi distribuit; sed odiri debet culpa et quecunque privativa devocio gracie et beneplaciti divini quam capit a principe huius mundi. Omnes enim tales secte stragulatis vestibus et variis induuntur; ideo quoad vestes albas quas habent a Domino sunt amande et quoad vestes contrarias odiende; et sic specialiter debet intelligi de istis religionibus novellis que tamquam viri duplices in animo inconstantes quoad vestes anime stragulantur; eciam creditur quod heresis prenosticatur ex induicione perpetua et desponsacione cum varietate habitus corporalis; sed quia superficialis dileccio fraterna non sufficit, ideo docet Johannes quam dileccionem Christus in se et membris suis exigit: *In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Incitativum ergo sufficiens christiano diligi foret sic facere quod Christus prius in persona sua sic fecerat et verbis docuit faciendum. Ad hoc enim si sumus in caritate, habemus a Deo potenciam et virtutem. Si ergo Christus mortuus est in corpore dignissimo ad reconciliandum et inimicos, quanto debemus nos ponere corporalem vitam nostram tam abiectam pro salute spirituali amicorum et matris ecclesie quibus sumus adeo obligati. Nam secundum

We must be ready to lay down our lives.

8. animam; Rectius legendum esse videtur: animam extinguit, hoc est. 14. Recte: Et secundum istam. 25. Cod.: quot hereis; an legendum hec eis; hereis alia ut videtur manu scriptum. 37. Cod.: demus nos.

4. I. Joh. III, 15. 9. ib. 29. ib. 16.

Augustinum Iº De Doctrina Christiana XXXIIº debitus ordo caritatis exigit quod primo diligamus Deum, secundo spiritus nostros, tercio proximorum secundum gradus propinquitatum et quarto corpora nostra. Ipsa ergo corpora minus bona debemus in casu prudenter tribuere pro salute meliorum spiritus proximorum. Aliter enim nostra dileccio Dei vecorditer deformatur, cum viator et prelatus spiritualiter debet causam Dei defendere et salutem proximi procreare, et licet mors proprii corporis fuerit intentata.

We must give freely of our possessions.

Aliud vero signum caritative dileccionis nostri sed minus priori est caritativa communicacio bonorum fortune cum circumstanciis debitis egenum proximum relevare. Ideo dicit textus: *Qui habuerit substanciam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera ab eo quomodo caritas in eo manet?* Et in ista materia Basilius: *Famelici panis quem tu tenes, nudi tunica quam tu in conclavi ad putrefaccionem conservas, discalciati caliga que apud te marcescit, indigentis argentum quod tu possides tibi superfluum contra tot iniurias quod dare valeres*, et Augustinus: *Pasce fame morientem quem si non pascis occidisti*; et spiritus huius scripture et sanctorum sentencia demonstrari per locum a maiori: Si pro salute proximi debemus vitam nostri corporis in casu exponere, et multo magis debemus vitam nostram et bona naturalia nostra bonis fortune adiacentibus nobis diligere, multo magis debemus temporalia nostra pro relevamine proximi prudenter tribuere, et respectu mensurans dicionem elemosine est illud Luce XIº, 40: *Verum tamen quod superest, date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis.* Non enim video quomodo aliquis christianus et specialiter clericus cognosceret indigenciam proximi plus quam suam sine assistencia alterius relevantis et hoc habens ultra necessarium ad sustentacionem proprii corporis illud quod superest

1. In marg.: Augustinus; ib. rectius XXIIIº legendum: Cf. S. Aug. l. c.: Cum ergo quatuor sint diligenda, unum quod supra nos est, alterum quod nos sumus, tercium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est . . . . 7. Cod.: sed vecorditer. 23. Cod.: in sanctorum; ib. demonstrari; adde: potest. 28. Cod.: relavamine. 32. Cod.: spiritualiter. 34. Cod.: revelantis.

1. S. Aug. Opp. tom. III, 1, 11. 14. I. Joh. III, 17. 17. Basilii Magni Sermo I. in Divites Avaros Opp. (edit. Bas. 1540), tom. I, pag. 355: Esurientis est panis quem tu retines, nudi est vestis, quam tu in arca custodis, discalceati calceus, qui apud te marcescit, egentis argentum, quod tu in terram fodis. 21, 30. I. Joh. IV, 18.

a iuvamine proximi retineret. Idem est iudicium de quocunque quod clericus vel frater habuerit ultra hoc quod regula Christi et apostolorum requirit; tota ergo christiana religio in caritate fraterna consistit que non sit sophistica neque fucata: ideo dicit Johannes: *Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua sed opere et veritate.* Multi sunt qui oleo sophistico ungunt capita indigentum sed factis fructuosis subtrahunt iuvamen, tamen multi eciam sunt qui adulacione et fame falsa | (Fol. 271c) publicacione palpant proximos et reputantur de tanto ipsos diligere, cum tamen in rei veritate ipsos de tanto odiunt, impediunt atque nocent; ideo signanter et sapienter inculcat Johannes quod debemus diligere in opere contra primum et veritate contra secundum.

Friars do not excel in love.

Sed cum in ista dileccione stat tota religio christiana, dubitatur utrum fratres in ista dileccione fructuosa excellunt alios christianos, cum certum sit ex fide quod si religionem suam supra omnes alias in verbis magnificant et torpent infructuosa dileccione proximi supra alios quos postponunt quod tunc vana est eorum religio atque mendax.

Et videtur quod doctrina Johannis est facto fratrum oppositum, capiendo in primis quod non in corporali elemosina vel opere misericordie sed in opere spiritualis misericordie stat precipue meritum viatoris; nam Christus et sui apostoli ab intento dominii perpetuati a tali elemosina . . . . foret maxime necessaria viatori; ergo non in illa; sed aliunde stat summa religio christiana; in hoc omnes secte fratrum consenciunt faciendo se gratis mendicos voluntarios et inhabiles ad hoc opus; ideo scrutandum est aliud opus caritatis in quo fratres excellunt alios a caritate fraterna. Et non est fingendum aliud si non in hoc quod dant aliis spirituale suffragium.

Et videtur ex tercio dicto Johannis quod fratres in ista caritate fraterna deficiunt, primo ex hoc quod animam suam non ponunt pro fratribus sicut Christus. Ubi enim possent dicere veritatem pro utilitate et salute populi subterfugiunt simulantes tam in confessionibus quam in privatis consiliis et communibus exhortacionibus, quod alienum fuit a Christo, cum noscens sacerdotes et

They disguise the truth.

5. Cod.: $so^{ca}$ neque $fu^{ta}$. 11. Cod.: ipso. 17. In marg.: Dubium. 21. In marg.: A. 27. elemosina. Hic aliquot verba exciderunt. 37. populi; cod.: prosperi. 38. Cod.: similantes.

5. I. Joh. IV, 18.

phariseos maxime spiritualiter nocere populo illos maxime exprobravit. Et quantum ad prosperitatem temporalium ex uno latere calidissime excoriant populum et ex alio latere illos qui dicunt veritatem de cleri pauperie quomodo eius defectus facit tantam dissencionem et perturbacionem in populo, quantum sufficiunt in verbis et opere persequuntur; et cum hoc faciunt propter conservanciam sui ordinis in excessum edificii quod magis diligunt, sequitur quod a caritate deficiunt; nam hec adinventa religio simpliciter abtracta est eciam infinitum imperfeccior, humana vel est nichil; et certum est ex fide et opere Christi quod lapides vivos debemus infinitum magis diligere et per eorum structuram in domo Dei magis zelare quam lapides inanimatos vel quotquot alias basilicas.

Instead of helping others they clutch all they can to spend on churches.

Secunda via Evangeliste ad convincendum defectum caritatis fraterne stat in defectu communicacionis terrene substancie; fratres autem pro construendis basilicis habent tam communiter quam private multas libras pecunie congregatas, et cum in quantacunque necessitate viderunt simplices christianos, ipsos cum illa non adiuvant sed pocius extorquent et quantumcunque exigentibus et hoc per fraudes atque mendacia; quomodo ergo non est talium vana religio?

They lie to gain honour.

Tercium medium Johannis ad convincendum vanum ordinem stat in isto quod quidam simulant se diligere verbis mendacibus atque signis sed in opere et veritate deficiunt. Sed numquid credimus fratres in isto capitulo, cum de illis quos adeunt instar eorum patris simulant scandalosa mendacia? et hoc ut prosternantur et diffamentur in populo; et cum pro toto mundo salvando non taliter mentirentur, quam vana est sua religio. Ideo dico illis cum Jacobo quod *quicunque eorum putans se religiosum esse non refrenans linguam sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Et quoad celebraciones et oraciones et absoluciones quibus seducunt populum patet, quod nisi sanctitas vite in eis precesserit in

1. Cod.: noscere. 5. Cod.: paupe = paupere. 9. Cod.: que magis. 10. Cod.: nam hoc. Hic locus corruptus est; ib. Cod.: abtractus = abtrct'. 11. Cod.: humana nam vel. 13. Cod.: structura. 14. Cod.: inanimatis. 16. In marg.: B. 18. Cod.: destruendis. 20. Cod.: congregatis. 22. exigentibus. Hic verbum excidisse videtur. 27. Cod.: atque lig[a]; rectius sig'; ib. oportet in opere. 29. Cod.: quos adiut. 34. Cod.: seducit.

33. Jac. I, 26.

omnibus talibus magis nocent. Seducunt autem se ipsos et populum per hoc fraternitatum, absolucionum et aliorum spiritualium simulatum suffragium, cum non habent potestatem concedere aliis participacionem in suis meritis eciamsi assint, sed eorum distribucio fratribus est propria soli Deo.

Prayers may profit others, but only if offered rightly.

Quamvis autem oracio meritoria pro persona alia in multis casi | bus multum prosit, tamen secundum quod cupiditas et blasphema securitas in oratoribus fuit extincta, sed illas convincunt communicantes cum fratribus ex verbis suis et opere, et eodem modo convincunt quod predicant principaliter propter lucrum temporalium et non propter salutem anime auditoris. Sed quis dubitat quin tunc predicacio sua est blasphema?

Fol. 271$^{d}$

Friars rob the poor and trouble the realm.

Secundum quoad mendicacionem voluntariam quam tantum magnificant, patet quod in hoc blasphemant in Christum Deum, imponentes mendaciter quod taliter mendicavit, et elemosinas pauperum extinguunt communiter, cum deceptus in sua maiori egencia per mendicacionem fratrum sit impotens diu posterius ad se ipsum et suam familiam relevandum. Et multi pauperes ex tali fraude fratres inopes incurrunt mortem, ubi fratres habundant in vescibilibus petulancia et in edificiis et ornamentis aliis sumptuosis. Si ergo distribucio temporalium discrasiat rempublicam, respondeo: ille secte non publice perturbant illam; si ergo *omnis qui odit fratrem suum sit* ex Johannis testimonio *homicida*, quomodo non foret in sectis fratrum homicidium variatum? Dicuntur enim corporaliter occidere suos domesticos et extrinsecos quos odiunt.

They commit spiritual murder.

Sed tercio spiritualiter occidunt quosdam scandalosis mendaciis, eo quod dicunt defectus ordinum ut in ecclesia corrigantur. Quarto occidunt se ipsos et multos alios per hoc quod extinguunt in eis vitam spiritualem secundum quam viverent apud Deum; quomodo ergo talis proditor non est elegius regni quod incolit, cum tantum perturbat regna principum atque ecclesiam que est regnum celorum?

2. Cod.: per hanc. 8. Cod.: tum sed; ib. Cod.: quod fu$^{ca}$ (su$^{ca}$ seu su$^{ta}$). 13. Cod.: auditore. 15. Cod.: Secundum quia da. 17. Cod.: Deum in potestates. 20. Cod.: domini posterius. 24. In cod. perperam: si ergo in ergo. 25. Cod.: rem pie$^{tum}$. 28, 35. Cod.: quo pro quomodo. 30. Cod.: extrincecos. 33. Cod.: Tercio. 34. Cod. quod deest. 36. Cod.: eligus. Cf. pag. 325, l. 23, 30, 36.

27. I. Joh. III, 15.

## SERMO XXXVII.

*Humiliamini sub potenti manu Dei.* I^a Petri V^o, 6.

Need of humility.

Ista epistola docet humilitatem viancium in opere exequendam que fundamentalior sit sive perfeccior, cum virtutes locum non occupant sed singule quoad speciem sunt connexe et econtra. Prodest autem ymaginacio istius materie cum recto sensu mistici intellectus. Deus enim est magister optimus nedum per totam habitabilem sed eciam totum mundum. Habet autem in manu sua *virgam* et *baculum* quibus dispariter castigat homines pro utilitate ecclesie, et quosdam facilius et quosdam severius, ut oportet. Ista autem est *virga vigilans* quam *viderat Jeremias* in brevitate, fragilitate, non potens deficere. Et conformiter senciendum est de baculo, cum utrumque sit potestas divina secundum racionem duplicem variata. Cum ergo quocunque viator tenderit habet tam virgam quam baculum magistri iustissimi super caput, debet varie et humiliter sibi servire, considerans quod quantumcunque magistro placuerit, hec instrumenta magistralia sunt presto capiti, ut vindictam vel penam ad votum incuciat. Nec solum causa ista efficiens propter timorem necessitat ad sic humiliter gradiendum, sed causa finalis intrinseca inde sequens. Qui enim sic currit humiliter viam Domini sub hac virga et baculo *in die visitacionis* (id est, in finali iudicio) erit ad beatitudinem patrie exaltatus. Teneat ergo se viator humiliter, ne blasphemet cum Lucifero multipliciter appetens gradum Dei. Et ista doctrina patet ex cantico sancte virginis Luce I^o, 51, 52: *Dispersit superbos mente cordis sui, deposuit potentes de sede et exaltavit humiles,* et Luce XIV^o, 11: *Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur* cum multis dictis similibus.

God's rod and staff are always near to punish us and keep us low.

We must cast our care on God.

Sed secundo docetur quomodo huius magistri discipuli debent ex integro *sollicitudinem suam in ipsum proicere,* cum sit summe misericors et statum sui

4. Cod.: exequendam fundamentaliorum sit sive perfeccioni. 12. Cod.: se vierus. 23. Cod.: intrincica. 28. Cod.: multiplicite. 29. Cod.: cantico et. 30. Cod.: despexit. 36. misericors (?); Cod.: mctor.

1. Dominica tertia post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 321—323. 10. Psalm. XXII, 4. 12. Jerem. I, 11. 35. I. Petri V, 7.

fidelis famuli summe curans. Ideo dicit textus Petri: *Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* Oportet enim viantes esse sollici-|tos; sed sollicitudo huiusmodi est partita in sollicitudinem celestium et sollicitudinem terrenorum, et dividitur in licitam atque illicitam. Licita vero est sollicitudo activorum virtuose viancium sicut Marthe. Ista autem licet sit periculosa atque difficilis, est tamen necessaria viantibus, dum tamen sollicitudo in unum principium finaliter sit directa; unde sollicitudo illicita vocatur sollicitudo circa temporalia, dum caruit isto fine, et illam sollicitudinem Christus prohibet Matthei VI° et sepe alibi. Et patet Petri sentencia, cum omnis sollicitudo circa temporalia vel fines alios citra Deum debet finaliter si sit licita in ipsum proici. Sed ad iudicandum necessitatem sollicitudinis circa temporalia si sit superflua oportet legem Dei consulere, discernendo quomodo ad beatitudinem provocat et sollicitum non retardat; et sic omnis operacio viancium debet ad oracionem ac honoracionem Dei finaliter retorqueri; nam qui operatur fideliter bene orat et qui vivit meritorie de tanto magistrum honorat.

Fol. 272ª

Lawful and unlawful care.

Sed quia superfluitas in temporalibus usualibus et vescibilibus et ceteris instrumentis inducit communiter sollicitudinem viciosam, ideo tercio dicit Petrus: *Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem devoret.* Sobrietas autem licet in vescibilium temperancia consistit, principaliter tamen potest extendi ad temperatum medium circa alimenta et tegumenta quorumcunque viancium, intelligendo per alimenta generaliter cibos et potus et per tegumenta pannos cum ornamentis ceteris et domibus regni tegentibus corpora viatorum. In temperamento autem istorum secundum medium virtuosum consistit magna prudencia viatoris (ut patet Iª Tim. VI°, 8), quia superfluitas in esibilibus et generaliter in tegumentis inducit nedum sompnum corporis, sed communiter sompnum anime in peccatis; non amittit Petrus (sicut sepe mandat Dominus: *Vigilate,* ad expergefaciendum non

Wealth brings care.

Temperance does not only concern eating.

Superfluity induces sloth.

5. Cod.: et deest. 16. Cod.: temporalia sc. 26, 27. Cod.: tangit leo. 31. Cod.: genus aliter. 33. Cod.: regem. 35. Cod.: I. Tim. LXII°. 38. Cod.: amictit; hic locus corruptus est.

25. I. Petri V, 8.

We must be watchful in prayer.

vigiles) stimulum in oracionibus. Qui enim petit quicquam a temporali domino, ut duce, principe sive rege non tunc dormitat, sed attente vigilat pro intencione petiti et honore Domini; quanto magis petens summum desiderabile a Domino dominorum.

Vigilance needed against the devil.

Nec solum amor habendi evigilaret viantes sed timor diaboli callide et conscie insultantis. Circuit autem diabolus per circulos cautelarum, temptans varie in quibus peccatis homo sit facilius superatus. Ideo Job I°, 7 dicitur: *Circuivi terram et perambulavi eam;* et in tali circuitu impii ambulant, ut prestatur. Unde secundo rugit diabolus per semitam, non tamquam leo de tribu Juda mortificatos peccatis vivificans; nec obest sed consonat quod tam Christus quam diabolus sit leoni secundum proprietates dispares comparatus. Sed tercio querit diabolus sollicite quem devoret, et finaliter assimilet in comparando se ipsum in suum corpus misticum per peccatum contra ipsum. Sicut enim omnes predestinati sunt membra Christi finaliter similati, sic omnes presciti sunt membra diaboli sibi corporati reprobi. Ista ergo consideracio timoris expergefaceret viatores.

Faith enables us to resist him.

Remedium autem contra istos insultus diaboli est *fortiter in fide* sibi *resistere;* fidem autem habere debemus quod si membra Christi esse volumus, sicut gratis possumus, ipse cum tota triumphante ecclesia contra diabolum cum toto suo exercitu nos iuvabit. Et sic ex fide debemus capere quod si non assit nostra desidia, pars nostra erit forcior, et sic non fortitudo corporis, sed talis fortitudo formate fidei per se iuvat contra diabolum. In principio autem aciei exercitus debet esse pugna acucior, quia pugna diaboli, sicut qui | cunque motus violentus secundum philosophos versus finem est tardior, econtra autem spiritualis victoria contra diabolum sicut motus naturalis est versus finem facilior atque velocior; ideo prudencia fidelium est forcius obstare principiis. Fol. 272[b]

Remedies against him: 1. avoiding sin;

Remedium contra diabolum vel quemcunque spiritualem anime est triplex, primo declinare fomentum peccati in quo hostis fortificatur contra hominem;

1. Cod.: amictit stimulum. 7. Cod.: consciencie; ib. Cod.: insuliantis. 9. Cod.: Job. X°. 20. Cod.: reprolu. 21. Cod.: consideracioni. 32. Cod.: secundum phariseos. 38. spiritualem; adde: inimicum.

23. I. Petri V, 9.

2. seeking good occupation; 3. with God's help casting off sins and lusts.

secundo inclinari circa occupacionem laudabilem divino suffragio; cum enim Deus principaliter facit victoriam sed principaliter in adiutorio suo confidere et tercio cum Deus adiuvat homines ut sunt digni, viator excuciat a se peccata atque desideria, et tunc posset de victoria hostium secure confidere; nec posset fingi quod predestinato ex privilegio divino adest, cuius diabolus predestinacionem ignorat et sanccioribus .... plus mundum tamquam securus de reprobis quos videt tantum ad facinora inclinatos. Ideo dicit Petrus: *Scientes eandem passionem ei que in mundo est vestre fraternitati fieri,* quasi diceret: Debetis scire quod diabolus temptacione consimili temptat predestinatos ut prescitos mundo deditos, ideo vestram fraternitatem sive collegium oportet pati a diabolo ut mundanos. Finis autem victorie facit diversitatem specificam, licet partes priores pugnas habeant satis consimiles.

The predestinate are also tempted.

Petrus autem confortatus in hac certitudine fidei prorumpit in laudem Christi dicens: *Deus autem omnis gracie qui vocavit nos in eternam ecclesiam suam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria et imperium in secula seculorum Amen.* Primo ergo profitetur Petrus Deum patrem istorum fidelium esse Deum omnis gracie ad complecionem sue victorie requisite. Dat enim primo graciam gratuitus et virtutibus, secundo in multiplici adiutorio actuali et tercio dat graciam finaliter consumantem. Ipse autem cum vocavit suos electos quos Petrus ex prophecia noverat nedum ad beatitudinem sed in eternam suam gloriam, hoc est, proposuit, ut sitis gloriosi, licet modicum in Christo paciamini hic in via, tamen victoria est speranda. Dicit ergo *modicum*, quia *non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur*, et dicit *passos* in Christo, quia cum non in quacunque causa ut furto, homicidio vel simili causa seculi erant passi sed iusticia que est causa Christi, et realiter ipse Christus et necessario perficiet victoriam pugne quam tam graciose inceperat, secundo confirmabit regulans pugnam in fine vite et

God's gifts of grace.

8, 9. Hic locus corruptus est. Aliquot verba excidisse videntur.
14. Cod.: collegin. 26. gratuitus); cod.: g$^{a}$cuict'. Adde: et plenam.
37. Cod.: Christus est. 38. Cod.: quam tum. 39. Cod: in finem.

10. I. Petri V, 9. 19. ib. 10, 11. 34. Rom. VIII, 18.

tunc imponet sigillum victorie et tercio solidabit in patria, quando non erit vagus error sed perpetuus fructus victorie, ergo fit laus ipsi.

Unlawfulness of private religions.

Circa istam epistolam dubitatur (ut sepe) utrum sit licitum religionem privatam cum tradicionibus suis perpetuis supra religionem Christi statuere, et videtur quod non, quia nullam religionem licet intendere nisi que in humilitatem sub potenti manu Jesu Christi sonuit; sed sic non sonat talis novella religio, ergo conclusio.

The orders rob churches and defame those who do not belong to them.

Item, ex fine huius epistole Christus perficiet, confirmabit et consolidabit statum religiosorum quos in suam ecclesiam introduxit, sed novelli ordines laborant ad oppositum, ergo male; nam non solum spoliant ecclesias particulares, privantes eas temporali suffragio quo officium debitum perficerent hic in via, sed statum earum denigrant et blasfeme suum extollunt, cum Christus statum priorem confirmavit et consolidavit, cuius confirmacionem et consolidacionem non licet infringere. Dicunt enim regulariter quod status sui ordinis est apud Deum perfeccior quam aliquis status ecclesie antecedens, cum aliter non esset color | licite introducere statum suum; quo dato implicat communiter quod rarius et excellencius beatificantur quam de religione simplici christiana. Si enim ita communiter et tam alte beatificarentur homines extra religionem suam sicut infra eam, in quo staret perfeccio religionis huius?

Fol. 272c

The popes support them.

Et confirmacio huius est practica paparum qui ad religionem alciorem ac arcciorem secundum legem suam licenciant, non econtra; quod non haberet colorem nisi status religionis talis foret pro beatitudine adquirendo labilior. Concessa ergo ista sentencia videtur quod pape et christiani quilibet qui in tales privatos ordines introierunt (nam omnes fideles tam clerici quam laici perficerent Dei beneplacitum) quod tam faciliter possent implere, nam de laicis et clericis quodcunque opus fecerint possunt esse, fratres vel femine, et cum matrimonium sit laudabile ac meritorium conveniens statui innocencie, non videtur ideo quare non licet fratribus uxorari; dispensacionem enim maiorem quam illam

4. In marg.: Dubium. 1. 7. Cod.: intencere. 11. In marg.: 2. 12. Cod.: statim religiosorum quas. 22. Cod.: color twice. 24. quam beatificantur in cod. 34. Cod.: privatas.

Why should not friars marry.

Miracles wrought at Fitzralph's tomb.

Canonization is said to be sold.

sepe quesierant et forte tam lucrum ex operacione feminarum adquirerent quam temptaciones contrarias inter multas evaderent, quam eciam multa peccata innominabilia evitarent. Quare ergo non audent predicare istam sentenciam, cum ex fantasiis eorum sequitur quod omnes christiani extra suos ordines peccant graviter ex hoc quod perfeccionem huiusmodi pretermittunt? Qui enim potest magis bonum eligere et minus bonum pretulerit, non mediocriter peccat secundum Jeronymum et decretum De Con. d. IXa cap. *Non mediocriter.* Et cum a tempore quo introducti sunt fratres nichil vel modicum est de suis miraculis post mortem, sed de aliis (quos inportunius inpecierunt) ut domino Ardmachano et ceteris audita sunt post mortem multa miracula; unde Romana quam acceptant ut evangelium canonicum aut pro tempore pro quo introducti sunt plures quam de illis; et non est fas illis accusare illam ecclesiam quod hoc facit, quia fratres nolunt ad illam ecclesiam pecuniam conglobare et symoniace pro canonizacione huiusmodi sibi dare. Hoc enim esset hereticare illam ecclesiam contradicere communi experiencie de fratribus. Volunt enim pro acquirendis huiusmodi privilegiis tam in corpore quam in pecunia plus ceteris laborare. Ideo dicunt quidam: Nisi laboraret pecunia sua ad curiam, nunquam fuisset canonizacio sanctorum sui ordinis introducta. Et hoc facit excellencia status religionis private ut supra sanctos ecclesie primitive et ipsos apostolos vel status quos nec per se solidaverunt extollantur. Vana est ergo religio que excitat sic ad fastum.

Rivalry among the orders.

Similiter, cum ordines in perfeccione sint dispares, sicut nec ipsi nec Romana ecclesia scit quis ordo altero sit perfeccior, ut nec sciunt quid in natura sua sit hostia consecrata, videtur quod lex privatorum ordinum perplexat ecclesiam. Non enim sustinuerunt monachi quod status fratrum foret suo perfeccior, nec alii fratres ac monachi Cartusie tolerarent quod status fratrum Minorum

2. Cod.: contrarius. 3. Cod.: quod eciam. 9. Cod.: peccant. 13. Cod.: quies importunus. 15. Romana: hic aliquot verba excidisse apparet. 16. Cod.: canoninum. 36. Cod.: status suum.

9. Decreti Tertia pars, dist. V, cap. XXIV. 15. Cf. Trial., pag. 433: Dicitur enim, quod a tempore, quo ordines isti inceperant, plures sunt canonisati de illis quam aliis . . .

foret statu suo perfeccior. Cum ergo quicunque statum perfecciorem reliquerit omissione peccat graviter, videtur quod illa perplexione perfeccionis vite viancium est tota militans ecclesia involuta.

Similiter, cum episcopi servant statum apostolorum et status eorum est statu episcoporum alcior, videtur quod fratres quoad statum apostolos antecellunt. Sed quid blasfemius? forte hinc est quod predicando de fratribus suis quos sanctos reputant capiunt sibi pro the | mate, *ubi ponemus eum*, et laborant evidenciis Fol. 272[d] putridis quod omnes sanctorum ordines antecellunt; et conformiter senciunt de se ipsis viantibus, cum status excellencia supra divicias sit laudanda. Et hinc dicitur quod se ipsos dignificant ad primas cenas in conviviis dominorum et habere recubitus in secretis cameris dominarum.

Friars' extravagant claims to holiness.

Et hinc quoad statum contendunt plurimi, querentes si sacerdocium sit ordinum privatorum, et videtur quod non, quia cum sacerdocio, episcopio, apostolatu et statibus aliis viatorum stat peccatum mortale, sed cum religione sua non stat peccatum mortale, quia tunc foret religio immunda et forent inobedientes, facientes indebite quicquid agunt. Ergo omnes tales status priores sunt imperfecciores statibus ordinum privatorum. Sed ego non video quo tenderet ista luciferina presumpcio nisi quod excedentes omnes status ecclesie militantis parificari volunt in statu domino Jesu Christo. Responsio ergo fidelium stat in isto quod fratres et quicunque de privatis ordinibus si fuerint in aliquo statu laudabili illum mendicant de statu priori quem Christus instituit; nam quoad status proprios quos haberent ex institucione suorum ordinum, ego nescio fundare quiditatem nec perfeccionem eorum nisi ut sint monstra accidentalia statui sacerdotis.

What is the status of the church.

Unde pro declaracione istius materie notanda est quiditas atque distinccio status ecclesie. Quamvis autem status dicatur multipliciter atque equivoce, suppono tamen quod status ad propositum sit disposicio in qua verbum Dei ordinavit creaturam racionalem stare, ut debite serviat Deo suo. Et est quidam generalis in quo

2. Cod.: perfeccionem. 5. Cod.: s. n. (scilicet enim) episcopi. 14. Cf. Lucae XX°, 46. 18. Cod.: sit deest. 19. Cod.: apostolatum. 29. Cod.: alico. 31. Cod.: haberet. 33. Cod.: nisi sint. 35. In marg.: Nota. 38. In marg.: Quid est status. 40. In marg.: I.

stat una communitas ad hunc finem et quidam personalis qui solum convenit uni persone simplici.

1. Natural.

Est autem divisio huius generis vel membri, scilicet naturalis, ministerialis et moralis. Naturalis autem est congregacio disposicionum ac accidentalium quas Deus ordinavit in creatura, ut sibi serviat et propter variacionem in partibus huius status dicitur (Job XIV°) quia homo viando nunquam in eodem statu permanet.

2. Ministerial as of prophets and doctors.

Status autem ministerialis est status in quo Deus partem ecclesie instituit, ut debite sibi ministret et quosdam dicit prophetas, quosdam apostolos et quosdam doctores (ut dicit Apostolus Ephes. IV°). Sed de statu fratrum non inveni nec video quomodo variacio corporalis habitus cum aliis circumstanciis induceret religionem novam, ordinem laude dignum quin per idem pannus linneus quem ligant in capite Saraceni vel milites Anglie qui illuc laboraverant aut peple vetularum novos ordines aut religiones inducerent, cum statu aut tali ministeriali stat peccatum mortale, ut patet de episcopatu atque apostolatu Scarioth cum regaliis plurium tirannorum ac ceteris deficientibus in suis officiis. Nec contendo utrum status officialis sive equivoce dicatur in talibus et in aliis qui virtuose complent suum officium.

3. Moral, which is independent of the others.

Tercius autem est status moralis qui est per se dignus premii celestis; nec per se sequitur ad unum istorum statuum vel alium, sicut nec christiana religio que proprie per se dicit virtutem quoad Deum in qualicunque statu alio fundata fuerit. Concedo ergo quod status sacerdocii est status ministerii et perfectus, expresse fundabilis in scriptura. Statum autem fratrum non plus scio fundare in racione vel scriptura quam statum reprobum harlatorum si fratres .... virtuosi, cum virtuosos contingit esse in statu officii incolarum, ideo statum pastorum, agricolarum et aliorum artis mechanice possunt homines fundare ab experiencia et scriptura, sed non statum fratrum nisi forte ex solu-

No authority for friars in reason or scripture.

1. In marg.: 2. 3. Cod.: membris. 4. In marg. inf.:
Status triplex { naturalis, ministerialis, moralis.
5. In marg.: a. 9. In marg.: b. 11. Cod.: dedit. 21. Cod.: prolium.
33. fratres; sequitur lac. un. verbi.

7. Job. XIV, 10—14.

cione patris mendacii. Sed patet solucio | obiectuum in ista materia, quando queritur si sacerdocium sit status perfeccior statu fratrum, est autem status quem Christus susceperat et perfeccior salva falsa implicacione quam novellus status quem fratres tantum magnificant, ideo fratres et communiter de vocatis religionibus privatis non sunt religiosi sed manifesti apostate; quod si illorum religiosi fuerint, contingit laicos in qualicunque statu laudabili esse plus religiosos ut latrinarum purgatores, obstetrices cum eis similibus, non est impertinens ubi in patria locabuntur.

Fol. 273a

These orders claim falsely to be higher than other religions.

Et quantum ad regulas datas istis privatis ordinibus quomodo licet a faciliori ad alciorem procedere non econtra, nec eorum fundacio nec leges ex illis ordinibus stabilite sunt super evangelium sed communiter apocrife. Quod si intelligitur per ordinem stricciorem religio magis sancta in quocunque statu fuerit, multa dicta in ista materia possent sane intelligi. Et patet quod multa dicta a fratribus et istis privatis ordinibus de suis habitibus et de suis ritibus ac religionibus sonant in manifestam heresim atque blasphemiam; in cuius signum nescientes fundare ipsos in racionibus vel scriptura sumptuose et laboriose querunt confirmacionem suam a Romano pontifice; qui si de possibili fuerit Antichristus, tunc ab Antichristo et mendace sathana contrahitur originaliter suus ordo. Nec balbucia in istis quod blasphematur in beatos Domini, ut Benedictum, Dominicum et Franciscum, cum status eorum moralis si et quatenus sanctus fuerit est laudandus. Sed cum nec eorum sanctitas nec canonizacio sit de fide ecclesie, ipsa est tamquam possibilis et probabilis supponenda. Status autem alius quo ministrant Deo et ecclesie, sepius fuit stultus; nec ad Ambrosium, Jeronymum, Augustinum cum eis similibus quo extra illos status fuerant attigerunt; ad omnia ergo opera Christi debemus respicere et ipsum quantum sufficimus imitari, sed propter talia extraordinaria tam noticia conversacionis Christi quam eius imitacio et ad ista attencio sunt omisse.

3, 4. Cod.: quod Christus. 9, 10. Cod.: latrones purgatores. Cf. Wyclif's questionem de absolucione a pena et a culpa: Revera evidenter posset papa movere homines ad purgandum latrinas. 11. Cod.: veri in. 15. Cod.: apocrite. 23. Cod.: suptuose. 26. Cod.: balbucia inscius (iustius?). 27. in beatos domini; cod.: iibēs Deum.

# SERMO XXXVIII.

*Estimo quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis.* Rom. VIII°, 18.

Only Christ's grace makes suffering merit bliss.

In ista epistola hortatur Apostolus quod voluntarie sine murmure ministrent in servicio Jesu Christo et per consequens quod omnes passiones quas beatificandi sufferre poterunt hic in via, non sunt digne minimo gradu beatitudinis nisi preveniente gracia Redemptoris. Nam omnes huiusmodi passiones sunt sub certo gradu penales et bone moraliter, quecunque pars beatitudinis est infinitum melior; ergo non potest fieri cambium iustum nisi ex gracia gratis dantis. Nam bonum temporale valet laborem aliquem, ut patet de operariis iustis laboribus conductivorum et communiter laborancium pro hominibus hic in via. Sed bonum beatitudinis est infinitum melius quam bonum huiusmodi temporale, ergo infinitum plus valeret de labore gracia subducta. Unde cum dignum sit quod qualitercunque Deus voluerit impleatur, Deus autem vult ex gracia sua quod beatitudo pro labore modico homini sit donata, ponunt periti linguarum quod dignitas et condignitas distinguuntur; dignitatem autem ponunt generaliter quandocunque ex titulo gracie vel sine illo iuste sunt communicati; et sic dignum et iustum est quod quicunque predestinatus honoretur in patria quem rex celorum voluerit honorari; nec aliter quod sic possumus aliquid vel bonum vie vel bonum patrie a Domino vendicare. Condignitas autem dicit utriusque equalitatem dignitatis coniuncte communitati; et patet prima proposicio Apostoli ut quantumcunque viator patitur nisi assit Dei donantis gracia beatitudinem non meretur. Et hec est famosa distinccio quod aliud est meritum de condigno et aliud de congruo, scilicet quod de racione magnitudinis dominii sui sit congruum quod pro fidelitate servi graciose atque magnifice sibi retribuat. Meritum autem de condigno est meritum unius viatoris quoad alium,

Distinction between dignity and condignity.

Condignity and congruity; condignity can be only from man to man.

6. Cod.: consequens deest. 17. Cod.: gracia gracia. 19, 20. Cod.: pro beatitudo. 22. Cod.: ponun. 23, 24. Cod.: comminata. 31. In marg.: Meritum duplex. 32. In marg.: 1, 2.

1. Dominica quarta post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 323—325.

quando sine gracia reddentis ex pura iusticia bonum equi | valens sibi reddidit; nec distinguuntur illa ex opposito, cum eo ipso quod aliquod est meritum de condigno, est meritum de digno vel congruo, non econtra. Fol. 273$^b$

Controversies as to merit and grace.

In ista autem materia cum terminis magistralibus atque sentenciis sunt multi plus quam expedit intricati; et hinc sunt respondentes in ista materia multipliciter variati, ut hii dicunt quod nemo meretur beatitudinem, cum pure graciose a Domino sit donata, et hii dicunt coloracius negantes hanc viam tamquam hereticam, concedentes quod viator meretur a Domino sed non de condigno, ut dicit Apostolus, ymmo ut Deus doceat neminem debere quicquam donare alteri nisi de congruo presit dignitas, ordinat quod nemo haberet beatitudinem nisi ut congruit; et quicunque secularis dominus tribuit servo suo aliquid sine hoc quod primo se ipsum dignificet ad illud, et per consequens mereatur, offendit in divinam iusticiam, cum oportet quod in omni retribucione iusta hominis Deus retribuat. Ideo modificant logici, respectu quorum est talis reddicio pure graciosa vel congrua et respectu quorum est talis retribucio pure iusta. Et signanter dicit Apostolus *futuram gloriam revelandam*, quia nondum nobis apparuit, et cum apparuerit eius perpetuitas revelata, ultra illam non oportet expetere confirmacionem vel certitudinem per alia argumenta. Et in spe illius omnes viatores virilius laborarent, cum tales creature viantes statum expectant certissime sue beatitudinis in quo revelabitur eis ut filiis Dei et in actu ut suis heredibus quidquid fuerit ad beatitudinem requisitum. Nam I$^a$ Johannis III$^o$ dicit Evangelista: *Scimus quoniam cum apparuerit similes erimus ei.* Et nota quod homo secundum quandam excellenciam est Dei *creatura*, cum creabatur secundum naturam corpoream, secundum naturam spiritualem anime, secundum donum gracie et secundum statum patrie. Et ideo quia nomen creature sibi convenit autonomatice, hinc facta distribucione vel per se nominacione huius termini *creatura* ad hominem tamquam signatum famosius limitatur, ut patet ex verbis Domini Matthei ultimo: *Predicate evangelium omni creature.* Et confirmatur ista

8. In marg.: 1. 9. In marg.: 2.

31. I. Joh. III, 2. 39. Matth. XXVIII, 19, 20.

sentencia de voluntaria passione per hoc quod *vanitati* omnis homo post lapsum de necessitate subicitur, eo quod in certitudinem vite penalitatem vie et tribulaciones multiplices oportet hominem velit nolit suscipere, et omnia talia instar Ecclesiastici vocat Apostolus *vanitates.*

Man is subject to vanity through the Fall.

Et quia necessitatur illis subici tamquam materia forme quam non potest exuere, ideo dicit quod homo est *creatura illis subiecta;* et ad denotandum quod homo non habet vanitatem huius ex ordinacione Dei primaria sed ex lapsu, sive voluerit sive noluerit, ideo subiungit Apostolus quod *homo sic subicitur vanitati et non volens;* cum ergo sit ad subeundum istam vanitatem tanta necessitas et eius passio voluntaria pro Christo respectu alterius sit meritoria atque levis, stultus foret qui illam viam non gratis ordinacioni Domini se submittit, ut patet ex Christi martyribus.

The predestinate submits willingly.

Predestinatus ergo considerans quod Deus subiecit peccatores iustissime in huiusmodi vanitates, gratis submittit se illis, expectans in spe retribucionem perpetuam; semper speret itaque quod homo qui est tam indigna creatura pro statu vie *liberabitur a servitute corrupcionis in libertatem glorie filiorum Dei.* Liberabitur, inquam, quia fiet liber et exuet pro suo perpetuo servitutem corrupcionis, id est, servitutem carnis corrupte, cui de necessitate iam subiacet, et *liberabitur*, id est, in statu libertatis ponetur in patria qui filiis post possessionem regni patris sui competit. Et illa libertas est maior ac gloriosior quam homo habuisset in statu innocencie eciam in patria sine lapsu.

The elect groan and travail.

Ponitur autem duplex evidencia ab experiencia fidei quod omnis viator necessitatur pro tempore quo est
Fol. 273c creatura Dei et sic quodammodo | prope nichil *ingemiscere* de sua vita penali, et electi ad patriam necessitati sunt fructus meritoriorum operum penaliter *parturire.* Ideo dicit textus: *Omnis creatura ingemescit et parturit usque adhuc*, ubi notum est quod loquitur de viatoribus predestinatis pro tempore, pro quo sic viant.

4. Cod.: velut nolit. 5. Cod.: Ecclesiasticis. 17. Cod.: m̊ribus. 19. huiusmodi; cod.: hui'. 20. Cod.: dei llis. 28. Cod.: libertaas (sic). 38. Cod.: viavit.

1. Rom. VIII, 20. 5. Eccle. I, 2. 9. Rom. VIII, 20, 21. 22. ib. 33, 34. ib. 22.

Need of patience.

Secundum exemplum est per locum a maiori, ubi Apostolus testatur de se ipso et sibi similibus quod *intra se gement* consimili racione, cum tamen habeant primicias Spiritus Sancti, sicut non habebant ceteri informandi. Nam Spiritus statim post Pentecosten dedit copiosius capacioribus dona sua, ideo apostoli et ceteri discipuli qui miraculo suo illa receperant dicuntur habere primicias Spiritus Sancti. Si ergo non solum inferior viator qui instruit alios sed a superiori instruitur ingemescit et parturit modo dicto, ymmo ipsi apostoli qui alios genuerunt, ideo ex generalitate illata personis tam inferioribus quam superioribus debet generaliter quilibet humiliter gratis pati, si (inquam) spe confortati ut anchora in tribulacionibus fluctuantis sunt pacienter *expectantes redempcionem corporis* glorificandi que generaliter fiet aliis adoptivis, et sic *spe* (non adhuc re) *salvi sunt*, quanto magis inferiores filii gratis et humiliter taliter paterentur. Quorum omnium invincibilis racio est in Christo qui immunis a crimine et dignissimus hominum taliter erat passus. Quando enim naturalis filius Dei cuius infliccionem nemo potest evadere ex decreto eiusdem Domini taliter cruciatur, quomodo inferiores servi ex proprio delicto rei adoptandi in filios et premiandi per graciam non remurmurarent contra penam minorem eis duplici racione debitam?

The orders not remarkable for patience.

Circa hanc epistolam dubitatur (ut supra) utrum religiosi privati sunt ad istam voluntariam pacienciam quam Apostolus meminit magis apti, et videtur quod non, quia ex ficcione multiplici vendicant quod a nullo extrinseco puniantur. Apostoli autem subiecti erant omni genti et cuilibet nacioni, ergo cum securitas prosperitatis temporalium et proteccionis hominum sit culpanda, videtur quod isti religiosi privati de tanta paciencia laudanda exorbitant. Si enim non plus magnificarent suum ordinem quam fecerunt apostoli sed gratis afferent se in mortis periculo pro defensione valida legis Christi, tunc meritorius, religiosius et proximis suis utilius conviarent. De tanto ergo est eorum religio increpanda. Et confirmatur ex proprio eorum principio;

5. Cod.: Pentacosten. 7. Cod.: sive illa. 7, 8. Cod.: debentur habere. 13. Cod.: pacti. 16. Cod.: adoptivus. 19. Cod.: qui deest. 26. In marg.: Dubium. 28, 29. Cod.: quod non videtur; quia deest. 30. Cod.: extrincico. 32. Cod.: snnt. 37. Cod.: meritoriis religiosus.

3. Rom. VIII, 22.

cum secundum eos obediencia facta homini fundat magis eorum meritum, sed tunc forent apciores ut plus obedirent toti humano generi quam modo obediunt, ergo prompciores ad meritum. Tunc enim haberent amplius claustrum, amplius collegium et viliorem prepositum. Cum ergo ab omnibus istis excluduntur per suam religionem privatam, patet conclusio. Sed quia religionem suam magis magnificant ex mendicacione voluntaria, videndum est parum de illa.

Beggary is wrong.

Quantum vero ad sentenciam legis veteris, videtur quod omnis mendicacio sit culpanda, primo per illud Deuteronomii XV°, 4: *Omnino indigens et mendicus non sit inter vos.* Secundo per illud Prov. XXX°, 8: *Mendicitatem et divicias ne dederis michi.* Et tercio per illud Job XXXIII, 3: *Quis michi tribuat ut cognoscam* menses pristinos. Ubi patet quod sapiens Salomon non oraret ne veniat sibi mendicitas nisi fuerit detestanda, nec sanctus Job optaret sic opulenciam et detestaretur sic mendicitatem, nisi eciam fuerit odienda; et de lege nova patet quod religiosarcha Christus non potuit taliter mendicare. Per hoc ergo quod in toto evangelio talis mendicacio subticetur, patet quod non est de regula christiana, cum iuxta illud quod est utilius est in evangelio Christi expressum.

At the outset of the church none lacked.

Item, Act. IV° quando discipuli purissime tenebant religionem Christi, scribitur, *nec quisquam egens erat inter illos sed erant illis omnia communia.* Et sequitur causa: *Dividebatur autem singulis prout cuique necesse erat.* In privatis autem nostris religionibus unus privatur pecunia et vite necessariis dum alius proprietarius possidet multas | libras. Numquid illa est religio apostolica quam discipuli ex Sancti Spiritus doctrina didicerunt? Sicut enim fundantur in mendaciis et ipsa sunt eis organum temporalia adquirendi, sic in via et regula sua contrarii menciuntur. Si autem mendicacio vel eius causa taliter sit culpanda, sequitur per locum a maiori quod mendicacio voluntaria in valido qui non eguerit amplius est culpanda, cum voluntarie se subiciens culpando statui est plus increpandus quam necessitatus illi subici.

Fol. 273a

1. Cod.: cum deest. 24. Cod.: expressius. 30. Cod.: aliis proprietarius. 31. Cod.: Nuquid. 37. Cod.: egerunt.

26. Act. IV, 34 32. 35.

If the friars may beg, so may all christians.

Item de racione, si mendicacio talis sit licita, tunc liceret cuicunque parti ecclesie quantumcunque inopportune circa talia occupari. Non enim est racio quare divites fratres et validi mendicant licite quin per idem licet possessionatis quantumcunque placuerit mendicare. Si enim racio debet esse fratribus frenum, nulli vel pauci eorum aliquociens mendicarent, ut si non indigencia fuerit racionale obstaculum, cum quilibet eorum habet omnia in communi que totus ordo habuit, quomodo non dicior persona populi de qua sic mendicant; ymmo cum in ambiguis utrum sint contraria ritui vel consona debet fidelis racionem consulere, antequam racionem presumpserit obviare, videtur quod seculares negarent mendicacionem in fratribus vel saltem habens probabilitatem de prestancia suarum diviciarum cum ipsis quodam involucro calcularet. Si enim in pecunia, in domiciliis et vescibilibus cum ornamentis corporeis habundent plus quam tenens simplex vel pauper, qua racione ab ipso taliter mendicarent?

Why should the merits of a convent be at the disposal of a single limitour.

Similiter, si seculares debent mendicacionem fratrum de lege Domini procurare, quare non alius secularis potencior veniente alio mendicante, vel quare tota perfeccio mendicantis erit ad unam personam de conventu plus reprobam limitata et non communicata fratribus aliis plus perficiendis? Si enim bona corporalia debent esse communia, multo magis ex vi communionis bona spiritualia, et si in limitatore mendico mendicat tota communitas eiusdem ordinis, cum multi de tali communitate a racione mendicacionis propter causas plurimas excluduntur, videtur quod quelibet talis mendicacio iniquitate participat, et quantum ad instancias factas contra ista argumenta per locum a simiali similitudine doceat obiciens primo similitudinem et det secundo claram racionem diversitatis, et sic rimabitur illis mendicantis.

They beg for ill got money.

Similiter, si tam instanter licet mendicare ab hominibus et specialiter divitibus, cum divites racione peccati atque iniurie prioris darent iniuste tribuendo fratribus aliena, videtur quod fratres excitant ut proximi peccent distribuendo aliena inprovide; sed cum talis consensus sit reputandus, perfecte videtur quod tota

10. Cod.: sibi mendicant. 11. Cod.: ambiguus. 18. Cod.: plus deest. 19. Cod.: mendicaret. 22. Cod.: alia. 25. Cod.: perficis. 30. Cod.: excluditur. 32. Cod.: a simili. 34. Cod.: $i^{s}$; ib. Cod.: mendica$^{is}$.

fratrum mendicacio ex sibi dubio sit iniusta, specialiter cum sine consciencia mendicant ab avaris divitibus, a publicis raptoribus et sine consciencia a quibuscunque de quibus se crediderunt plus lucrari; cum tamen secundum legem ecclesie rector non debet capere divicias a furibus et meretricibus vel quocunque lucro illicito bona fortune querentibus, videtur subterfugium si frater isti distribucioni consenserit et procurat.

They lead to unjust distribution.

Illa autem distribucio est culpabilis et iniqua, ergo distribucionem culpabilem et iniquam procurat. Et hoc videtur racio quare apostoli laborarunt manibus et non ad tales distribuciones illis ambiguas procurarunt. Si autem quisquis sit certus de dignitate sui quod dignum est et habeat illa bona, cum cognoscit quod Deus qui est suus dominus graciosus, illorum bonorum dominus capitalis, potest de illis gratis ablatis licenter accipere, sic tamen quod non procurat ad actum illicitum. Et hec racio quare Christus innuitive solomodo mendicavit, dans exemplum ut solum taliter mendicarent.

They say that unasked gifts would be insufficient to support them.

Si autem dicatur quod bona que sic gratis veniunt non sunt mendicis sufficiencia, videant mendici quod sua stulticia vel | (Fol. 274[a]) cupiditas non sit causa, ut puta, quod non in superfluo globo stulte se cumulent, quod mendicantes elemosinas non expendant inprovide vel quod minus inportune petant ab homine, quem debent supponere in distribucione talis mendicantis peccare. Et sic considerantes cuncta sollicite videbimus quod mendicacio est multis perplexitatibus de duplici nequicia involuta. Dubii quidem sumus vel verisimiliter credimus quod communitates pro quibus mendicatur vel aliquis earum sit Scarioth et sic sollicite nutrimus Antichristum atque diabolum. Ex parte autem personarum a quibus mendicatur ignoramus si mendicans seducit suum elemosinantem excitando eum ad opus per quod indisponitur, ut faciat iusticie complementum.

They want too much.

We are told we ought to help even the wicked.

Absit ergo quod fidelis talem artem perplexam intenderet vel foveret. Et per hoc patet responsio ad communem instanciam qua suadetur quod homo in casu nutrire debeat Antichristum atque diabolum, quia in casu nutrire debet et fovere in vite necessariis propter finalem necessitatem illum Petrum qui tunc, post et

1. Cod.: in ista spiritualiter. 12. Cod.: ambiguas quod. 21. Fol. 273a in m. inf.: cupiditas non sit causa. 24, 25. Cod.: quod meus. 27. Cod.: cunctis. 40, 41. Cod.: prope finalem.

This is false.

ante est Antichristus atque diabolus; ergo conclusio. Sed sic arguentes in probacione antecedentis deficiunt, cum non potest vel perfunctorie suadere quod aliquis debeat nunc sustentare hunc Petrum in vite necessariis, immo posito quod deficiat michi evidencia ipsum esse tunc Antichristum, prescitum sive diabolum, sed credam oppositum, peccatum quod prius feceram est in causa, et sic nutriendo ac fovendo illum Petrum in penam peccati prioris, facio contra Christum.

Et hinc est quod sapientes milites ecclesie exuunt se a corporali suffragio quo indigentes huiusmodi relevarent et habentes de tali suffragio non relevarent taliter indigentes, sed in casu posito inspiracionem consulerent Dei sui, cum aliter in penam peccati prioris facerent ut non debent.

We should be careful how we relieve a sturdy beggar.

Et hinc creditur mendicantes dispersos per patrias esse diabolos fidelium temptatores. Prescitus enim licet habuerit fratris habitum, importunissime pecierit elemosinam in mortali, predestinatus ipsum relevans facit ut sic, ut non debet. Ideo debet homo et specialiter a relevamine validi mendici de suffragio precavere, quia in casu quo in ultima necessitate voluerit relevare talem diabolum, si Deus determinat quod non noceat ultra ecclesie, in illo proposito peccat graviter contrarius beneplacito divino et utilitati ecclesie, et multo magis, quia relevat talem validum mendicantem, ideo stultum est quod simus ad relevacionem validorum talium nimis proni, et magis inconveniens quod ex istis infertur communiter est quod elemosinantes non excitentur ad fovendum huiusmodi mendicantes. Sed felix conclusio: Si enim debeo diligere inimicum, eciam prescitum atque diabolum, debeo cum paribus sibi benefacere, sed in casu beneficia tali prescito in ultima necessitate posito foret suffragii corporalis subtraccio, ergo in casu hoc sibi debeo; si enim ulterius vivendo et peccando gravius augeret sibi penam inferni, quis dubitat quin hoc faciens ipsum dampnificat elemosinare corporaliter aliquem? Et si obicitur: Per istam evidenciam non debeo facere corporalem alicui, patet quod non sequitur, sed plane quod non debeo elemosinare corporaliter aliquem nisi

God may intend him to do no more harm to the church.

1. Cod.: est Christus. 3. Cod.: profunctorie. 10, 11. Cod.: sexuunt se. 11. Cod.: indigentes habitus. 12. Cod.: non faca[ne] (?). 13. Cod.: positi. 30. Cod.: huius; modi deest. 31. Cod.: presciti. 39. corporalem; adde: elemosynam.

vel particulariter vel confuse mihi fuerit revelatum, quia debeo esse in gracia et in omnibus agibilibus meis spiritu Dei duci; in elemosina spirituali prestanciori elemosina corporali non est periculum; et planum est quod tenens hanc fidelem sentenciam non ero procurator placidus mendicanti, quia procurator talis improvidus sepe malefacit illi cui benefacere vult et nocet matri ecclesie; qui autem est mendicus ex impotencia quod Deus in ipsum intulit, populi malicia et fratrum nequicia est causa quare populus sufficienter tali in vite necessariis non providit, et sic illa clamorosa mendicacio ad minimum est a malo. Fratres autem arguunt ex mendicacione huius decepti in falsa consequenter et talibus illusionibus decipiunt activos ecclesie.

At best he takes what should go to the impotent.

## SERMO XXXIX.

*Omnes unanimes in oracione estote.* Iª Petri IIIº, 8.

Cum nemo salvabitur nisi dona Spiritus Sancti habuerit, nemo autem recipit hec dona nisi disposicionem priorem habeat, patet quod ad habendum hanc disposicionem viator sedule laboraret. Hec autem disposicio consistit in illo potissime quod viatores sint eiusdem intellectus et eiusdem affectus in Domino. Unde Act. IVº, 32 dicitur: *Multitudinis credencium erat cor unum et anima una.* Et ad illum sensum dicit Petrus quod *omnes debemus esse unanimes in oracione,* hoc est, unius intellectus quoad fidem credendam et unius affectus quoad retribucionem in oracionibus postulandam. Fides autem in oracionibus debet esse, quicquid iuste postulaverimus, si non ponamus obicem, Deus dabit; sed oportet cavere in talibus oracionibus quod petamus finalem beatitudinem vel alia que media sunt ad illam. Fol. 274b Ideo Joh. XVº dicitur: *Petite, ut gaudium | vestrum sit plenum, et accipietis.* Oportet secundo quod ad habendum petitum per vitam nostram meritoriam simus digni; et patet quod radicalis dignificacio in oracionibus ex predestinacione exoritur. Et oportet tercio quod petitum in oracionibus dignorum sit eis utile; unde Apostolus

We should pray only for bliss or the means to it.

We must live so as to be worthy to receive.

4. Cod.: planē. 5. Cod.: non ego procurator. 7. Cod.: vult deest. 8. Cod.: qui ante. 11. Cod.: clamosa. 35. Cod.: quod deest.

15. Dominica quinta post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 325. 32. Joh. XVI, 24.

quamvis ter rogavit Dominum quod ab eo discederet stimulus carnis sue, discessum tamen quia foret sibi inutilis non habebat. Et (ut breviter dicatur) quicquid aliquis a Domino postulaverit ab eo racionabiliter exhibendum, cum Deus sit veritas et racio prima, necessario obtinebit; et tunc solum petit in nomine verbi Dei. Unde Johannis XV°, 17: *Si quicquam pecieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quantumcunque ergo orans petitum non impetrat, sciat quod illud non petit in nomine Jesu Christi.

God will give whatever is good.

Debemus eciam in oracionibus esse eiusdem affectus, quia divino beneplacito conformari, quia aliter indebite diceremus peticionem terciam: *Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra;* et cum illa peticio Sancto Spiritui correspondet, patet quam multi non orant in illo spiritu, et sic multi intellectu et affectu contrarii localiter simul orant, sed propter contrarietatem spiritus non sunt plus quam canes bellantes in eodem saculo exauditi; per ista namque communiter oracio est confusa. Et eadem est consideracio si aliqua persona in oracione fuerit beneplacito Dei contraria.

Dispositions needed in those who pray.

Exequitur autem Petrus disposiciones necessarias oratori, ut necessarium est quod petens quidquam a Domino sit *compaciens* fratri suo (ut patet in parabola Christi de villico Matthei XXII°). Unde ad compacienciam viatoris requiritur in eo prudencia, ut compaciendo iniustis, dando pecuniam mendicis validis vel peccantibus in quocunque alio genere peccati. Requiritur primo compassio misericordie spiritualis, ut videlicet ab illo crimine quo gravatur spiritus liberetur. Et hinc sepe contingit quod talis compassio requirit subtraccionem possessionis quam possidet ita peccans; nemo enim debet multare aliquem, auferre ab eo aliquid nisi ex caritate et prudencia moveatur; et ad opera spiritualis misericordie plus quam ad opera corporalis misericordie debet prudens attendere, quia opera corporalis misericordie non sunt utilia nisi de quanto opera spiritualis misericordie presupponunt; nam notatis septem operibus corporalis misericordie patet quod ipsa per accidens sunt habitus, cum homo potest peccando in datarium

1. Mutual compassion.

2. Cod.: dissessum. 12. conformari; scilicet debemus. 20. aliqua; cod.: a' = autem. 26. ut; rectius nec compaciendo. 38. Cod.: nam nam.

13. Matth. VI, 10.

dare sibi cibaria et tegumenta; ideo nisi assint prudencia et virtutes alie regulantes, nichil valent. Sicut ergo membra eiusdem naturalis corporis compaciuntur ad invicem reciproce se iuvando, sic debet esse de membris ecclesie (ut patet Iª Cor. XIIº). Sic enim ferrent levius insultus hostis extrinseci ut comportantes ferunt pondus levius, licet quilibet ferat totum, et in mirabili inpercepto quando aliquis de militante ecclesia quantumcunque remotus ab alio apud Deum meruit, prodest et iuvat quemcunque de eadem ecclesia quantumcunque destiterit, et ista consideracio movet multos ad amplius promerendum.

2. Love of the brethren.

Secunda disposicio ad orandum est amor *fraternitatis;* et potest ostendi faciliter ex predictis. Quando enim multi simul orant vel vivunt, qui ut taliter bene orant, omnes se iuvant mutuo tamquam membra eiusdem corporis et levius ferunt pondus peccati quo ecclesia pregravatur; cum igitur iuvare membrum talibus sit precipuum opus misericordie et amoris indicium, patet quomodo unanimes in oracione debent esse tam *compacientes* quam *fraternitatis amatores*, nec solum debemus amare fratres in Domino sed fratres ordinum privatorum quos quidam vocant extravagantes elegios, quia in omnibus regnis et patriis quantumcunque discordibus vendicant ex patris sui licencia se licite evagare. Et cum princeps huius mundi vel Antichristus habet spissius tenentes in mundo quam habet dominus Jesus Christus, hii Antichristi disciputi habent ubique alimenta et tegumenta ex fratrum suorum consorcio. Et dicuntur elegii, quia ultra omnes alios legis divine consilia evangelica cum suis tradicionibus transmutarunt: ut dispensacio cum suis habitibus ac observanciis fictis quod non licet eis stare pro fide evangelii (ut liberi extra hos ordines) nec ea que apponuntur ut nos gratis comedere vel tegumenta (nisi de secta sua fuerint) instar Christi et apostolorum induere. Et sunt elegii principum terrenorum (ut supra tangitur), eo quod vendicant non subici suis regibus sed sine regnorum licencia spoliare suas provincias copiosius quam faciunt earum domini temporales. Homicidia autem corporalia sine sua impeticione dicuntur in suis domesticos com-

Friars are vagabonds and outlaws.

18. cum; cod.: cm̄. 21. Cod.: amores. Cf. I. Petri IIIº, 8. 30. In cod. perperam: ultra omnes alios nec legis divine ut consilia evangelica. Hic locus probabiliter corruptus est.

We ought to love them and hate their sins.

Friars and possessioners are the daughters of the horseleech.

mittere, sed omnino homicidia spiritualia per mendacia sua et scandala in ecclesiam militantem. Debemus tamen ipsos caritative diligere odiendo sua peccata et destruendo suas malicias quantum sufficimus, cum supponimus quod sicut Nichodemus phariseus sunt eorum singuli indurati. Istam autem cautelam videtur famulos Christi debere servare contra religiones privatas, ut, si sanguissuge due filie cantant *Affer, affer* Prov. XXX°, 15, fideles Christi re | cantent contra has filias: *Aufer, aufer*. Istam sanguissugam intelligunt quidam Antichristum sive diabolum, eius autem duas filias intelligunt duas religiones privatas possessionatorum et mendicancium; contra priorem filiam debent potentatus ecclesie per subtraccionem validam sue diutine elemosine recantare et contra secundam filiam debet eadem ecclesia sed populares precipue per subtraccionem prudentem sue date elemosine recantare. Nec dubium quin exequitatores prioris filie et limitatores secunde filie principalius dediscerant *Affer, affer*. Fol. 274c

3. Pitifulness.

4. Courtesy.

5. Humility.

Tercia autem, quarta et quinta disposicio hominum ad orandum est, ut sint *misericordes, modesti, humiles. Misericordes*, non solum compacientes miseriis fratrum in animo sed eciam corporale suffragium cum circumstanciis debitis tribuendo. Et hinc immediate annectitur quod in istis relevantes alios sint *modesti*, servantes modum et ordinem et non ipsos stulte ac improvide disrumpentes, sicut faciunt illi qui improvide ditant has duas filias sanguissuge; sed omnino spiritualis misericordia est notanda, cum quodammodo infinitum plus sit relevare peccato miserum a sua miseria quam miserum corpore, ut patet de Christo et apostolis qui ad hanc misericordiam principaliter intendebant. Iste autem binarius filiarum sanguissuge debet has tres species misericordie annotare, cum debent in animo misereri dupliciter egentibus et omnino egentibus terrenis diviciis quos ita spoliant; sed quoad terciam partem misericordie debent incipere ab anima propria misereri et sic progredi tribuendo, subtrahendo illusiones a populo quem seducunt. *Humiles* — humilitas autem debet esse quasi sigillum ad omnes disposiciones hominum

8. Cod.: ut sibi. 14. Cod.: sue diucie. 17. Cod.: dante. 21. Cod.: adorans. Cf. pag. 325, l. 13. 26. Cod.: modum ordinem. 30. Cod.: plus plus. 35. Cod.: egens.

21. I. Petri III, 8.

virtuosas, ut patet, videlicet ab elacione refrenati tribuant humiliter totam bonitatem suorum operum Deo suo.

6. Returning good for evil.

Sed sexta circumstancia oracionem bonificans et humilitatem declarans est quod iniuriatus in facto vel verbo *non* econtra *reddat malum pro malo vel maledictum pro maledicto sed e contrario benedicat;* Et illam regulam Petri que valet omnes regulas privatorum ordinum hee due filie sunt oblite, cum non sint alique gentes vel communitates in mundo plus vel crudelius tam verbo quam opere quantum sufficiunt vendicantes; sed in hoc simulant se prestare obsequium, quod in hoc defendunt suos sanctos ordines, sed ordinem sancte ecclesie quem Christus instituit ac suas regulas sunt obliti. Petrus enim convincit regulam istam ex operibus Christi, quem debemus tamquam necessariissimum prepositum imitari: *Christus*, inquit, *passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur* $I^{a}$ Petri $II^{o}$, 21, 23. Ecce quod Christus infinitum superans omnes privatos prepositos quem debemus singuli imitari in se servavit hanc regulam et voluit ipsam in singulis eius discipulis observari. Et hinc Petrus immediatus Christi vicarius superans hos omnes ordines doctrinam istam ingeminat. Nec dubium quin ista regula sufficeret plus privatos ordines regulare quam omnes sue private ille adinvente. Nunc enim magis attenditur et premium expectatur de observancia private regule quam regule Jesu Christi. Sed quid in collegio infideli blasphemius?

The orders are vindictive.

It is in blessing that we must possess our heritage.

Forma autem vocacionis ad Christi religionem et regulam stat in isto, *ut benedicendo* et benefaciendo eciam inimicis *possideamus hereditatem.* Cum triplex sit regula in ista materia, prima et infima est regula vel lex diaboli, ut ipse cum omnibus membris suis reddat regulariter malum pro bono; secunda lex mundi est ut reddat bonum pro bono et malum pro malo; sed tercia lex suprema que est celestis excedens hanc mediam est lex et secte sue reddens regulariter bonum pro malo. Licet autem Christus econtra reddat malum pene

4. Cod.: iniuritatus. 8. Cod.: obligate. 9. Cod.: mundo se. 10. Cod.: mendicantes. 33. In marg.: 1. 35. In marg.: 2. 36. In marg.: 3. 38. lex, adde: Christi.

5. I. Petri III, 8.

pro malo peccati, ipsa tamen pena est bonum iusticie personam perficiens cui datur. Si ergo volumus esse filii Dei et heredes Christi, oportet nos ipsum in vita et moribus imitari. Et istam regulam evangelicam studeremus et alias prophanas (cum ista sufficiat) taceremus. Nam Luce VI°, 35 scribitur: *Diligite inimicos vestros, benedicite maledicentibus vobis et orate pro calumniantibus vos*, pauci enim vel nulli de privatis ordinibus obligant se ipsos ad istam evangelicam religionem vel regulam, cum ipsa dimissa et contempta ad vanas religiosos sollicitant obligare.

We must refrain from foolish speaking.

Et cum secundum religionem Christi debemus benedicere et nolle maledicere, hortatur Petrus fideles de sua religione linguam a stultiloquio cohercere: *Qui*, inquit, *vult vitam diligere et videre dies bonos coherceat linguam suam a malo et labia sua, ne loquantur dolum;* ubi patet quod regula ista de Psalmo XXXIII°, 13 ac eciam textu Petri est prestancior quam omnes regule private vel observancie de silencio in privatis ordinibus obser | vando. In cuius signum professi in privatis ordinibus exeuntes in seculum plus elabuntur in peccato lingue quam seculares observantes religionem simplicem christianam. Qui, inquit propheta, vult habere vitam sine morte que est vita beata (dampnati enim appetunt mori et odiunt tam vitam propriam quam omnium aliorum, et dies boni sunt dies beatitudinis sine interrupcione noctis, una quidem dies in patria est propter multas lucencias multi dies perpetui), coherceat linguam suam publice, ne publice maledicat et labia sua ne machinentur iniurantibus malum in occulto.

Fol. 274[d]

By doing good we seek true peace.

Magis autem malum venit a lingua primo prohibita et malum superficietenus palliatum venit a labiis, et correspondenter qui in verbis refrenat hec duo crimina habet correspondenter hec duo bona superius memorata. Unde sequitur in textu prophete: *Declinet autem a malo et faciat bonum*, virtutes firmando et fundando, quia iste due sunt plene partes iusticie et regule christiane. Intus *querat pacem* tam intellectu quam affectu, quia in via absconditur, ut perfecte *sequatur eam* usque ad celum unde processit. Et patet quod prosequi non semper sonat in malum culpe; multi quidem perfunctorie que-

7. Cod.: *et orate* deest.

14. I. Petri III, 10. 35, 38, 39. I. Petri III, 11.

runt pacem sed non eam cum sufficienti violencia vel diligencia persequuntur, cuius impedimentum est quod non conformat se debite legi Christi. Hic autem *caro concupiscit adversus spiritum et econtra* (ut dicitur ad Gal. V°, 17), ideo vera pax primo comprehenditur in patria, licet hic cum magna violencia corporis sit secuta. Unde sancti qui illam pacem in via percipiunt in celestibus conversantur; nam *oculi dileccionis Domini diriguntur ad iustos*, et audit eos celeriter quoad ipsis utilia, *sed vultus indignacionis Domini super maliciosos*, ut perdat memoriam eorum de turba vivencium, ubi iusti scribuntur (Exodi XXII°).

The orders seek false worldly peace.

Et nota hic quod intus hec octo que narrat Psalmista per ordinem est miranda proprietas primi ad secundum et subtilitas commixionis quoad ordinem christianum, et cum omnis religio securitatem appetit (ut patet eciam de religionibus privatis que propter hunc finem conglobant et perpetuant sibi redditus atque ecclesias), mendici autem propter talem securitatem vecordem dicunt se mundum relinquere et sibi consocios qui de facto superfluunt congregare, utrique autem sibi edificant irreligiose domos superfluas tamquam castra, sed cum illis securitas primo debet esse ab extrinseco adquisita, patet illorum irregularitas, cum querant pacem in seculo, ubi non poterit inveniri.

Disturbance arises from th scramble for temporal things.

Et patet ex fide scripture quantum mundani et specialiter isti privati ordines sunt adversi. Omnes enim debemus pacem in Christo inquirere; ipse autem docuit inquisicionem istam in humilitate et virtutibus aliis ad intra incipere; religiosi autem revertentes hunc ordinem pacem Christi non inveniunt sed perturbacionem, et ipsi sunt qui magis perturbant ecclesiam, ut fuit in tempore Christi de sacerdotibus qui non tantum degenerarunt a regula legis Dei, ut faciunt nostri religiosi quos homines reputant sancciores. Nam inequa distribucio temporalium tamquam lapides ceresorum deiecti in pueros conturbat ecclesiam militantem. Sed quis conglobat vel rapit avidius hec temporalia quam faciunt iste secte? Christus autem (Johannis XIV°, 27) reliquit in religione sua et suis discipulis ordinem sue pacis

5. Cod.: Gal. IV°. 9. Cod.: quoad ad. 12. Recte XXXII°.
30. Cod.: rel$\overline{io}$. 34. Cod.: faciant. 36. Cod.: seresorum.

8. I. Petri III, 12.

et docuit formam contrarie habicionis sue et perfeccionis pacis sue: *Pacem*, inquit, *relinquo vobis, pacem meam do vobis;* et pro forma habendi hanc pacem subiungit, *non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Clerus autem conformatus seculo querit pacem seculi secundum formam dacionis mundi, et hinc invenire non poterit veram pacem; et audacter assero quod antequam iste ordo in clero destructus fuerit et ordo quem Christus instituit suscitatus, nunquam militabit ecclesia sine perturbacione notabili. Clerus enim qui debet esse ut cementum, coniungens laicos lapides Deo suo, multipliciter committit mendacia que sunt seminarium discordie diaboli; et quoad evangelizacionem subvertunt per fabulas et adinvenciones sacramentalium infundabiles legem Christi. Per hec ergo tria tam deordinate regnancia oportet veram pacem ab ecclesia exulare.

If we are followers of Christ, nothing will harm us.

Petrus autem assecurando viantes de securitate prospera vere pacis sic loquitur: *Quis*, inquit, *est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis?* Illi autem sunt boni emulatores qui directe sequuntur Christum ducem christiani exercitus et hortantur alios ad sequendum | . Sed Fol. 275[a] emulacio ista ad invidiam est perversa. Quis ergo est qui inordinate timeret pusillanimitate vel fatigaretur in consciencia, cum boni emulatores Christi sunt ut sic securi ab omni perturbacione nocente. Christus enim et precedit et sequitur et plene concomitatur suum exercitum. Confidens ergo de sua omnipotencia, omnisciencia, omnivolencia evadet securius per passus seculi erumpnosos. Totum autem periculum in viacione huius exercitus quod timeret attencius ad seculum stat in isto quod christiani sepe usque ad mortem variam a reprobis paciuntur.

Suffering for righteousness' sake is not harm.

Sed Petrus prudenter excludit istam instanciam. *Si quid*, inquit, *patimini propter iusticiam beati*, quasi diceret, ubi maior timor imminet secundum apparenciam mundanorum est maior securitas, cum inquirendo pacem intrinsecus in virtute et sic stabilita pace cum Domino, tunc quidquid viator patitur propter iusticiam non est nisi via florida directe et secure ducens ad beatitudinem. Et ex istis concludit Petrus quod in fide constantes

9. Cod.: suscitatus twice. 35. imminet; cod.: fuuēt. 39. Cod.: directa.

33. I. Petri III, 14.

*non timerent persecucionem* habitus mundanorum neque timorem ipsorum fidelium intrinsecum a mundo iniciendum, cum ipsum constanter excuterent. Quis rogo fidelis firmus in fide quod homo suus interior non potest interimi et quod Deus a premiacione constantis et virtuosi non potest deficere, timeret istas mundanas instancias? Ideo dicit Christus Matthei X°, 28: *Nolite*, inquit, *timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed pocius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in iehennam;* totus ergo timor fidelium debet in Christum colligi, ne ipsum offendat propter amissionem virtutum et lapsum in vicia. Quamvis autem timor naturalis in talibus insit, non tamen attingit ad timorem sensus et intellectus quo virtutes anime deprimuntur; talis enim dicitur conturbacio timidi in temperancia; sed *dominum Jesum Christum* qui est Deus et homo et dux nostri exercitus *sanctificate in cordibus vestris*, quod fit, cum ei constanter semper secundum fidem caritate formatam et indefectibiliter adheretis.

## SERMO XL.

*Quicunque baptizati sumus in Christo in morte ipsius baptizati sumus.* Rom. VI°, 3.

Baptism signifies the death of sin.

Cum quecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, patet quod ista historia de morte et resurreccione Christi est nobis ad sensum misticum fructuosa. Instruit enim nos secundum declaracionem Apostoli quomodo debemus vivere hic in via. Nam baptizacio qua baptizamur in Christo signat motus quomodo debemus ut sic mortificari viciis et ablui a peccato et aliter baptizacio foret frustra. Baptismus autem noster contrahit virtutem a morte Christi, cum aqua qua abluimur signat suam tribulacionem ab inicio sue passionis usque ad mortem suam inclusive. Inmersio vero in aquam signat nos sepeliri sum Christo quoad peccata mundi et sic mori peccato, et levacio de fonte signat tam Christi resurreccionem quam nostram qua in via

13. insit; cod.: misit. 32. Cod.: contrait.

21. Dominica sexta post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 328—329.

surgeremus ad novam vitam mundam a peccato sine interrupcione, sicut Christus resurrexit immortalis, nam ablutus in flumine surgit. Et patet extendenti verba temporis et admittenti predicacionem secundum habitudinem quomodo fideles rite baptizati et in Christo baptizantur in eius morte, quia in virtute mortis sue et eius similitudine spiritualiter baptizantur.

In baptism we are buried with Christ,

Et cum plene ac rite ad sensum misticum baptizantur, patet quod nedum ad sensum misticum cum Christo morimur, sed sepulti sumus cum ipso pro toto viacionis triduo in sepulcro. Sicut enim baptizati sensibiliter in aqua merguntur, sic ad hunc sensum misticum in sepulcro includimur et prius peccatis morimur. Ideo dicit Paulus: *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.* Et ita sicut Christus miraculose surrexit a mortuis, sic nostra levacio de fonte baptismatis figurat quomodo debemus pro perpetuo surgere a peccatis; ideo dicit Paulus quod *quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita et nos in novitate vite ambulemus.* Sicut enim Christus resurgens immortalis factus fuerat ex novitate docium novus homo, ita resurgens a peccato et mundus ac constans in via virtutum ambulans eciam dicitur novus homo. *Si enim* nos evulsi de terra mala per mortem Christi *complantati sumus* in terra flores et fructus virtutum per ordinem germinante, et hoc sine recidivacione, sicut Christus amplius non moritur, indubie simul erimus dotati gloria ad similitudinem resurreccionis Christi. Et patet patule sensus textus: *Si*, inquit, *complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurreccionis erimus.* Nam in lege veteri usque ad tempus incarnacionis Christi maledicta fuerat | terra hominis, Fol. 275b ut Gen. III°, 17 dicitur: *Maledicta terra in opere tuo,* sed in lege nova virtute incarnacionis Christi, terra humani generis fuerat benedicta. Si ergo in illa terra plantati fuerimus benediccionis Christi, participes tunc facti sumus per graciam simul vere mortis Christi. Nec dubium quin tunc erimus participes fructus resurreccionis.

and arise new men.

16. Cod.: bap$^{tis}$. 24, 25. Cod.: complati. 32. Cod.: maledicta sicut terra. 34. Cod.: Christi twice. 37. Cod.: simul ibi.

14. Rom. VI, 4. 29. ib. 5.

For this end the body of sin must be destroyed.

Sed oportet omnino ad istam innovacionem quod vetus consuetudo peccati corporis corrumpatur, ut tota peccatorum congeries destruatur; ideo dicit textus: *Scientes quod vetus homo noster crucifixus est, ut destruatur corpus peccati et ultra non serviamus peccato;* debemus quidem credere quod vetustas omnium quos Deus decrevit salvari fuit simul in crucifixione Christi destructa et sic quodammodo cum ipso moriente in patibulo crucifixa. Omnes enim tales salvandi habuerunt esse immortale propinquum in Deo pro tempore mortis Christi. Vocatur autem corpus peccati congeries peccatorum disparium specierum, ad cuius similitudinem dicitur corpus iuris. Exemplum autem a quo capitur ista nominacio est compaginacio corporis ethrogenii naturalis. Sed finis aut fructus quare Deus sic proposuit et taliter passus est fuit ut *ultra non serviamus peccato* sed integremus perfecto in nostro ordine regnum Dei.

To be dead to sin is to be freed from its power.

Et ve illi qui illud propositum aut istam passionem frustraverit vel impedierit retardando. Qui enim habet omnia membra laxata ad prone peccandum non habet veterem hominem crucifixum vel membra illis ligata aut astricta per amorem crucis Domini, sed evagatur aliter quam spiritualiter crucifixus, et cum illis spiritualis crucifixus est magni precii, cum dicat Apostolus: *Qui mortuus est, iustificatus a peccato;* sensus enim scripture videtur intendere quod homo mortuus est rei signate, ut peccato, mundo vel rei alteri, quando illo prius regnante in illo post extinguitur. Et patet proposicio, cum peccatum deserere sit iustificari ab illo; et patet ultra, quod *si mortui sumus cum Christo* ad sensum expositum scilicet peccatis mortui et sepulti baptismo proporcionaliter ad Christum et resurrexerimus modo dicto, *credimus quod vivemus* proporcionabiliter *cum eo* hic per tempus modicum; sicut Christus post per assensionem clarificatus est in dextra patris celestis, sic post finale iudicium corregnabimus in eternum. Morte autem baptismi virtute mortis Domini destruitur totum corpus peccati tam originalis quam actualis,

10. in Deo(?); cod.: mdō. 14. Cod.: ethremoii, ct. De Eccl., pag. 104. 19. Cod.: proponitur. 26, 27. Cod.: sensus in scripture. 28, 29. Cod.: illis prius. 29. Cod.: in illo ex post. Hic locus corruptus esse videtur.

4. Rom. VI, 6. 26. ib. 7. 36. ib. 8

mortalis vel venialis, sicut et pena saltem sparsim pro suo tempore, et sic granum frumenti tamquam mortuum fructificat novus homo ad imitacionem Christi fructus virtutum destructa pelle contracta ex veteri Adam.

Christ is eternally dead to sin.

Iste autem cursus paulative procedens ponit finaliter gloriam tam corpori quam anime. Ordo autem huius patet quodammodo in figura, cum *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur*, scilicet ab instanti resurreccionis usque in eternum *nec mors sibi dominabitur* ultra angustias animam suam ut prius, et proporcionabiliter debet esse de christianis singulis imitantibus hanc figuram. Quod autem Christus mortuus est peccato, *mortuus est semel*, quia sicut solum una vice mortuus est corporaliter pro toto peccato mundi tollendo, cum illud in tanto sacerdote sufficiat, sicut sibi sufficit *semel introisse in sancta* pro magno anno mundi (ut patet ad Hebreos IX°); sic eternaliter mortuus est peccato, cum nunquam peccare potuit sicut nec mori divinitus. Imitemur ergo hunc ducem et sacerdotem magnum, quantum sufficimus. Et propter has causas non iteratur baptismus morte Domini figuratus.

Quod autem Christus vivit vel vita deifica vel humana, *vivit Deo*, quia ad honorem et beneplacitum Dei patris. Et ita cuncti viantes debent existimare se esse peccato mortuos et pure ac integre vivos; et ita quamvis moralizari poterit totus textus Genesis et Exodi cum tota scripture historia, sufficit tamen a sanctorum limitibus contentari; credimus enim in omnibus istis Spiritum Sanctum virtutis medium attigisse, sic quod ulterior expressio fuisset ad onus ecclesie; et hinc multi ne in exposicionibus excedant virtutis medium, scientes quod scriptura sua non ligat alios, intendentes practice de quanto supponunt eis proficere, contentantur.

The Apostle will not have evil done that good may come.

Et nota quod pseudo imposuerunt Apostolo sequi ex dictis suis hominem debere peccare, ut gracia habundet; ideo illud removet dicens: *Absit* non per se sed per accidens, et indirecte evenit bonum ex malo et communiter non illi qui fecit malum sed alii sue speciei. Sic enim occasione accepta ex bona lege et aliis multis eveniunt multa mala; ideo non sequitur: Si ex hoc

16. pro magno anno; cod.: pro mag° a'. 27. Cod.: ad sanctorum.

7. Rom. VI, 9. 13, 23. ib. 10 17. Hebr. IX, 12, 25. 36. Rom. VI, 15.

evenit bonum, quod illud sit racionabiliter faciendum, sicut non sequitur: Si ex hoc evenit malum, quod hoc non sit faciendum; ideo absit quod credatur infidelium reportatorum argucie, si ubi habundavit delictum superhabundavit et gracia, tunc si plus habundasset et gracia; ista enim est argucia gulosorum et in omni genere peccancium dampnandorum.

It is said that the sinner only fulfils God's will in sinning.

Sed est difficultas ulterior, utrum aliquis peccare debeat supposito quod omnia que evenient | Fol. 275c de necessitate evenient et quod peccata multa prosint per accidens et quod de tanto sint bona et de Dei beneplacito ipsa esse; et videtur quod, sicut peccata sunt bona et de Dei beneplacito ipsa esse, sic peccator debet facere ipsa esse, et cum idem sit peccatum facere esse et peccare, videtur quod peccator debet peccare.

Item, peccator necessitatur a Deo peccare, sed nemo necessitatur a Deo ad aliud vel modum aliquem nisi quod Deus vult fieri et facientem illud facere, ergo peccare debet peccator et peccatum facere.

Item, sicut peccatum est bonum ac proficit, sic illud bonum debet fieri ac perficere et per consequens peccator debet faciendo taliter prodesse ecclesie. Multe tales sunt raciones logice in quibus tam communiores quam subtiliores theologici occupantur.

We cannot admit such a conclusion.

Sed supposita veritate triplicis assumpti, videtur nimis grave illa que inferuntur concedere, cum tunc videtur quod nemo possit facere nisi faciendo Dei beneplacitum, sicut debet, cum nemo possit peccare nisi Deus eternaliter ordinaverit et necessitaverit quod sic peccet; quomodo ergo est peccator propter hoc quod sic facit Dei beneplacitum increpandus? Tolleretur ergo omne peccatum et pena vel increpancia pro peccato, et tolleretur vel blasphemaretur divinum iudicium et maior pars scripture inficeretur, cum deficeret gloria vel exposicio sibi danda. Ideo sepe dixi alias quod peccatum est bonum, quia *felix culpa* est necessaria pro fine inde per accidens consequente et de tanto est de Dei beneplacito.

Sed dupliciter potest intelligi esse peccati, scilicet esse primum et esse secundum; esse primum peccato

19. Cod.: peccare debet et peccator peccatum. 36. Cod.: felix culpatur necessaria. Cf. Trialogum, pag. 141.

40. Cf. Trialogum, pag. 141, 142.

Sin in its nature is only a defect, but it may profit by accident.

deficit, cum sit defectus vel deesse et sic quoad illud peccatum est sine esse cum loco eius habet deesse. Esse vero secundum peccati est ipsum peccatum per accidens prodesse, et sic Deus non possit permittere deesse primum peccato inesse, nisi prodesse secundum sibi infuerit, quia malum non potest esse nisi fundetur in bono. Et ita negetur quod homo debet peccare, et sic de multis similibus, licet peccatum perpetratum debet proficere; et sicut non est color quod homo debet peccare, si debet dampnari, cum antecedens sit iniustum et consequens pure iustum, ita non sequitur: Si peccatum meum debet proficere quod debeo sic peccare atque proficere. Et ita de multis similibus que solverent mediate primum peccati quod est deficere.

Only God can bring about such profit.

Ad primum argumentum negetur assumptum, cum Deo sit proprium facere peccata proficere et de tanto facere ea esse non quoad esse suum primum, quod est ipsa deficere, quia tunc faceret quod homo peccet (quod videtur esse blasphemum), sed facit quod cum homo peccaverit illud prosit, et sic mirabili modo Deo est proprium facere peccata esse, quia quoad esse suum secundum, eo quod non potest peccare, sicut soli sibi convenit facere peccata proficere. Creatura autem peccabilis non debet facere peccata esse, quia tunc foret culpabilis, blaspheme sibi assumens quod Deo est proprium. Peccatum autem non est nisi equivoce. Ideo oportet secundum quandam penuriam modum loquendi in ista materia acceptare; nam loqui de peccato est simile locucioni in materia insolubilium, cum peccatum sit insolubile maximum.

God does not necessitate to sin, but to the positive being which produces sin.

Quantum ad secundum argumentum negavi quondam assumptum, concedendo quod peccator ex sua mala consuetudine et peccati detencione necessitatur peccare, sed tamen Deus non vult ipsum peccare nec a Deo necessitatur, nec Deus ipsum necessitat ad peccandum, verumptamen Deus ipsum necessitat ad esse positivum quod produxerit peccatum; peccatum enim intellectum formaliter non est aliquid positivum, cum Johannis I°, 3 vere dicit Evangelista: *Omnia per ipsum facta sunt;* peccatum non includitur sed excluditur, cum ipsum

2. Cod.: eius twice. 7. Cod.: sic deest. 13. Cod.: solvarent. 14. mediate (?); cod.: me^e; rectius inēe = inesse.

31. Cf. Trialogum, pag 141, 142.

communiter dicitur fieri sine Deo, hoc est, sine hoc quod Deus velit ipsum fieri. Et si obicitur quod Deus, volendo antecedens cuiuscunque, vult et ipsum consequens, et si vult unum convertibilium, vult et reliquum; Deus ergo volens illam consuetudinem vel causam primam que necessitat ad peccandum vult et consequens illatum scilicet quod peccetur.

God does not will sin, but wills the good that comes of it.

Ad illud dixi negando illam magnam consequenciam et loquendo de consequencia ex parte rei, concedendo assumptum, cum Deus vult illam consuetudinem, sive sit peccatum sive passio peccati, et vult suum consequens scilicet peccatum, et tamen non vult quod peccetur, cum non vult quod peccatum deformet subiectum quoad esse primum peccati, sed vult quod informet ad creature profectum quoad esse secundum peccati; et ultra conceditur quoad multorum convertibilium Deus vult unum quoad esse suum primum, ut secundum Augustinum bene sequitur, si homo peccet, punitur pro peccato et de illis convertibilibus beneplacitum est Deo de esse primo secundi et non de esse primo priorum, et ita est de multis passionibus peccati et ipso peccato cum eius convertibilibus.

Ad tercium negatur assumptum, cum peccatum debet esse bonum atque proficere, cum hoc sit de Dei ordine, sed Deus non ordinat quod peccatum fiat vel debet fieri, verumptamen debet proficere, sicut homo laudando Deum debet ut sic de eo gaudere; nemo tamen debet gaudere de hoc quod quis peccet, sed quod de peccato ex Dei gracia profectus provenit. Et ita non sequitur quod peccator debet peccando prodesse ecclesie, quia Fol. 275d tunc deberet | obesse ecclesie et ipsam culpabiliter deturpare. Quod ego non audeo affirmare, licet multi et magni illud asserant inpetentes super dictis quod esse secundum peccati non dicitur nisi peccatum habuerit aliquod esse primum nec peccatum ita debile . . . . potest quicquam facere nisi in virtute Dei et sic de multis instanciis. Sed fateor quoad primum quod esse secundum peccati dicitur equivoce quoad esse primum, sicut illud dicitur equivoce esse, intelligendo per esse

Sin has properly no being.

16. Cod.: quod multorum; ib. enim quoad. 22. Cod.: eis convertibilis (ↄu'ł). 35. debile; codex: debilis; sequitur lacuna.

17. S. Aug. Contra Faustum Opp. vol. VIII, 435.

deficere, nec aliter video quomodo possemus in ista materia balbutire. Et secundo videtur probabiliter quod peccatum facit profectus ecclesie in virtute Dei, et tamen ipsum non habet ydeam in Deo nec esse aliquod sed habet deesse in subiecto peccabili. Et tamen oportet nos ex fide scripture Joh. VIII°, 34 credere quod *omnis qui facit peccatum servus est peccati*, et quod peccatum habet multas leges et multas subtiles ac laudabiles passiones.

Christ did not beg.

Et ex ista consideracione potest fidelis respondere ad argucias quibus suadetur quod Christus vocabiliter mendicavit. Si (inquiunt) mendicare sit egenum bona fortune sine titulo mundani debiti pro suo relevamine postulare, cum Christus fit egenus et sic postulavit pro suo relevamine bona huiusmodi, sequitur quod taliter mendicavit. Quando autem quesivit a muliere Samaritana aquam, quando dixit Zacheo: *Festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere*, et sic de similibus, videtur quod de vescibilibus pro suo relevamine sine titulo mundani debiti suffragium postulavit et per consequens mendicavit. Unde cum Christus habuit racionem multiplicem preter titulum mundani debiti, videlicet racionem divinitatis secundum quam est dominus omnium circa ipsum, racionem status innocencie et existencie in plena gracia secundum quas est dominus omnium; petat ergo Christus vel membrum eius temporalia pro suo suffragio secundum racionem huius excluso titulo secularis dominii. Et tunc ex descripcione sequitur quod mendicat.

Meaning of preposition 'pro'

Ad ista dubitatur quod theologus non debet onerare ecclesiam diffusis sermonibus sed antiquas linguas prudenter onerare multis sentenciis. Secundum ergo antiquam grammaticam philosophorum, iuristarum, theologorum ista preposicio *pro* cum suo casuali signat circumstanciam per se cause extrinsece ut efficientis vel finalis. Sic enim dicunt iuriste quod homo non excommunicat quemquam pro aliquo nisi ipse sit per se et completa causa excommunicacionis huiusmodi. Et sic in evangelio Johannis IV°, 42 *dixerunt Samaritani*

7. Cod.: peccatus. 28. Cod.: secularics. 37. Cod.: ipsum. 38. huiusmodi; cod. (hic et passim hī' = habitus).

17. Lucae XIX, 5.

*mulieri* instructe a Christo: *Jam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundi;* ubi notum est quod loquela Samaritane fuit causa parcialis atque per accidens fidei populi inductiva, quia cum assistencia et eloquencia Christi fuit principalis causa huius fidei; ideo antecedencia notantes pro causa tacent priorem, et sepe alibi in scriptura illud quod homo diligit solum in ordine ad finem maiorem diligendum dicitur non diligere sed odire.

Istis notatis patet quod illa particula *pro suo relevamine* signat circumstanciam per se cause finalis et per consequens connotat racionem elemosine sive misericordie in donante, quia cum isti termini *misericordia* et *elemosina* sunt termini analogi satis ambigui, ideo videtur multis quod in descripcione huiusmodi sunt tacendi.

Christ begged innuitively but not clamorously.

Ad primum sepe concessa est conclusio, loquendo de mendicacione innuitiva et de mendicacione facta Deo patri, sed limitatum est ad mendicacionem clamorosam factam homini. Et taliter non est fundabile quod Dominus mendicavit, quia semper tacuit taliter postulare, docens discipulos et ypocritas sequentes non esse taliter nutriendos.

His chief purpose being the good of the person whom He asked.

Et quantum ad confirmacionem duplicem consequentem, patet quod Christus non potuit pro suo relevamine secundum titulum misericordie ab una persona petere ista bona sed pocius pro spirituali relevamine personarum a quibus taliter postulavit. Unde (ut sepe dixi) non est color si Dominus petit potum vel aliud bonum suum a ministro suo quod propterea mendicat ab illo, quia deest racio mendicandi vel postulandi.

An act may have two purposes.

Et si obicitur quod Christus quandocunque innuitive mendicavit ab homine, postulavit pro donantis relevamine non pro suo, patet quod falsum assumitur, cum sicut Christus sit egenus, inops atque esuriens, sic voluit et indiguit relevari. Hoc tamen non repugnat sed consonat quod Christus voluit datarios per meritum spiritualiter relevari, cum Christus sit compendiosissimus operator, nec est inconveniens sed racioni consonum

6. huius; cod.: hī'; ib. fuit twice. 6, 7. antecedencia; cod.: aīa = anima. 9. maiorem; cod.: a$^{m}$. 11. Cod.: particularia. 14. Cod.: misericordi. 23, 24. Cod.: non est taliter.

quod idem causatum habeat plurimos per se fines, ut innuicio qua Christus innuebat devotis suam egenciam, habuit suam relevacionem corporalem et relevacionem spiritualem fidelium qui sibi temporalia donaverunt.

As lord of all things Christ could not beg.

Et quantum ad tercium patet quod est summe impossibile quod Christus sic petat temporalia pro suo relevamine secundum racionem status innocencie vel existencie sue in gracia, quia tunc diceret quod illa racio competeret suo relevamini et per consequens (in quantum est innocens et sic in gracia) quod est summe impossibile, quia racio utriusque status in sua perfeccione pocius excludit talem | egenciam. Ideo Christus postulavit sic innuitive secundum racionem qua assumpsit nostram miseriam et non secundum racionem sui dominii, licet ipsa racio necessario fuerit comitata.

Fol. 276a

As such He might and often did command.

Et patet quod repugnat aliquem recte postulare pro suo relevamine sine egencia secundum racionem qua est dominus postulati. Christus tamen extendendo suum dominium sepe peciit secundum modum dominandi, ut patet de asina et pullo eius, de Zacheo et similibus. Et si dicatur quod limitator, cum postulat pro suo conventu, non mendicat, patet quod non sequitur, cum pro egencia sui sic postulat, licet aliud stulcius sit secutum; et nota quod sicut mendicacio in sua analogia sumitur licet equivoce pro mendicacione licita atque illicita, mendicacio autem proprie dicta et unita ad descripcionem huiusmodi solum sumitur pro mendicacione solum licita. Ex quibus videtur quod mendicacio fratrum non est mendicacio sed sophisticacio ypocritica et rapina. Ad veram quidem mendicacionem oportet, primo quod persona mendicans primo egeat postulato, quod tam in limitatore quam in suo capitulo sepe fallit; oportet secundo quod secundum veram racionem petat pro suo relevamine quod eciam sepe fallit; ideo dicunt quidam quod mendicacio fratrum est fantastica ypocrisis falsius simulata. Nec obest quod clamorosa mendicacio sit licita, cum necessitatus eventu celesti egere et carere potencia se ipsum de labore necessario adiuvandi potest in penam peccati fratrum qui prevenirent et sepelirent eius egenciam clamorosam et licite mendicare.

2. Cod.: egencia. 39. potest: cod : pt.

## SERMO XLI.

*Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre.* Rom. VI°, 19.

How to avoid great sins.

Ista epistola docet media et medicinas per que peccata carnalia et grossa debeant evitari. Incipit ergo Apostolus ut prudens medicus quomodo debet carnalibus apponere medicinam: *Humanum*, inquit, *dico propter infirmitatem carnis vestre.* Humanum, id est, sentencia plana et utilis auditorio tali conveniens quam predicator vel curator debet in tali populo seminare. Prudencia enim prelati huius stat in hoc quod aptat semen et medicinam populo, ut sibi plus congruit ad salutem. Quid enim valet predicare rudi populo subtilitates Trinitatis increate? Revera idem videtur esse ac si quis seminaret frumentum in lapides vel terram sterilem et incultam. Et ista videtur Christi sentencia Matthei VII°, 6: *Nolite sanctum dare canibus neque spargere margaritas inter porcos.* Illi enim sanctum dant canibus qui predicant evangelium induratis in crimine et pronis ad recidivacionem tamquam canis qui redit ad vomitum; illi enim spargunt margaritas inter porcos qui subtiles veritates constantes et lucidas instanter predicant carnalibus voluptariis et tardis ingenii. Tales enim debent per exempla sensibilia manuduci. Istam autem formam generaliter prosequitur sanctus Paulus inculcans tacite subtilitates altissimas quas non sufficit comprehendere totus mundus.

Atonement for past disobedience lies in service to God.

Exemplum autem manuducens fideles rudissimos, quomodo prius viventes in petulancia debent facere Deo restitucionem in serviendo sibi debite, stat in isto quod sensibiliter cognoscunt proximum eis iniuriantem debere eis satisfacere recompensam. Ergo per locum a maiori qui iniuriatur supremo domino ita debet. Cum ergo ex fide dedit Deus omnia membra et quecunque naturalia istis hominibus ut ex integro sibi serviant, manifestum est quod petulanter declinant, serviendo carni,

9. auditorio; cod.: aucto₀. 19, 20. residivacionem in cod. 23. voluptariis; cod.: volup^as (sic); fortasse legendum; hominibus in carnalibus voluptatibus (for fleishly lustis that thei have, Sermons l. c.); ib.: tardi. 28. Cod.: exemplum autem quod. 30. stat in isto; cod.: statim isti. 36. Cod.: petulant declinans. Hic locus corruptus. Aliquot verba exidisse videntur.

1. Dominica septima post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 330—331.

mundo vel diabolo, Dei servicium omittendo, te facere recompensam. Sed quomodo rogo restitueret nisi eadem membra diligencius de cetero in Dei servicio manciparet? Hoc autem totum non sufficeret nisi immensitas divine gracie mediaret, quia quantumcunque in futurum faceret dona, posterius plus requirunt. Unde ergo de iusticia subducta misericordia insurgeret satisfaccio pro peccato? Ideo dicit textus alludens diem misericordie et satisfaccioni congrue et non condigne: *Sicut*, inquit, *exhibuistis membra servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra vestra servire iusticie in sanctificacionem.* Ille autem exhibet membra sua, ut serviat iniquitati qui movet ea ut peccet, quia ut sic tam homo quam membrum suum servit peccato ac iniquitati ad iniquitatem sive principium iniquitatis quod est diabolus. Econtra autem exhibet membra sua servire qui ea aptat ut debite serviat Deo suo; cuius aptacionis terminus intrinsecus est quod homo sit sanctificatus.

The service of God cannot coexist with the service of sin.

Movet autem ad istam communicacionem tam finis intrinsecus quam finis extrinsecus; pro quo declarando capit Apostolus: *Cum*, inquit, *servi essetis peccati, liberi fuistis iusticie.* Homo enim est servus peccati, quando peccatum dominatur in ipso, inclinando atque necessitando ipsum | (Fol. 276b) ad serviendum sibi atque diabolo. Cum enim necessitatur servire carni, mundo atque diabolo, ubi subiectis istis serviret libere Deo suo? adicitur maxime servituti, et de quanto consuetudo mala vel peccati gravitas magis obligat de tanto servilius obligatur. Tunc autem dicitur homo liber iusticie, quando nichil sibi et iusticie propter extraneacionem et confederacionem cum iniusticia. Tunc enim iusticia sua non obligat eum ad aliter serviendum, quia non est iustus, iustus autem de quanto est iustior de tanto plus iusticie obligatur. Et patet modus loquendi de predicacione danti sextuplici in epistola precedente.

The service of sin is unfruitful.

Status autem talis vane libertatis patet ex vanitate fructus laudabilis. Ideo dicit textus: *Quem ergo fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis?* cum (inquit) debet credi sano iudicio et non corrupto, ut febricitans non sane iudicat de sapore, patet quod facti virtuosi

1. te facere; ita cod.; satisfacere? 11. Cod.: exhibente. 32. Cod.: est iustus autem. 35. Cod.: sextiplici.

9. Rom. VI, 19. 21. ib. 20. 37. ib. 21.

et in moribus maturati erubescentes de statu priori illum iudicant fuisse putridum et iniquum. Fructus autem eius non est nisi momentanea et pruriginosa delectacio ad quam laniato interiore homine consequitur tristicia dolorosa. Finis autem huius libertatis est mors penalis in via et ipsa usque ad mortem continuata consequitur mors eterna. Finis autem alterius libertatis qua homo fit liber a peccato consequitur in hoc mundo parva tristicia et dolor sensus cum mentis gaudio sed post mortem vita perpetua et beata. Ideo dicit textus: *Nam*, inquit, *finis illorum mors est; nunc autem liberati a peccato, servi autem facti Deo habetis fructum in sanctificacionem, finem vero vitam eternam.* Nam continuantes in virtutibus ex hoc sanctificantur, id est, firmantur in moribus hic in via, et perseverantes usque ad finem beatitudine perpetua premiantur. Exemplum illud Apostoli est satis rude secularibus et quantumcunque sciolo est subtile. Nam secundum beatum Jacobum agricultor laborat anxie pro seminacione suorum seminum in aura frigida, sed cum gaudio eorum fructus colligit, si copiosi et boni fuerint in estate; correspondenter est de bonis fructibus supradictis, ut Psalm. CXXV°, 6: *Euntes ibant et flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultacione portantes manipulos suos.* Quid dubium quin ista experimentalis sentencia manuducit valde rudes ad Deo debite serviendum? Sed latet mira subtilitas quomodo qui seminant in lacrimis in exultacione metent et quomodo fructus temporalis et fructus anime mistice correspondet. Nec dubium quin fines extrinseci sequentes ex istis fructibus variantur, cum finis servitutis peccati sit ipse diabolus et finis servitutis iusticie verus Deus. Non enim possunt inesse isti fines intrinseci nisi isti fines extrinseci statim assint.

The fruit of God's service is perpetual bliss.

Sed quantum ad fines intrinsecos dicit textus: *Stipendia peccati, mors; gracia Dei, vita eterna, in Christo Jesu domino.* Sicut enim omnes servi diaboli usque ad mortem habent pro stipendio intrinseco mortem perpetuam, ita habent pro stipendio suo extrinseco obiective ipsum diabolum; nam Apoc. VI°, 8 scribitur: *Ecce*

1. Cod.: et in moribus twice. 11. Cod.: nunc inquit. 15. hic; cod.: huius modi. 24, 25. Quid dubium; cod.: quin dubium. 29. Recte: correspondent. 32. Cod.: potest possunt.

11. Rom. VI, 21, 22. 18. Jacobi V, 7. 34. Rom. VI, 23.

*equus pallidus et qui sedebat super eum, nomen illi mors et infernus sequebatur eum.* Sanguissuga enim facit servos suos pallidos et exsangues; ideo non mirum si equus diabolus qui est mors mentis extrinseca sit pallidus. Infernus autem cum omnibus circumstanciis dampnacionis perpetue sequitur istos servos. Sed finis intrinsecus servorum iusticie est gracia consummata que est vita eterna et finis eius extrinsecus est dominus Jesus Christus. Ideo dicit textus: *Gracia Dei vita eterna.* Nec video multum differre sive gracia intelligatur nominative sive eciam ablative, utrobique autem est beatitudinis causa extrinseca obiectiva verbum Dei divinitus atque humanitus. Ipsum enim terminabit secundum quietacionem perpetuam tam sensum beati quam intellectum, quia Joh. XVII°, 3 scribitur: *Hec est vita eterna ut cognoscant te et quem misisti Jesum Christum.* A fructibus ergo et finibus istorum statuum cognoscetis eos. Et sunt in progressu condicionis opposite, cum servitus Dei invalescit in delectacione, et hoc tanto plus apparet de quanto quis est acucioris iudicii. Et habet (ut sepe dicitur) finem vitam eternam et in toto econtra est de innaturali servitute peccati, cum omnes regule scripture religionem sapiant et de religione ut fundamento est maior contencio. Ideo de ipsa (ut sepe superius) erit sermo.

Various meanings of religion; 1. the truth that teaches us how to serve God.

Sed quia ex fide scripture supponi debet quomodo *si est* religio et quomodo *quid est* ex secundo Posteriorum immediate ad illam consequitur, ideo circa illam questionem est paululum immorandum, capiendo inprimis quod nomen religionis est satis equivocum. Aliquando enim accipitur religio pro veritate directiva hominum, ut debite serviant Deo suo et aliquando pro actu a religione huiusmodi procedente sed tercio materialiter pro ipsis religiosis taliter inclinatis. Religiones autem vane cuiusmodi sunt omnes nec explicite nec implicite fundabiles in scriptura non sunt religiones nisi forte nominetenus et valde equivoce. Religionem autem veram distinxi sepius in religionem christianam | communem et religionem privatam. Religionem communem christianam vocavi religionem quam omnis fidelis debet sub pena amissionis beatitudinis observare, et illa in-

2. The acts springing from that truth.

3. The people who do them.

Fol. 276c

26. In marg.: Dubium. 30. In marg.: 1. 32. Cod.: de suo; ib. in marg.: 2. 33. huiusmodi; cod.: hi'; ib. in marg.: 4. 34. Cod.: religiosos.

tellecta primo modo est lex mandatorum Domini, sed intellecta secundo modo est vel actualis complecio huius mandatorum vel universalis observancia sine prevaricacione in aliquo individuo legis Dei; et sic quicunque habuerit plenam observanciam cuiuscunque mandati Domini, habet individuum illius legis communis, et per consequens illam legem. Et ab ista religione, cum sit dupliciter intellecta, dicuntur viri religiosi, viri Judei, ex nacione primaria et ex omni nacione in qua dispersi fuerant terras alios incolentes (ut patet Act. I°); et probabiliter supponitur quod illi viri religiosi servaverunt longe perfeccius religionem simplicem christianam quam alii Judei qui pro suo perpetuo habitaverunt in Judea. Et ad illum sensum dicitur Cornelius miles *vir religiosus* (Act. X°, 2) cum multis aliis, cuiuscunque laudabilis status fuerit, dum perfecte observaverit legem Christi.

The dispersed Jews kept religion purer than those who stayed in Judaea.

Sed circa descripcionem religionis private est magna contencio, eo specialiter quod religiosi privati vel nesciunt vel non audent religionem illam describere vel illam in limitibus suis detegere sed more fluminis instabilis volunt ad novam religionem noviter addere vel subtrahere, licet dicunt in verbis quod non obstante illa variacione manet continue religio eadem in numero; sed oportet eos limitare sensum religionis de qua tamen mirabiliter sunt locuti. Dixi autem quondam quod privata religio est parti ecclesie propria, religioni Christi superaddita a suis patronis sequentibus, et ritibus adinventis individuata.

Private religions refuse to describe their religion because they wish freedom to add to it.

Sed illud dictum intelligi potest multipliciter, primo quod religio privata sit date leges vel regule que omnes prius erant in scriptura implicite sed per patronos posterius expressate, et similiter iuxta significacionem secundam et terciam religionis est de religione privata proporcionabiliter senciendum, et solum talem religionem privatam sencio ego esse laudabilem.

Private religion is laudable so far as it only makes clear the sense of scripture,

Secundo vero modo potest intelligi privata religio aggregatum ex talibus regulis et observanciis culpabilibus quas religiosi dati affeccione indebita observant. Et sic intelliguntur omnes private religiones hodie in ecclesia

but nowadays it means adding unauthorized rules.

1. primo modo twice. 5. Cod.: mandati deest. 10. Cod.: incolantes. 17. In marg.: De religione privata. 18. Cod.: quo. 29. In marg.: 1. 36. In marg.: 2.

17. Cf. Wyclif, De Religione Privata, Pol. Works II, 491—536. 26. ib. pag. 502.

transcurrentes. Ille autem dicuntur religiones equivoce, cum omnes sint vane propter peccatum inseparabiliter sapientes.

*How the religious justify their additions.*

Et quantum ad incorporacionem illorum modorum vivendi in religionibus huiusmodi non est finis, ut aliqui incorporant in religionem suam unum ritum vel modum vivendi qui vel est vanus vel impertinens religioni christiane, et alii incorporant alium sic quod ex eadem religione communi privata pullulant quelibet religiones vane peccatum inseparabiliter sapientes. Nituntur ergo religiosi privati stabilire suam religionem secundo modo dictam, primo tollendo instancias contra illam. Nam assumptum est sepius quod religio communis christiana per se sufficit aliam explicare. Primo (inquiunt) quod illud non sequitur et quia deficit eis viva racio ad hoc improbandum, induunt habitum simialem; per idem (inquiunt) sequitur quod, cum sufficit ad salutem hominis servare tria mandata prime tabule, sequitur quod alia septem mandata superfluunt omnino. Sed caveant isti blasphemi quod non credant tradiciones suas adiectas equivalere septem mandatis secunde tabule, quia tunc cum paribus forent Deus. Omnia autem mandata secunde tabule includuntur in tribus mandatis prime tabule et econtra, sic quod omnia decem mandata dicuntur; convertibiliter ad subsistendi consequenciam quorumcunque sic ex mandatis negativis sequuntur mandata affirmativa et econtra. Ideo dicit Jacobus quod *qui offendit in uno factus est omnium reus.* Necessarium itaque fit quod omnia decem mandata decalogi secundum formam quam Deus ecclesie sue instituit simul sibi sapiencius explicentur; et conformiter intelligitur de religione simplici christiana. Et patet quod ecclesia Dei non posset pure vivere secundum tria priora mandata decalogi septem aliis pretermissis.

*New laws are not wanted, but the execution of the old ones.*

Et hic videtur mihi quod ecclesia novella in ordinando novas religiones et novas obligaciones ab illis multipliciter oberravit, cum contenti de regula Christi darent operam ad eius practicam exequendum. Non enim oportet pro quocunque delicto constituere novam legem sed antiqua lege manente punire secundum illam taliter

10. Nituntur; cod.: intelliguntur. 29. Cod.: omnia septem. 30. Cod.: quem Deus. 40. manente; cod.: ma$^{te}$; manifeste? ib. Cod : illis taliter.

27. Jacobi II, 10.

delinquentem; et sic desidia exequendi legem Christi in practica est causa quare torpens ecclesia instituerat tales leges. Et ex istis videtur multis quod dampnacio trium episcoporum in Anglia adiunctis viginti quatuor doctoribus in theologia et in viginti quatuor sentenciis non caruit omnino calumpnia. Dampnant enim ut erroneum et opponunt falsum quod *sancti instituentes religiones privatas quascunque tam possessionatorum quam mendicancium in sic instituendo peccaverunt.* Nam secundum beatum Evangelistam: *Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est,* quia (ut sepe docet) necessitati sumus post lapsum saltem venialiter peccare continue. Cum ergo religiosarche pre | dicti non erant scienciores dicto Evangelista, videtur quod in medio sue etatis, quando illos ordines instituerunt, venialiter peccaverunt. Non enim summe meritorie istorum ordines instituerant et per consequens non omnino sine defectu sed melius et meritorius instituere potuerunt, et ita in sic instituendo peccatum eis infuit; aliter enim attigissent gradum quo Christus religionem suam instituit et omnes religiosarche predicti eque perfecte instituissent suum ordinem et per consequens omnes hii ordines fuissent eque perfecti, quod contradicit istis privatis ordinibus et sentencie communi ecclesie. Nec dubium quin si dicti religiosarche dum sic instituerant defectibiliter hos ordines peccaverunt ut sic quicquam operando peccato venialiter, tunc in illud operando peccato.

Fol. 276d

Falsity of the condemnations of the 'earthquake' council.

Secundum argumentum predicti catuli stat in isto: De quanto sponsa Christi habet plura promovencia ad suum finem vel dirigencia ad eundem, de tanto viat perfeccius versus illum, sed ex hoc quod quis viat secundum legem Christi et leges humanas cum lege Dei commixtas, habet plura promovencia et dirigencia versus suum finem; ergo ex hoc perfeccius viat versus suum finem.

Our opponent says that human laws are an additional help to good life.

9. Cod.: et sic. 20. Cod.: eis insinuatur enim. 26. Cod: peccaverunt twice. 27. Cod.: ut si. 29. In marg.: Secundum argumentum.

3. Cf. Fasc. zizann., pag. 286, 498. 4. Cf. Fasc. zizann., pag. 286: „Numerus episcoporum decem", pag. 287: „Numerus doctorum theologiae septemdecim, doctorum iuris quatuordecim . . . ." 7. Cf. Fasc. zizann., pag. 281: Item quod sancti instituentes religiones privatas quascunque tam possessionatorum quam mendicancium in sic instituendo peccaverunt. 10. Joh. I, 8.

On this supposition the private religious ought to surpass even the Apostles.

Sed videamus quo tendit ista blasphemia; nam supposito quod procederet, sequeretur quod religiosi privati copiosius et alcius tenderent versus beatitudinem quam fecerunt aliqui ab institucione religionis Christi usque ad illos. Sed quid blasphemius? Nam apostoli, martyres et confessores spissius et alcius rapti sunt ad celum quam erant aliqui postquam isti ordines erant introducti. Supposito autem quod unum infinitum sit magis alio et quod infinitas iuvancium viacionem ecclesie post eius dotacionem et illos privatos ordines sit maior quam infinitas iuvancium antequam ordines isti fuerunt adinventi, ad hoc patet quod assumptum argumenti est summe impossibile, cum Christus cum paucissimis mediis ipsum iuvantibus perfectissime et altissime in celum ascenderat. Potest autem esse quod sint plura iuvancia et retardent, eo quod iuvant remissius, ut possessio maior, et virtuosos secundum quamlibet eius partem iuvat ad beatitudinem (ut supponitur) de possibili, et tamen suppono quod vians renunciaret quacunque tali et viaret in maiori gracia, sicut fecerunt apostoli, melius et celerius attingeret illum finem. Ideo non video quomodo illa fallax argucia assumeret hoc porisma nisi ut magnificaret amplas possessiones in monachis quod de tanto sunt plus habiles ad beatitudinem promerendam. Sed quid blasphemius, cum Psalm. CXLIII°, 15 scribitur quomodo narratis multis prosperibus mundanis stolidi mundani *beatum dixerunt populum cui hec sunt;* sed cum Christus fuit pauperrimus, adiungitur diffinicio Sancti Spiritus: *Beatus populus cuius est dominus Deus eius.* Unum ergo promovens ad beatitudinem quod Christus instituit valet mille illorum que retardant communiter. Et Deus cum suo exercitu iuvat specialiter viantes de Christi adiutorio contentatos et curiosi querentes iuvamina extranea dedignantur.

Things meant to help may hinder.

It is urged that our argument would destroy all human law.

Tercio arguit catulus isto modo: Si viacio sponsi Christi sit imperfecciorata propter hoc quod viat tam secundum legem evangelicam quam humanam, vel ergo illa imperfeccio exoritur racione legis evangelice vel racione legis humane. Non potest primo modo, ergo secundo; ex hoc sequitur quod omnes leges humane abrogande forent ut iniuste.

5. In marg.: Responsio. 11. Cod.: antequam, antequam. 16. Cod.: eo eo. 17. Cod.: virtuoso. 34. Cod.: dedignatur. 35. In marg.: Tercium argumentum.

*Human law is needed in its own sphere.*

Hic catulus tanquam cecus ante novem dies ad minus respicit: Conceditur quidem quod expedit viacioni toti tocius ecclesie quod tam secundum leges divinas quam humanas partibiliter reguletur, ut clerus pure secundum leges divinas et alii populares ecclesie viventes secundum leges hominum sunt iuste, non ergo plus sequitur: Ecclesia debet vivere secundum humanas leges, ergo clerus, quam sequitur: Ecclesia debet civiliter dominari, ergo monachi.

Sed replicatur communiter quod ille leges que claustrales sic imperficerent eo ipso forent inique et per consequens destruende.

*Things are bad or good according to their relations.*

Sed innitens isti argucie est indispositus ad percipiendum habitudinem iungendorum, quomodo funis, furce et collum sunt singule res bone et tamen habitudo illorum secundum quam iustus suspenditur est mala, sic pinguis monachus est natura bona sicut cibarium quo vescitur, et tamen superfluitas colleccionis in stomacho est mala, et sic de infinitis similibus, cum sicut Deus facit creaturas absolutas bonas et determinat eis quantitates et qualitates, ita determinat eis habitudines respectivas, cum omnia posuit in mensura. Correspondenter est de iniustis legibus, cum alique uni persone congruunt et alie alteri quoad usum; nec ignorat sophista fallaciam si reprobacio vel dampnacio cuiuscunque presciti sibi proderit, sicut et querit: lex peccati tunc proderit sibi quod dampnabile huiusmodi informetur.

*Each member of the Church has his own office.*

Item, querit catulus utrum leges humane sunt necessarie ad regimen ecclesie vel non; sed sepe dictum est quod leges humane, quia ille que sunt iuste, sunt necessarie ad regimen ecclesie, quia sunt implicite leges | (Fol. 277a) evangelice et per consequens leges Dei. Alie autem leges humane inique ecclesie sunt nocive et non solum preternecesse, sed non sequitur si leges humane sint utiles ad regimen ecclesie, tunc monachus vel clericus debet ipsas addiscere, docere vel exequi, ut necessarium est ad regimen humani corporis quod fex eiciatur; sed absit ex illo inferri quod oculus debet huiusmodi egestionem ministrare; cum Apostolus dicat I Cor. $VI^{o}$, 1: *Negocia*, inquit, *secularia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illis constitute ad iudicandum.*

1. Cod.: ante $IX^{icem}$; ib. in marg.: Responsio. 6. Cod: homicidum sunt iuste. 28. In marg.: Questio. 29. In marg.: Responsio. 39. Cod.: enim Apostolus.

The need of human law does not impugn the sufficiency of Christ's law.

Ulterius arguitur si leges humane sunt ad regimen ecclesie necessarie, ergo lex Christi expressata in evangelio non est per se sufficiens. Sed revera non est maior color in ista argucia quam si sic arguitur: Iste latrinarius est necessarius ad purgacionem latrine, ergo Deus non est per se sufficiens; nam lex Christi expressata in evangelio (cum sit essencialiter Deus ipse) est per se sufficiens requirens alias leges in genere ut perficiant domum suam. Nec sequitur: Si leges ille sunt preternecessarie, quod sint superflue et nocive, quia aliqua sunt preter necessitatem absolutam, et cum hoc necessaria necessitate ex supposicione, quia multis utilia, ymmo si aliter argumentum simie illius procederet, sequeretur evidencius quod quecunque pars sue dotacionis sit superflua et nociva, quia certum est quod possent eque sancte ut modo vivere sine illa. Sic enim vivunt fratres qui (ut fingunt monachi) vivunt sub eodem ordine eque perfecte vel perfeccius, ut fratres asserunt.

Acts may be meritorious and yet not binding on all men.

Et per hoc respondetur ad arguciam qua arguitur quod facta, dicta et scripta doctorum superfluunt, sed si sint eis meritoria, tunc sunt eis necessaria, sicut quecunque ultra sunt necessaria ad finem avide prosequendum. Sed facta talia non presumunt publicare ut legem evangelicam novas sectas ut lex Domini instruentem, et sic multa sunt in sua natura separatim necessaria, que licet multum proficiant, habitudo tamen eorum et stulta commixtio postmodum multum nocet, sicut patet de dominiis et possessionibus humanis que applicata religionibus multum nocent. Et ita sciendum est de possessionibus a fratribus spoliatis. Isti enim deordinando habitudinem bonorum ecclesie intoxicant multa bona, et ita sicut lex Christi est perfeccior quam humana, ita ecclesia cleri est perfeccior vivendo pure secundum legem Christi quam foret vivendo secundum legem ex lege humana composita. Ecclesia enim apostolorum est perfeccior quam ecclesia laicorum vel ecclesia presencium prelatorum, sicut componere unam legem ex illis est luciferina presumpcio. Plus enim valet illustracio quam Christus dat sue ecclesie fideliter laboranti quam valeret postulacio vel cumulacio tradicionis humane cum lege Domini, et sic conceditur

1. In marg.: Argumentum. 3. In marg.: Responsio. 16, 18. eque; cod.: esse. 19. In marg.: Argumentum. 20. Cod.: si deest. 38, 39. Cod.: Plus enim videlicet.

quod secundum formam qua predicarunt apostoli foret lex Christi perfeccius explicata quam secundum frivolas et fabulas hodiernas. Sicut enim non expedit onerare frigidum cum quotquot vestibus propter frigus, sic nec expedit quotquot appendicias apponere domibus vel aliis tegumentis, et specialiter quod illis linite fuerunt vel conservate; conformiter non expedit sine fine addere glossas vel regulas ad scripturam et specialiter non eas tamquam alterius generis et sibi observientes induendo. Regule autem illorum ordinum blaspheme inducuntur, ac si quelibet earum foret perfeccior quam lex Christi, et ita blasphema induccio non valet ad declinacionem vel voluntariam defensionem legis Christi sed ad eius obscuracionem ac parvipencionem.

Falsity of the reasons alleged for adulterating Christ's law.

Et patet mendacium cause triplicis ficte quare sponsa Christi viaret perfeccius secundum commixtionem ex lege divina et humana et eciam exposicione scripture sacre quam pure secundum legem divinam, primo quia sic viando foret lex Christi plus cognita in effectu, ut patet de statu ecclesie primitive; secundo quia perfeccius corrigerentur rebelles per legem simplicem christianam quam modo corriguntur per leges minus laudabiles sophistice palliatas; et tercio quia leges evangelice licet communes obligacione sunt maxime applicabiles ad opus plus necessarium viatori. Fingere autem tres falsas causas istis oppositas pro stabiliendo contrario est blasphemum.

Our opponent's citation from Aristotle is profane.

Ulterius patet quam prophanum est allegare philosophum secundo Rethoricorum quod melius est civitatem regi per leges scriptas quam per arbitrium hominum. Nam iuxta ordinem Christi civitas ecclesie debet regi mensurabiliter per utrumque. Debet enim regi per legem scripture scriptam dupliciter sed vivacius per arbitrium hominum legem illis debite promulgancium, cum vox viva movet effeccius quam scriptura. Sed tercio potissime per inspiracionem Dei qui graciosius assisteret fideli Christi mediis contentato. Multe quidem leges humane sunt culpande propter suam generalitatem et commixtionem cum falsitate, multe eciam leges humane licet iuste tamen propter propinquitatem iniuste

12. Cod.: non videlicet. 14. Cod.: ac per impencionem. 24. obligacione; cod.: oblinē. 31. Cod.: civitas eccl̄.

29. Rectius Artis Rhetoricae I, 13. Opp. tom. III, pag. 705.

sunt de difficili et impossibili practizande ut leges dantes potestatem viatori interficere latronem, ne ipsum occidat; que eciam dant licenciam viro aut femine ut stupratorem violenter irruentem ante illatum stuprum si possit interimat, | et sic que tangit Augustinus I° De Libero Arbitrio. Quamvis autem licet in casu possibili sic facere, difficile tamen vel impossibile est viatores attingere illos casus, ideo lex paciencie quam Christus docuit est secura. Fol. 277b

## SERMO XLII.

*Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.* Rom. VIII°, 12.

How we are debtors to the Spirit.

In ista epistola docet Apostolus quomodo vita nostra aptabitur secundum corporis et anime variam racionem, proponens primo quomodo *debitores sumus* non solum Spiritui Sancto sed spiritui nostro proprio, et *non carni*, ad tantum *ut vivamus* regulati principaliter *secundum eius appetitum*. Et patet gradus obligacionis vel debiti horum trium, scilicet debiti nostro Deo qui, sicut tota Trinitas est spiritus, cum Johannis IV°, 24 dicit Veritas: *Deus spiritus est*, quem infinitum plus debemus diligere quam nos ipsos. Spiritui autem nostro debemus dileccionem secundum gradum sue bonitatis et confederacionis naturalis, cum natura docet omnem hominem se ipsum diligere et sic vitam, et consimili racione debemus carnem nostram diligere, cum secundum Apostolum nemo carnem suam unquam odio habuit. Oportet tamen quod longe plus diligamus spiritum nostrum quam carnem, quia carnem solum secundum racionem qua apcius debet servire spiritui et secundum racionem et regulacionem spiritus corpus in moderamine gubernare; et per consequens cum caro debet ancillare spiritui, non debemus esse debitores carni ad tantum, ut secundum ipsam vivamus vitam humanam vel spiritualem a Deo et spiritu proprio regulandum, licet vivamus secundum racionem anime sensitive vitam corporalem que est similis bestiali. Et excepto patet

2. Cod.: dantas. 12. Cod.: Joh. VIII°. 33. Cod.: debiliores.

5. S. Aug. Opp. tom. I, pag. 572. 10. Dominica octava post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 331—333.

quod non debemus alicui creature sic obedire ut Deo spiritui faciamus contrarie; nam hoc faciendo occideret homo spiritum proprium, cum sibi obligatur in debito maiori.

Difficulty of adjusting the claims of flesh and spirit.

Et in errore confinii solucionis debiti carni atque spiritui consistit magnum periculum, sicut et in solucione debiti domino temporali proporcionabiliter ad hec tria. Ideo dicit textus; *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Et loquitur Apostolus in proposicione priori de vita suprema in homine, cum analogum per se sumptum debet sumi pro famosiori; et correspondenter loquitur de morte spirituali, cum medius qui est anima vivit ex Deo per graciam, sicut vivit corpus ex isto medio spiritu per naturam.

Rulers may require nothing that is contrary to the life of the spirit.

Et patet quomodo domini temporales et prelati ecclesie non debent ab homine quicquid exigere nisi quod debet secundum Deum vite spiritus convenire, sic videlicet, quod quicquid foret congruum spiritui subiectorum ut Deo plus placeat et magis obediat, debent isti prepositi requirere a subiectis. Cum ergo spiritui hominis a Deo commissa sit regula sue carnis, patet ex debito legis Dei quomodo anima hominis regulare debeat cuncta opera sue carnis. Cum ergo omnia opera vitalia carnis hominis procedunt ab anima, tunc mortificantur ipsa intrinsece antequam genita sint ad extra, quando racio actus illos ad intus genitos sic extinguit, quod non procedant in opus extrinsecum. Mala autem que mente concipimus apcius mortificantur, ne procedant in opus extrinsecum, considerando de soliditate vite petre iusticie iuxta illud Psalmi CXXXVI$^{o}$, 9: *Beatus qui tenebit et allidet parvulos suos ad petram.*

If we dwell with Christ the soul will be helped to do rightly.

Et patet quod utile est homini adherere Christo cogitacione et dileccione, quia per hoc actus anime ab ipsa geniti tamquam parvuli in casu quo sint illiciti mortificati sunt, dum ad illum lapidem alliduntur, et in casu quo sint boni per acuicionem ad illum lapidem in opus extrinsecum virtuosius producuntur. Ideo dicit Psalmista: *Mihi autem adherere Deo bonum est.* Et cum totum capitale regimen stat in primo spiritu, necesse

9. Cod.: mortifice. 15. naturam; cod.: n$^{\omega}$m. 23. Cod.: regula de. 27. Cod.: illis. 30. soliditate; cod.: soli$^{te}$.

8. Rom. VIII, 13. 39. Psalm. LXXII, 28.

est quod omnes salvandi finaliter sibi adhereant per amorem. Ideo dicit textus: *Quicunque spiritu Dei aguntur, hii filii Dei sunt.* Sicut enim Deus communi influencia movet singulas creaturas, sic instinctu speciali movet per viam ad patriam omnes quos ad illum adoptavit. Viator secundum Apostolum est secundum corpus navis et secundum animam nauta cum suis mercimoniis fluctuans in mari seculi, cuius ancora est spes de beatitudine et ventus ducens est flatus Spiritus Sancti. Ideo debemus importune illum spiritum adorare. Multum ergo valet duci per amorem ad patriam ut heres et filius et non trahi quadam innaturalitate ad tartara tamquam servus.

God has many sons by adoption.

Non obest Deum habere multos filios, cum unicus sit ei filius naturalis et mediante virtute illius multos habeat sancta Trinitas adoptatos; et illi dicuntur dupliciter, vel secundum legem timoris ut in veteri testamento, vel secundum legem amoris ut in lege gracie. Ideo dicit textus: *Non*, inquit, *accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adopcionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba Pater.* Quamvis autem multi patres de lege veteri fuerant predestinati, habuerunt tamen legem duram et servilem serviliter castigandi, quia nondum attege | rant statum filii tractandi filialiter et statim post mortem in hereditatem patris iure hereditario inducendi, quia nondum incarnatus est Christus Dei filius naturalis quem oportuit primatum tenere quoad ius et possessionem hereditatis celestis; ideo patres legis veteris non sic actualiter erant filii sed tamquam parvuli serviliter pertractandi. Cum ergo Deus semper meliorando procedit, cum dedit patribus de lege veteri spiritum dure servitutis, oportet quod in lege gracie dando per Spiritum Sanctum legem novam quod illis sit lex amoris dulcior et facilior quam antiqua. Si enim Deus iterum daret legem servitutis eque difficilem et eque timorosam, non graciose sed superflue in factis suis procederet, ac si lex antiqua foret stulte vel improvide nobis data. Ille ergo spiritus datus in lege gracie, hoc est, illud donum Spiritus Sancti signanter vocandum spiritus adopcionis filiorum

Fol. 277c

11. Cod.: ergo videlicet.

2. Rom. VIII, 14. 19. ib. 15.

Dei, quia virtute illius doni vocamur et sumus filii Dei adoptivi et illo titulo audacter clamamus tam Hebrei quam singule naciones *Abba Pater*. Abba Hebreum est pater vel patir in Greco vel Latino, et sic per geminacionem vocum eiusdem sentencie vocatur nedum quod Deus est pater Hebreis sed Grecis et Latinis et per consequens cuncte fidelium nacioni, sed quod tempore legis gracie Deus est nobis pater nedum creacione et servili instruccione ac gubernacione sed speciali filiali adopcione.

The meaning of 'Abba Pater.'

Quamvis autem non possumus cognoscere experimentali noticia quod sumus sic filii Dei, tamen Spiritus Sancti revelacione et illustracione speciali dat spiritui nostro testimonium quod sumus sic filii Dei. Quando enim homo non deficit in peccando, subtrahendo servicium quod Deo debet, Deus docet eum revelacione vel medio alio secundum quod expedicius foret sibi pro tempore. Unde I Cor. II°, 10 dicitur: *Nobis autem revelavit Deus per spiritum suum*. Nec est perfecta spes viantis nisi habeat talem noticiam, cum triplex sit noticia viatoris, scilicet sciencia, credulitas et spes. Omnia ergo hec tria excludunt anxietatem formidinis, et si simus sic filii Dei adoptivi, quod solum predestinatos consequitur, tunc sequitur quod sumus heredes, et cum hereditas illa non potest dividi sed communicari cunctis beatis sine eius diminucione vel beatitudinis privacione, patet quod oportet illam hereditatem communicare cunctis filiis taliter adoptivis; et ita debemus esse heredes Dei patris et coheredes Christi cum filio naturali habente primatum cum Deo filio patre suo.

How we may know that we are the sons of God.

Circa istam epistolam dubitatur utrum communicacio in hereditate celesti et racio meriti correspondent; et videtur quod sic, quia de lege Dei proporcionabiliter ut beatificando de congruo merebatur, in patria salvabitur, ut patet ex fide catholica et significacionibus terminorum.

The share in the celestial heritage is correspondent to merit.

In oppositum sic: Si quilibet predestinatus sic merebitur, contingeret tunc ipsum pro statu vie cognoscere taliter se mereri et per consequens posset ius ad

20. Cod.: nominativam, cum. 27. Cod.: prioracione. 38. Cod.: sic qui quilibet.

32 et seqq. Cf. Trialogum lib. IV, cap. XXX, pag. 349 et seqq.

It does not follow that the share is transferable.

beatitudinem in alios derivare; quod faciliter conceditur a fratribus qui concedunt secularibus literas fraternitatis testantes porcionem vel partem sui meriti tam in vita quam in morte.

If it were, a man might give away his own salvation.

Et ne fiat equivocacio, suppono quod fratres non intelligunt unum confratrum suorum incommunicantem unam partem sui meriti et alium aliam, sed quod quilibet ex vi communionis habeat ipsum totum. Si enim in prima insania errant fratres, tunc ex eis dubio stulte distribuunt bona meriti pro quibus in beatitudine salvarentur. Et cum erit divisio immediata post diem iudicii, quod omnis homo dampnabitur sive salvabitur, videtur quod fratres nesciunt si ex stulta particione sui meriti dampnabuntur.

No one can be sure of bliss.

Item, nemo debet cerciorare fratrem suum de retribucione quacunque, nisi de illa de qua est certus ipsam evenire. Sed quilibet frater huiusmodi est incertus, si ipsemet beatificabitur; igitur non debet cerciorare alium de participio sui meriti. Si enim sit prescitus quomodo participabit aliquis merito suo in patria, cum ipse in die iudicii non erit particeps sui meriti?

Item, nemo scit vel debet credere quod frater suus cui concedit tale participium sit beatificandus in patria, et si non beatificatur non participabit merito alterius post mortem, ergo fratres huiusmodi non debent hoc eis tam dubium confratri suo concedere. Cum enim fratres per litteras huiusmodi expectant retribucionem temporalis commodi, ita quod sapiat empcionem, videtur quod nullus sciolus debet sic emere catum in saculo, cum foret stultissimus qui rem temporalem emeret quam crederet venditorem non posse vendere neque dare.

Item, propter illam talem commutacionem est homo cercior de premio, sed finis cuiuslibet talis commutacionis foret premii certitudo, ergo quelibet talis commutacio foret superflua.

It is urged that transfer of merit although uncertain incites men to good.

Hic dicitur communiter quod si non foret alius finis talis commercii quam premii certitudo, tunc illud commercium foret frustra. Sed nunc est excitacio hominis ad merendum et ad communicandum opera misericordie indigenti, et de tanto est sentencia literarum licita atque pia.

6. Cod.: incommunicanter.

Fol. 277[d] Sed mirandum videtur | de illo responso sophistico, primo cum nemo mentiri debeat propter totum mundum salvandum, evidencius non debet mentiri propter devocionem in alio excitandum et specialiter propter lucrum temporalium sibimet cumulandum; secundo quia iuxta doctrinam Petri: *Si quis loquitur*, debet loqui *quasi sermonem Dei;* sed ex sibi dubio isti sermones sunt falsi et nunquam in scriptura vel racionibus exemplati: ergo nullus frater debet taliter loqui, et multo magis ex deliberacione scribendo et sigillo communi testificando.

We may not lie, to excite devotion in others.

Similiter, nemo meretur sperando vel credendo quod non debet credere sed quod daret sibi audaciam ad superflue in alio confidendum, dimissa vita propria virtuosa. Sed hoc faciunt tales litere fratrum, ergo neutri parti sunt meritorie directe ad devocionem vel meritum excitantes. Nec valet alia sophisticacio que a discolis posset fingi, quod non concedunt simpliciter absolute tale participium sed condicionaliter: si Deo placuerit et cetera, sicut paria aliunde; nam si solum ad sensum talem condicionatum concessum foret vel donatum aliquid alicui, quia ex condicionali non sequitur quicquam dari, et si Deus occasione illius sophismatis per impossibile quicquam daret, iste litere a fraude decepcionis et superfluitatis non forent propterea excusate.

Letters of fraternity make men trust in others, instead of living virtuously.

Similiter, ad illum sensum posset frater concedere cuilibet beatitudinem et quodcunque signabile, ut quemlibet esse Deum, quia si hoc Deo placuerit, ita fiet.

Similiter, ut prius litere ille ad sensum talem forent omnino superflue et populi seductive, ideo non darent occasionem populo ad merendum sed tam fratribus quam populo ad illos cum quibus fiet interlocucio seducendum; ideo nullus sani capitis finget illud.

Item, vel multiplicant fratres tales literas pure propter caritatem quam habent ad eos cum quibus communicant, vel pure propter lucrum vel commodum temporale aut mixtim; si secundo modo, tunc sunt simoniaci et populi seductores, cum non querant salutem anime proximi sed bona sua per mendacia patris sui. Sed tercio modo discuciendum foret que causa principalius

The friars issue such letters from unworthy motives.

13. Cod.: confitendum. 29. ad sensum twice.

6. I. Petri IV, 11.

illos movet et quomodocunque foret commutacio sua, de tanto sapit peccatum. Si primo modo, mirandum foret quare sancti apostoli qui habuerunt maiorem caritatem quam fratres predicti tales literas non fecerunt nec faciendas posteris exemplarunt, quare eciam episcopi et religiosi possessionati non utuntur communicacione huius caritatis, aut quare fratres non donant literas huiusmodi cognatis suis et dominis quos magis diligunt, sed pure illis de quibus sperant lucrum et decepcionis aditum. Multa sunt signa decepcionis huius ex quibus probabiliter capi potest quod fratres non pure sic faciunt propter caritatem fraternam; si enim ex vi communicacionis sanctorum iste litere forent superflue suis fratribus et religiosis aliis, per idem forent superflue aliis secularibus adeo ferventibus caritate. Dicitur tamen quod regibus, dominis et dominabus quorum confessiones audiunt et aliis religiosis tales literas non concedunt.

It is God's prerogative to distribute merit.

Item, videtur quod quelibet talis confessio sapit blasphemiam; nam quecunque opera talia mirabilia cum desierunt esse in suo genere, non habent esse nisi spirituale in Deo absconditum iuxta illud Apoc. XIV°, 13 dictum de sanctis: *Opera enim illorum sequuntur illos.* Si ergo Deo sit proprium servare illis merita postquam desierint esse in suo genere, sequitur quod Deo est proprium ipsa distribuere cui volet, et per consequens premiandus a Deo ex titulo gracie non habet potestatem sic ipsa concedere. Nam quantumcunque bonum opus de genere quis fecerit non habet sibi racionem meriti nisi de quanto ad meritum Deus ipsum acceptat. Ergo multo magis vel a pari ipsum non habet racionem meriti quoad alium extraneum nisi de quanto Deus acceptat illud ad meritum. Sed Deus propter tales literas non plus vel minus acceptat quicquam alicui ad meritum, sed regulariter ut fuerit de congruo ipse dignus; ergo litere quoad hoc forent superflue. Idem enim innuerent tales litere ac si maniacus concederet quod vult aut concedit quod Deus acceptet opus meum, ut tu a Deo premieris; et sic cum triplex responsio blasphemie, aut quod Deo aufertur quod sibi est proprium, aut quia creature tribuitur quod soli Deo potest competere, vel utrumque, patet quod illa

37. Cod.: mancus. 39. cum triplex; adde: sit.

fratrum zizannia implicat omnia ista tria, et eo coloracius quo cum dehonoracione Dei seducunt populum quoad suam beatitudinem adquirendam et perturbant rem publicam temporalia proditorie a populo spoliando.

If they can confer merit they can withdraw it and can deprive the saints in heaven of their reward.

Item, tantum videtur conferre merita persone quam approbo sicut auferre merita ab eadem; sed in primum possunt (ut inquiunt), ergo et in secundum. Et cum non sit racio quare merita sua possunt sic auferre, quin per idem et merita aliena, videtur quod possunt spoliare ecclesiam de suis meritis, sicut spoliant eam de suis temporalibus. Non enim est racio quare conferunt vel auferunt merita alieni nisi quia orando merentur ut Deus sic faciat et hoc eque bene possunt de alienis meritis sicut de propriis, ymmo ut sophista contendit beatos | (Fol. 278[a]) in celo possunt facere quod non taliter premientur sed quod tam a meritis quam premiis sint frustrati. Sicut enim evidencia sua dant beatitudinem et premiant finaliter, eo quod faciunt Deum sic facere, sic distribuunt merita ecclesie eo quod faciunt Deum sic facere, sed cum hoc sit eis ambiguum et incognitum utrum sit beneplacito Dei contrarium, videtur quod sit blasphema presumpcio sine sufficienti evidencia istud sic in cartis asserere. Nam sophiste mundi non obligati non concedunt falsum vel eis dubium, aut negant verum ad quod se Deus determinat tamquam sibi necessarium que omnia faciunt isti sophiste diaboli. Cum enim ex cartis suis sequitur quod cartatus habebit beatitudinem cum eis et quod non dampnabitur in inferno, utrumque illorum volunt consequenter concedere et eorum opposita negare; que cum communiter sint falsa et contraria eorum necessaria eternaliter a Deo determinata, patet quam expresse isti sunt Antichristi in difficultatibus suis Christo contrarii.

Every member of the Church can do as much as they,

Item, videtur quod quicunque de ecclesia et specialiter frater cartativorum potest eque concedere fratrum merita sicut ipsi; non enim concedunt nisi quia rogant Deum ut sic eveniat, et ita potest vidua facere devocior et per eius oracionem eque faciliter evenire, ergo conclusio. Non enim est meritum iam subiectum in ipsis sed vel extinctum per peccata superveniencia vel naturaliter desiit; quomodo ergo sunt illi singulariter meriti

1, 2. Cod.: celeracius. 7. Cod.: ut inquirunt. 11, 12. Cod.: auferunt vel auferunt. 13. Cod.: esse bene. 14. Cod.: et sophista. 26, 27. Cod.: ex caritatis. 35. Cod.: caritativiorum.

yet they claim power beyond Christ's and the Pope's.

talis domini vel habentes super ipsum specialiter potestatem? Nam videtur quod ipsi excedunt Christum et papam in talibus. Christus nec potest sic concedere nisi sciverit illud esse de beneplacito patris sui nec potest cartas huiusmodi sigillare, cum sepe sint false, sed Johannis III°, 11 dicit *quod ipse* et membra sua solum *quod sciunt loquuntur*, diabolus autem et membra sua scripturis et sigillis affirmant quod nesciunt. Forma autem dominacionis eorum in verbis suis super Christum extollitur in hoc quod Christus qui est (ut sepe) minister ecclesie dat singulariter quod promittit, sed isti concedunt pluraliter quod sic fiat ubi est papa qui non dat indulgencias vel absoluciones a pena et culpa nisi confessis et contritis; isti in suis concessionibus illud tacent; excedunt itaque papam in spirituali suffragio ecclesie militantis et (ut multis videtur) ex istis implicant quod plane dominantur suffragio temporali ecclesie militantis. Si enim potest dare quecunque opera meritoria sua vel alia militantis ecclesie, cum opera meritoria sint facta ad extra in gracia, videtur quod quecunque talia opera aurifabri, monetarii vel cuiuscunque artificis preciosi cui voluerint possunt concedere et sic super talibus operibus dominantur. Ipsa enim sunt opera meritoria, quia facta in gracia ut suppono. Nec valet dicere quod fratres concedunt hec opera non secundum racionem qua sunt bona temporalia sed secundum racionem qua sunt merita Deo placencia ad beatitudinem consequendam; quia cum fratres non sunt tanti sophiste ut concedant quod dare non possunt, videtur quod possunt omnia talia merita secundum racionem qua merita beatitudine digna de congruo plebi dare; quare ergo non spoliant omnes prescitos de manu diaboli et inducunt omnes viantes in gaudium celi? Cum enim habent ad illa potenciam (ut fingunt), videtur quod ex ocio talis potencie sunt dampnandi.

Merit can only be distributed as God ordains.

Et patet eorum blasphemia, cum fingunt quod fructus dignissimos homini operum possunt dare ad libitum sed non materialem substanciam ipsorum operum. Unde quero communiter ab eis si vel ex se habent vel speciali dono Dei quod possunt talia merita sic distribuere et habitudinem consequentem; si primo modo, tunc sunt

3. Cod.: Christus nec non. 8. Cod.: affirmat. 10. Cod.: qui deest. 12. Cod.: qui deest. 21. Cod.: aurefabri. 25. Cod.: nam secundum. 38. Cod.: materiale. 39. Cod.: si deest.

expresse luciferi, cum se *extollunt super omne quod dicitur Deus.* Si secundo modo iuxta Jacobum dicentem quod *omne datum optimum et omne donum perfectum desursum descendit a patre luminum.* Ex quibus sequitur quod Deus prius naturaliter donat talia merita eis quibus sibi placuerit impertiri quam fratres hec faciunt, ymmo semper vel regulariter Deus prius temporaliter hec concedit.

Ex quibus sequitur quod hanc distribucionem primo concedere est Deo proprium et cum sequens concessio fratrum non proficit plus vel minus sed concessioni Dei eterne oportet cedere atque stare, videtur quod ista fratrum concessio sit superflua et blasphema. Idem enim est illa concedere et concedere homini quod sit predestinatus vel quod est a Deo vel eius oppositum eternaliter diffinitum. O si seculares theologi seminassent tantam blasphemiam que est suprema pars heresis, quam spissim forent illi publici heretici et acute a satrapis persecuti, sed membra diaboli ex iuvamine in scelere mutuo sibi fovent. Omnes enim partes Antichristi defendunt eius sentenciam contra Christum.

Friars are greedy hypocrites.

Item, videtur quod omnes isti fratres sunt ut sic ypocrite, avari et omni genere sceleris maculati, sicut prius sit per evangelium apostolicum prophetatum. Quantum ad ypocrisim que est maledictissima superbia, patet quod | in cartis suis implicant se singulariter esse sanctos, et cum vita eorum ac opera ex scriptura sacra manifeste ostendant oppositum, planum est quod sunt ypocrite. Et illud videtur Apostolum plane docere Iª Tim. IV, 1: *Spiritus*, inquit, *manifeste dicit quod in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus, erroribus et doctrinis demoniorum loquencium in ypocrisi mendacium.* Qui (rogo) manifestius discedunt a fide quam fratres qui tradiciones suas ultra ordinacionem Christi magnificant, mencientes et blasphemantes in Christum quod ipse mendicacionem eorum in persona propria exemplavit? Qui secundo plus attendunt spiritibus erroris quam fratres qui dimisso evangelio veritatis ludicriis, fabulis et mendaciis in suis sermonibus innituntur? Si enim fuerit senescallus vel referendarius

Fol. 278b

They pretend to be singularly holy.

10. Cod.: concessio twice. 12. Cod.: oportet credere.

1. I. Thess. II, 4. 3. Jac. I, 17.

regis ad mediandum inter ipsum et suos tenentes ex magno concilio ordinatus qui dimisso verbo veritatis quod sibi iniungitur nunciat tenentibus mendacia que non a domino sunt precepta et exhinc exoritur discordia inter dominum et tenentes, nonne foret talis mediator proditor utrorumque? Sic autem est de fratribus vel quibuscunque aliis evangelizando mendacia seminantibus et per consequens facientibus discordiam inter Deum et populum christianum.

Et quoad secundum manifestum est quod tales sunt *demonium* meridianum *in ypocrisi loquentes mendacium.* Quomodo (rogo) seducerent populum sic ad fraternitatem suam per literas suas nisi sanctitatem pre ceteris simularent? aut quomodo (rogo) tam frontose loquerentur mendacium de valore huius fraternitatis, de predestinacione sua ac populi cum aliis mendaciis in suis litteris implicitis nisi sua falsitas peplo ypocrisis sit velata? Hii ergo sunt seductores populi quos Spiritus Sanctus manifeste dicit venturos in fine seculi in nomine Antichristi. Nec dubium quin radix omnium malorum cupiditas pro continuacione et defensione sui consorcii movet eos. Que (rogo) foret necessitas sic seminare mendacia perturbativa ecclesie de suis proximis nisi fuerit candens cupiditas terrenorum? Unde illi videntur esse falsi prophete quos Christus prenunciat Matthei VII°, 15: *Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; a fructibus eorum cognoscetis eos.* Qui (rogo) sunt falsiores prophete quam fratres sic seminantes mendacium et fingentes per literas suarum fraternitatum quod quilibet eis in fraternitate confederati fuerint perpetuo sunt salvandi? Vestimenta autem sua dicunt esse omnia in sanctitate et securitate beatitudinis excedencia vestes Christi, cum dogmatizant nimis heretice quod quicunque mortuus fuerit in suis vestibus dampnacionem perpetuam non videbit. Intrinsecus autem sunt lupi rapaces, cum animas et corpora fidelium rapiunt ad infernum et tamquam sanguisuge docent limitatores suos hoc canticum *Affer, affer.*

The root of all their wickedness is covetousness.

Quarto autem docet Christus per quod signum possumus ipsos cognoscere. Non enim arbor a foliis

25. Cod.: false.

11. I. Thim. IV, 2. 39. Prov. XXX, 15.

Their fruits testify against them.

vel a floribus, sed ex fructibus cognoscetur utrum sit laudabilis qualitatis; si ergo laboriosus circuitus fratrum est gracia querendi lucrum ab auditorio, laute consumendo pauperum elemosinas subtiliter spoliatas et |in edificiis ac aliis ex pure extraordinariis, quis dubitat quin talis fructus finalis indicat qualitatem fratrum et finem tocius operis precedentis? Si enim laborarent gracia salutis fidelium sicut apostoli, tunc servarent doctrinam eorum viventes nunc in laboricio sicut oportet, sed omnino non forent adiutorio onerosi.

Their various false pretences.

Nec oportet sollicitari circa soluciones arguciarum quas fratres fabricant pro suis mendaciis confirmandis. Dicunt enim ex similitudine simiali, cum merita sint sua, possunt communicare ea fidelibus, specialiter cum sonant in piam devocionem que resonat caritatem. Hoc sophisma diaboli per illud tollitur quod fratres si sancte viverent et utiliter cunctis hominibus gratis concederent communicacionem huiusmodi sine cartis; notificari quidem debet fratribus et cunctis fidelibus quod carte tales sigillate non ad hunc finem directe proficiunt sed officiunt undequaque; fundamentum autem huius similitudinis de communicacione talis meriti sapit blasphemiam. Quarta autem simialis similitudo per quam fideles seducuntur stat in isto quod sicut ad unam candelam lucentem candele plurime accenduntur, sic ad unam sanctam viam et merita fratrum unius secte multi extincti seculares quoad sanctam conversacionem spiritualiter illustrantur. Sed pallescat talis ydiota sic proclamando sui consorcii sanctitatem, cum, posito quod sit sanctum (ut raro evenit), nec talis proclamacio sibi prodesset nec ecclesie sed noceret, cum sanctitatem
Fol. 278c prius habitam ypocritice extingueret; | recolerent inquam de doctrina Christi Matth. VI°, 3: *Cum facis elemosinam, nesciat sinistra quid faciat dextra;* et sic de multis doctrinis contra ypocritas quas Dominus ibi docet. Notaret (inquam) secta fratrum quomodo phariseus se pompavit, quod non erat sicut ceteri hominum, et specialiter sicut ille humilis publicanus, qui ex diffinicione Christi descendit iustificatus in domum suam ab illo; sic multo magis simplex christianus iustificabitur et globus pharisaicus dampnabitur, cum multiplicius ypo-

11. Cod.: sed oportet. 16. Cod.: si deest. 18. huiusmodi; cod.: hī; ib. Cod.: carnalis. 22. Cod.: excommunicacione. 35. Cod.: quas deest.

Their errors as to the Eucharist.

crite se iustificant ultra simplices christianos, quia non solum verbis privatis sed publicis instrumentis, scriptis et bullis. Sicut enim in ista materia, sic seducunt populum de eukaristia unionis; variant enim infundabiliter de eius quiditate et passionibus eam sequentibus, in tantum quod dicunt corpus Christi et Deum olim fuisse comestum a muribus et laniatum ad quamlibet eius partem et irrecuperabiliter putrefactum. Tercium exemplum simiale est quod excommunicatus communicat aliis excommunicacionem ex solo consorcio coniugatis. Cum ergo Deus sit pronior ad premiandum quam puniendum, multo evidencius sequitur quod fratrum sanctitas diffundit se in alios caritatis elemosina coniugatos. Sunt talia multa exempla similia que fratres implicant ut de accensis carbonibus et multis rerum partibus ex unione earum redduntur notabiliter forciores.

Quantum ad istud patet supposita ex distinccione excommunicacionis quod nemo ex vi communicacionis cum excommunicato dampnabitur in anima nisi ex proprio peccato delinquat noviter, quod est ex vi communionis cum alio abscondito a Deo amplius maledicto. Si enim assistencia excommunicato per se maledicit communicanti, tunc tota Trinitas, angelorum assistencia et fidelium convertencium prius conversos excommunicacionem in eis induceret; quod oportet excommunicatores nostros negare, cum multos excommunicant communiter et absolvunt posterius propter lucrum.

Without charity we cannot be spiritually helped by others.

Correspondenter, nisi quis habundaverit in caritate Dei et proximi, prudenter signa dileccionis proximis ostendendo, non communicabit fratrum vel aliorum spirituali suffragio, sed subductis omnibus fratrum literis vel concessionibus assistente tali augmento caritatis vel gracie participabit quibuscunque spiritualibus suffragiis ecclesie eciam suppositis fratrum suffragiis, velint nolint. Deus enim concedit communicacionem talium bonorum spiritualium ad quam concessionem fratres non possunt attingere. Orare tamen possunt et mereri aliis specialiter si ab eis hec heresis subducatur. Concedi tamen debet quod multi viantes tam fratres quam alii possunt parcialiter in aliquod antecedens, faciendo et concedendo et dando ipsum, et in suum consequens sic non possunt; ut homines possunt mereri beatitudinem et primam

1. Cod.: iustificat. 2. Cod.: publicis vestimentis. 3. Cod.: sic decst.

graciam aliis, et tamen non possunt dare illis beatitudinem actualiter, cum in beatitudine (ut videtur sapientibus) possunt dare iuxta illud Luce: *Mensuram bonam et confertam et coagitatam et superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Error autem in logica, metaphysica et fide catholica cum cupiditate mundana confundit fratres in ista materia, ut fabulantur quod committunt vel donant omnia bona sua in manus sui prepositi, quod sic quod sibi liceat quecunque voluerit bona huiusmodi dispensare, sed sciant quod in die iudicii unusquisque onus suum portabit et premiabitur vel dampnabitur, quomodocunque meruerit vel demeruerit, et tunc non valebunt contra fidem scripture palliaciones iste diaboli per sectas fallacie introducte.

In the Judgment each shall bear his own burden.

## SERMO XLIII.

*Non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt.* I. Cor. X°, 6.

Paulus in ista epistola tamquam speculator providus predicit ecclesie ex prenosticacione exemplari scripture preterita: *Non simus*, inquit, *concupiscentes malorum* desideriorum, *sicut* prevaricatores legis veteris *cupierunt.* Et talis concupiscencia secundum formam illicitam est mater omnium malorum que perversis eveniunt, et ideo illa est imprimis diligencius precavenda. Si enim in lege veteri propter illicitam concupiscenciam virga Dei celerius punit pueros legis veteris pena sensibili, nos autem peccantes gravius non sic punit, quia pena insensibilis inferenda, posterior longe gravior est servata.

The Apostle warns us against lust;

Secundo hortatur Apostolus ne ex tali inordinata concupiscencia simus *ydolatre*, quia (Exodi XXXII°) scribitur quomodo post ydolatriam vituli dederunt se insolencie et postmodum a Moyse et suis fratribus sunt puniti. Et talis ydolatria crebrescit in ecclesia, cum eo ipso quo plus Deo diligitur aliquod temporale, ydolatria talis committitur. Sed quis inchoando a papa, prelatis inferioribus et transeundo per religiosos duplices ad homines seculares non plus afficitur honori et lucro

against idolatry;

5. sinum deest. 10. Cod.: sed stant. 19. Cod.: pronosticacione.

3. Lucae VI, 38. 15. Dominica nona post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 333—336. 30. I. Cor. X, 7.

seculi quam honori et cause Dei? Opus enim et sollicitudo cum pugna in isto indicant veritatem.

against fornication, bodily and spiritual;

Tercio caveamus *ne fornicemur* cum mulieribus alienigenis sive indigenis fornicacione corporali, et specialiter ne fornicemur | spiritualiter, virum in sponso (Fol. 278d) ecclesie dirumpendo, quia (ut patet Num. XXV°) Deus est vindex in istis omnibus, cum propter fornicacionem corporalem quam minus odit *occidit viginti quatuor millia*, et per consequens minor numerus in textu Apostoli erat verus, nec dubium quin ex causa notabili illum exprimat, non maiorem.

against tempting Christ by our worldly life;

Quarto *non temptemus Christum, sicut ipsi temptaverunt* (Exod. XVII°) *et a serpentibus perierunt* (ut patet Numeri XXI°, 5). Illi autem temptant Christum culpabiliter qui dimisso suo modo penali vivendi intendunt conversacioni seculi et corporis voluptati. Tales enim vel non aspiciunt pendenciam Christi in cruce vel si eam respiciunt hoc faciunt nimis sinistre, et Timoth. III° scribitur, sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, *ut omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat vitam eternam.* Illi autem temptant Christum qui dimissa attencione ad exaltacionem eius in cruce veluti deorsum in voluptatibus amant seculum atque carnem.

against murmuring.

Quinto cavere debemus *ne* contra Deum *murmuremus* pro nostra tribulacione vel prosperitatis mundane diminucione vel pena alia quam Deus pro crimine nobis infert, quia ut (patet in processu Exodi et Numeri) ab angelo occidente qui priusquam terminos terre promissionis attigerant perierunt: sic nos carentes dono finalis perseverancie et murmurantes contra eventus seculi terram vivencium et bona patrie non intramus, sed malus angelus nos prius exterminat, hoc est, ponit extra terminos quos perseverando finaliter ad similitudinem Sancti Spiritus haberemus.

The world is more given to these vices now than under the old law.

In isto itaque superbo quinario viciorum perit seculum longe copiosius quam in lege veteri perierunt. *Hec autem omnia contigerunt* non solum propter penam *illis* reprobis intelligendam, sed ut penam graviorem

5. Cod.: verum; cf. Num. XXV°, 8. 12, 13. Cod.: si ipsi temptaverunt.

3. I. Cor. X, 8. 8. Cf. Num. XXV, 9. 18. II. Tim. III, 8. 38. I. Cor. X, 11.

nobis magis peccantibus figurarent et ut predestinatis cautelam cavendi culpas consimiles demonstrarent. Unde sic infert Apostolus: *Scripta sunt enim ad correccionem nostram in quos fines seculorum devenerunt.* Nam totum tempus ab ascensione Christi usque ad diem iudicii vocatur secundum singulas eius partes fines alicuius seculi; nam correspondenter ad etatem seculi debemus servare gravitatem in moribus. Ista autem est ultima etas seculi in qua debemus tamquam graves persone et mature in moribus carnem, diabolum et mundum deserere.

In this old age of the world we should be grave and leave the flesh, the world and the devil.

Si autem post tot exempla et documenta etatis prioris quam debemus servare in memoria remanserimus obstinati, sumus pueris prioribus amplius puniendi. Et movet ad hoc quod decor carnis et flores seculi nunc plus tepescunt quam in priori etate mundi et per consequens sunt remissius appetendi. Quis enim nunc in carne tantum est validus, sicut priores in corpore valuerunt? Patet quod nullus, ut patet de robore, agilitate, pulcritudine, longevitate cum eis similibus. Quomodo ergo miser decrepitus tantum decorem corporis affectaret?

The flesh is less attractive, since men are degenerate both in strength and beauty.

Et quoad cupiditatem prosperitatis mundane patet quod raciones consimiles facerent in nobis ipsam vilescere. Mundus (inquam) non alliceret propter sterilitatem omnium terre nascencium que homini deservirent, propter incertitudinem ex pestilenciis, bellis et aliis que prosperitatem seculi extingunt, tercio propter maliciam et fraudem proximorum qui sese diligerent et ultimo propter experienciam tedii in mundo et doctrinam scripture docentis ad bona patrie properare.

The world is less alluring, since its troubles are greater.

Diabolus eciam quoad constantes in fide virtute passionis Christi suffragiorum sanctorum sacramentorum iuvamine et predicacione evangelii est in potencia mitigatus. Ideo forte dicitur quod *fines seculorum* quoad mundialia *venerunt inter nos.* Sicut enim sunt multa secula, ita habent in ultima etate ecclesie multos fines. Propter tales consideraciones multi viantes *cupiunt dissolvi et esse cum Christo* cum Apostolo et Martino. Si enim spem certam habent de superiori vita post mortem, ipsam vitam debent desideranter appetere. Quis enim

The devil has less power against the faithful.

38. Martino; cod.: mar; proxima lin.: tīo.

3. I. Cor. X, 11. 38. Phil. I, 23.

infirmus sperans convalescenciam non desiderat sanitatem? Ideo evitabiliter defectus fidei, spei et caritatis, amor carnis et seculi sunt in causa quod tam manifeste tres virtutes in senibus etatis ultimi seculi refrigescunt et due alie insolencie ex cautelis diaboli misere invalescunt. Nisi enim essemus in istis miseriis philocapti, nunquam sic affectaremus sic vivere et cum tanta tristicia statim mori.

We must beware of the wiles of the devil.

Cum ergo diabolus cautelis prioribus habundat et specialiter quoad eos qui non innituntur divino suffragio, ideo signanter subiungit Apostolus: *Itaque qui se existimat stare videat ne cadat.* Racio quidem exigit quod aliquis maturioris etatis existens in via plus labili diligencius caveat ne cadat, cum sit in statu fragiliori et hostis insidians per viam lubricam sit | sic temptando subtilior, et eo cercior quo verecundius est hominem cadere qui tot iuvaminibus est suffultus; cadit autem qui temptacionibus hostium consenciens succumbit vecorditer superatus. Et hec racio quare Christus per stratam regiam transiens in viando docuit confederacionem cum mundo deserere. Et cum religiosi nostri ad tantum stultificantur cautelis diaboli quod deserta ordinacione Christi sunt cum tradicionibus frivolis et dotacionibus seculi desponsati, et tamen quemcunque qui detexerit istam sentenciam dampnant ut hereticum et machinacionibus subdolis persequuntur.

Fol. 279a

Christ kept the royal road, but our religious have turned aside.

Sed quia inveterata malicia faciliter induratur ultra possibilitatem dileccionis hominis in diabolum transformati, ideo mandat Apostolus: *Temptacio vos non apprehendat nisi humana* ac si in nomine Christi preciperet, quia non in forma diaboli sint temptati. Necesse quidem est quod temptemur ab hoste triplici tamquam primus homo de consensu faciliter penitentes. Et est ista humana temptacio cuius est faciliter cadere et a peccato per penitenciam resilire. Alia autem temptacio qua privati ordines per multos centenarios annorum communiter indurantur est temptacio diabolica indurata, et per consequens illi sunt diaboli populum cum quo habitant seducentes.

7. nunquam; cod.: iniqua. 16. cercior; cod.: cercio (!). 30, 31. preciperet; cod.: p'ciperet.

11. I. Cor. X, 12. 30. ib. 13.

God will grant grace to all men, even to those hardened in sin, if they will accept it.

Nec est desperandum de potencia resistiva, quia repugnat fidelitati et iusticie Dei quod homo temptetur ad malum aliquod perpetrandum ultra hoc quod possit resistere, quia tunc Deus daret hostibus hominis potenciam et virtutem contra quam non posset iuvare hominem ad sibi fideliter serviendum, quod summe repugnat prime iusticie; ideo dicit textus: *Fidelis autem Deus est qui non pacietur vos temptari supra id quod potestis, sed eciam faciet cum temptacione proventum, ut possitis sustinere.* Quamvis enim irretitus peccato non sufficit cum illis paribus resistere temptatori, habet tamen potenciam ad resistendum, licet non habet sufficienciam propter suam stulticiam precedentem, sicut gratis faciens se vinciri et in lacum deici fit insufficiens ad resistendum longe debiliori, quamvis potencia maneat maior potencia devincentis. Sic est de peccatore: Potencia manet incorruptibilis, cum sit liberum arbitrium et rediret eadem vinculo male consuetudinis dissoluto. Ideo committat homo se Deo non ponens obicem ad recipiendum graciam. Et tunc non dubium quod Deus faciet omnem temptacionem provenire ad augmentum meriti sic temptati. Ideo dicit Psalmista Psalmo XXV°, 2: *Proba me Domine et tempta me.* Vel enim Deus cadere non sinit vel in casu quo sic egerit et sic vel coronat propter victoriam vel augmentat humilitatem et graciam, et sic casus est multis expediens ut resurgant in maiori gracia et caucius ac diligencius de cetero se preservent.

Yet the greatest of dangers is continuance in sin.

In omnibus autem istis oportet cavere tamquam summum periculum ne homo ex ignorancia irreciatur in rethi diaboli ultra hoc quod possunt cum illis paribus resilire, quia talis indubie est demonium meridianum. Et religiosis privatis timendum est specialiter de hoc lapsu, quia tantum confidunt de privatis observanciis et factis fratrum sui ordinis precellentis quod putant se prestare Deo obsequium, ut sint in augmento talis erroris amplius indurati. Et ista induracio omnino perturbat ecclesiam.

Circa istam epistolam dubitatur utrum *domini temporales possunt ad arbitrium eorum auferre bona tem-*

24. Cod.: quo sic deest. 29. Cod.: irretitatur. 35, 36. Cod.: amplius iniustati.

37. Cf. Conclusiones erronee, Concl. XVII: Item quod domini temporales possint ad arbitrium eorum auferre bona temporalia ab ecclesiasticis habitualiter delinquentibus vel quod populares possint ad eorum arbitrium dominos delinquentes corrigere. Fascic. ziz., pag. 280. Walsingham Hist. Angl. II, 59.

The Earthquake-synod has condemned as a dangerous error the conclusion that temporal lords may deprive delinquent clergy.

*poralia ab ecclesia habitualiter delinquente*, et dicitur quod ista conclusio tamquam error nimis periculosus a synodo Terremotus in Anglia est dampnata. Nec dubito quin caterva demonum de falsis fratribus interfuit ut temptatrix. Si enim sit hoc error nimis periculosus, tunc est falsum contra rectam viacionem ecclesie et sic heresis, eo quod *in scriptura sacra est omnis veritas* (ut sepe asserit Augustinus); et per consequens, cum iste error sit falsitas, sequitur quod sit ille scripture sacre contrarius. Et certum est quod pertinaciter defensatur, quia reges et principes credunt quod ad regaliam suam pertineat ita posse; nam dato opposito sequitur quod viri ecclesiastici, cum sint valde peccabiles, possunt regna et populum eorum destruere sine hoc quod regibus liceat clero resistere vel eius insaniam per ablacionem proprie elemosine que est ignis ad hoc excitans impugnare. Rex autem Anglie non posset licite punire corpora talium traditorum, si non posset licite subtrahere sua temporalia ab ipsis plus aliena, super quibus habet speciale dominium, et sic cum illa potestas regalia sit regis precipua, idem foret ipsam infringere et regimen regni subdole impugnare.

In doing so it condemned many Catholic kings.

Item, cum multi reges valde nobiles atque catholici crebrius exercuerunt illam potenciam, idem esset secundum talem formam oppositum eius asserere et hereticare eorum vitam ac animam postmodum condempnare, quod heredes re | gum Anglie et specialiter eorum filii Fol. 279b viriliter impugnarent. Sic enim ad similitudinem phariseorum et sacerdotum impetencium Christum de heresi imponerent regi suo de quo habent tantum temporale subsidium errorem et heresim manifestam. Sed Deus movebit cor regis, si sibi placuerit, ad destruendum istam vesaniam.

The clergy wish to assert capital lordship over their endowments.

Item, vel sunt ecclesiastici Anglie capitales domini reddituum et bonorum temporalium que rex eis donaverat vel econtra. Si primo modo, sequitur cum veris quod illi ecclesiastici sunt in maiori parte capitales domini regni nostri et sic quoad temporalia regi Anglie non subiecti.

To this end they have added a clause about the people depriving lords.

Quod videtur ipsos sentire eo quod proporcionabiliter ut papa se habet ad imperatorem quoad seculare dominium se habet clerus Anglie quoad regem. Et illud videtur sentire secunda particula dampnacionis

21. Cod.: sit deest. 31. Cod.: errem. 32. Cod.: si deest.

This clause is their own invention (i. e. is not part of Wyclif's teaching).

predicte: Error, inquiunt, nimis periculosus est sic credere vel quod *populares possunt ad eorum arbitrium dominos delinquentes corrigere*, nam superflue et sine aliquo previe, asserunt, globata foret ista particula nisi ad innuendum similitudinem quod, sicut domini seculares Anglie dominantur popularibus, sic clerici dominantur ipsis dominis. Sed audacter assero quod utriusque istorum assercio nimis perturbaret rempublicam et pacem atque concordiam regni nostri. Sed forte dicitur quod per adieccionem istius particule *quod possunt ad arbitrium eorum sic facere* tollitur omnis instancia in contrarium facienda; sed quomodocunque ecclesiastici presentes vel fratres locuti fuerint in presenti sedata tamen eorum insania et redeunte recta logica ac metaphisica, patebit clarius quod plane sequitur quod, si rex et domini non possunt ad arbitrium eorum sic facere, tunc non possunt facere, quia illud arbitrium vel est potestas iudiciaria vel actus iudiciarius huius potestatis et quodcunque detur si domini temporales non possunt sic facere secundum potestatem huiusmodi actum, omnino non possunt sic facere, quia si oporteret expectare arbitrium Romani pontificis vel arbitrium archiepiscoporum vel clericorum omnium regni nostri, rex vel seculares regni non haberent huius potestatem, sed resideret in clericis capitalibus dominis eorundem, et sic rex indubie non foret rex Anglie nec aliqui eius magnates domini temporales, cum necessario totum eorum servicium foret reducibile ad refugam Antichristum, et sic totum regnum foret plene hereticum. Regnum, inquam, plane defendit contrarium, et clerus si noluerit vel nescit hoc esse catholicum ex timore servili eciam foret hereticus. Et quantum ad illud additum *quod error iste sit nimis periculosus*, patet quod *timuerunt* in Terremotu, *ubi non erat timor*, quia certissimum medium ad pacificandum rempublicam foret servare et firmare solide legem Christi. Hoc autem fit per punicionem errorum et rectam evangelizacionem.

They object to the words 'if they see fit' but this is a necessary condition.

If the clergy are to decide on the need of confiscation, they become the chief lords.

The secular arm must have power to punish error.

Quantum ad punicionem errorum patet quod oportet esse in ecclesia in seculari brachio potestatem aliquam ad regendum, sicut manus iuvant oculos; aliter

1. Cod.: periculosius. 4. previe; cod.: p'me; pretextu? ib. cod.: asserent. 9. forte; cod.: porte. 13. Cod.: cedata. 31. Cod.: ut nescit. 39. Cod: ut seculari; ib. cod.: aliam. 40. Cod.: sic autem manus; ib. cod.: oculos et sepe. Hic aliquot verba exciderunt.

34. Psalm XIII, 5.

periret regnum atque respublica. Quod autem ex isto medio duplici pax ecclesie stabilitur, patet ex hoc quod tota perturbacio oritur ex peccato; sed hoc est medium ad ipsum efficacius destruendum. Cum enim pax a Deo descendit *omnibus hominibus bone voluntatis* per observanciam legis Christi, patet quod idem est in hoc Christo resistere et perturbacionem ecclesie. Unde talem pacem infamem non *venit Christus mittere in terram sed gladium;* unde satrape dicunt, ut propheta recitat, *Pax, pax et non est pax,* quia (ut Fides loquitur) *nemo Deo restitit et pacem habuit.* Fratres autem tamquam Antichristi discipuli (ut quidam prudens eloquitur) impediunt veram pacem, primo in hoc quod dimissa evangelizacione in qua voluntatem Dei plebi ostenderent innituntur ludicriis et prophanis. Nec mirum si ex tanta prodicione turbatur ecclesia. Secundo in hoc quod illud quod predicant dicunt symoniace, multiplicando mendacia, que est forma sceleratissima contra veram pacem perturbacionis maxime inductiva. Et tercio in hoc quod perturbacio plus sensibiliter consistit ex distribucione inequa temporalium, cum ex ea magis omnes mundo dediti perturbantur. Diabolus autem tamquam seminator lapidum cerasorum inter pueros seminat inter deditos mundo discordiam. Illi autem qui originant distribucionem talem inequam originant perturbacionem atque discordiam. Fratres autem ut custodes anime magnatorum et dominarum in absolucionibus et consulcionibus inducunt errorem in dominis per quos pax huiusmodi infirmaretur.

Friars hinder peace:
1. by frivolous preaching,
2. by preaching for money,
3. by causing unjust distribution of wealth, misleading the rich and spoiling the poor.

Et quoad plebem spoliant ipsam temporalibus quibus redderent firmam dominis et viverent ad sustentandum rempublicam; ad tantum enim quantum expendunt fratres superflue per inducionem eorum oneratur ecclesia; ideo nimirum trahunt secum maiorem partem stellarum seducentes episcopos; iam enim ex suggestione diaboli (quia discipulorum Antichristi) negant ipsi evangelizacionem sacerdotum pauperum nisi habeant ab eis licenciam | ; cuius racio non videtur nisi ut fratres sermocinaciones suas vendere possunt liberius et ut crimina in clero sint plus cautela diaboli

They hinder true preachers.

Fol. 279c

7. perturbacionem; adde esse. 12. Cod.: et quidem prudens. 16. Secundo; cod. ex errore scribentis: duplici. 23. Cod.: cirasorum. 39. Cod.: diaboli conculcata occultata.

8. Matth. X, 34. 10. Jerem. VI, 14. 11. Job. IX, 4.

occultata: Christus enim voluit habere ad evangelizandum Paulum et alios adiutores, sed prelati nostri non audebunt blasphemare in Christum quod sint ex sua potencia, ex sua sapiencia vel sua diligencia sufficienciores Domino ut perficiant istud opus. Quare ergo renuunt habere adiutores in evangelizacione legitima plus quam Christus, sicut sacerdotes predicti habent ex speciali dono Dei noticiam et animum evangelizandi? Sed nec licet Deo nec homini impedire ipsos, ne in hoc impleant verbum Dei, ut currat Christi sermo liberius. Ergo non licet episcopis in hoc impedire dictos presbyteros. Rex enim non tantum dominatur super liberorum temporalibus regni sui quin possint gratis dare elemosinas quibus volunt; ergo multo magis episcopus non dominatur tantum super sciencia pauperis presbyteri et aliis donis Dei quin possit libere ex titulo spiritualis elemosine gratis populo predicare, cum aliter nec Deus nec rex potest licite talia impedire. Qua fronte auderet Antichristus illa presumere? nam fratres videntes suas fabulas et mulcentes ac foventes peccatores et suas culpas statim licenciant ad populo predicandum, sed illos qui volunt gratis dare verbum evangelizandi sine mendicacione non sinunt evangelizare. Quod oritur indubie ex instinctu diaboli; nam procuracio sua semper circa magis difficile et plus perturbativum ecclesie, quid rogo istorum foret magis difficile vel plus perturbaret ecclesiam quod sacerdos Christi gratis diceret populo verbum Christi sine mendicacione vel lucro temporali vel quod frater seminaret populo frivola et mundo placencia ac post mendicaret avide et per consequens foret auditorio onerosus? Evangelium autem dicit (si volumus illi credere Matthei X°, 8) quod *gratis accepistis, gratis date.* Cum autem *iugum Christi sit suave et onus suum leve*, iugum autem Antichristi se habet contrarie, patet quod iugum Christi fratrum in tali predicacione sit vinculum Antichristi quod satrape decepti nituntur tantum defendere.

Bishops have no right to prevent priests from exercising God's gifts.

In isto ergo concilio Terremotus turbatur nimirum ecclesia; populus autem laicalis exoneratus mendicacione

The earthquake council has troubled the Church.

12. Cod.: non tamen. 19. Antichristus; Cod.: Xˢ = Christus. 24, 25. Rectius: Nam cum procuracio sua semper sit circa magis difficile. 26. Cod.: quod rogo. 33. Cod.: accepisti. 35. Rectius in tali predicacione fratrum.

33. Matth. XI, 30.

symoniaca fratrum et de audicione sermonum suorum frivolorum atque mendacium gaudet nimirum in recipiendo eorum oppositum. Qualis ergo foret prelatus qui in ista rectitudine populum impediret? Credo autem ex gracia Dei quod nec populus cessaret eciam invito episcopo verbum Dei audire secundum formam hanc evangelicam nec quod dicti presbyteri angeli Christi atque apostoli propter Antichristi instancias timebunt serviliter vel cessabunt; magnam quidem vim habet natura et inclinacionem ac facilitatem consimilem verbi Dei; ille ergo episcopus foret demonium meridianum et directe contrarius episcopo animarum qui necessitaret suos subditos ad audiendum fabulas mendicancium mendosorum et divertendum a predicacione evangelii gratis denunciancium catholicam veritatem.

The number of prelates adds no weight to the decrees.

Nec obest quod in Terremotu determinata sit hec heresis per plures satrapas, quia cum *multi sunt vocati pauci vero electi* est evidencius quod processit ex pluribus et forcioribus membris diaboli; ideo non est attendendum in talibus synodis ad multitudinem electorum, ut ex hoc arguatur topice quod diffinicio eorum sit magis heretica, sed attendendum est ad fundacionem sinceram elicitam ex scriptura.

Evil of bishops' imprisoning priests.

Communiter autem talis pars Antichristi onerat seculares dominos et alios eis subditos non honorat. Quid rogo profectus quod auctoritate regis Anglie episcopi et prelati sibi subditi incarcerent et occidant iniuste communiter fratres suos? Revera lucrum temporale consequenter non sibi evenit, sed expensis regis et regni fundantur tales carceres et carcerantes vel carcerati, et super hoc contingit regem ex consensu tali vel auctoritate dampnari perpetuo, eo quod sit carnifex fidelium et auctor sentencie Antichristi. Lucrum autem aliud regi vel regno nunc ex talibus incarceracionibus non expectes. Et ita reperies de omnibus declinacionibus Antichristi in quibus est contrarius meritorie utili et facili legi Dei. Fidelis ergo populus cum habeat largas ecclesias et verbum Domini non sic alligatum, non attenderet ad tales prepositos Antichristi.

14. mendosorum; recte: mardosorum. 27. Cod.: occident. 31. Cod.: rem ex.

17. Matth. XX, 16. Cf. Nomina episcoporum consentientium et praesentium in condempnatione, Fasc. ziz., pag. 286.

## SERMO XLIV.

*Scitis quoniam, cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.* I[a] Cor. XII°, 2.

Duty of gratitude to Christ for bringing us to the true religion.

In epistola ista docemur quomodo debemus ex recepcione prioris beneficiencie grati esse Christo. Quamvis enim secundum Senecam 'De Benificiis' *est ingratitudo naturaliter detestanda*, commemorat ergo Apostolus quomodo fideles Corinthii sunt a gentilitate bestiali graciosius revocati. *Scitis*, inquit, *quoniam cum gentes essetis*, hoc est, iure gentiliter viventes secundum legem corruptam, ut geniti tamquam ydolatre turpissimi *ad* | (Fol. 279[d]) *simulacra muta prout ducebamini* ex instinctu diaboli erratis, nunc ad unum simulacrum euntes et nunc ad aliud. Hoc autem foret humane nature turpissimum, cum homo detestatur turpem uxorem, turpem partum et turpe ornamentum, sed usque ad caligam multo magis horreret turpem Deum qui est quodcunque simulacrum quod in nomine Domini quis honorat; magis ergo et graciosa gratitudo Christi fuit gentiles ab istis erroribus revocare; sed similis videtur necessitas hodie revocare superiores ecclesie ab infidelitate ydolatrie. Nam reges et temporales domini in pena peccati prioris ducuntur ut bos ad iugum diaboli, ut consenciant machinato facinori Antichristi, et in tantum cecati sunt et ex diabolo prevalente in eis adeo simulati quod assumunt ut evangelium quod oportet eos eciam contra evangelium diabolo taliter obedire.

Our prelates have turned away to a false one.

Nec dubium quin vadant ut sic ad simulacra muta et tradiciones prophanas quas in Antichristo participant ex consensu, sed contra omnia talia debemus clero et cuicunque fideli vel infideli ut fidem supponere quod non valet in clero usus, lex vel privilegium vendicatum, nisi de quanto in Christi evangelio est fundatum. Immo docto quod aliquod talium repugnat Christi evangelio, ministerium foret debitum seculari brachio istud infligere, quod aliter plus honoraret infideliter tradiciones frivolas Antichristi quam leges et ordinaciones domini Jesu Christi.

5. Cod.: esse deest. 6. Senecam; cod.: sene. 36. Cod.: honeraret.

1. Dominica decima post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 336—339. 6. Seneca, De Beneficiis lib. I, 1. III, 1.

In setting other teaching above Christ's we implicitly call Him accursed.

Et certum est quod quicunque talis fuerit tamquam plenus spiritu diabolico et volens desideria patris sui facere, loquitur verba ista sua. Unde Apostolus signanter subiungit: *Ideo notum vobis facio quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu.* Quicunque enim magnificat tradiciones suas contrarie ordinacioni Jesu dicit implicite verbo et opere quod Jesus excommunicatus fuerat vel divisus a Deo, et sic dicit sibi implicite anathema. Et cum Spiritus Sanctus ymmo tota Trinitas approbat cuncta eius opera atque dicta, patet quod nullus talis qui ex auctoritate Spiritus Sancti loquitur imponit Christo huiusmodi anathema. Et patet blasphemia satraparum qui innuunt implicite ultra Saracenos vel quamcunque sectam infidelium quod Christus in tradicione sue legis excommunicatus fuerat et perversus. Ipsi in verbis fatentur quod sunt veri et approbant Christum Deum sed factis expresse negant, cum in re subvertunt eius ordinacionem ac legem longe copiosius quam faciunt Saraceni. Ubi (queso) unquam auditum est eciam inter Iudeos quod qui gratis predicaverit Christi evangelium carceri mancipetur, qui autem discolariter trutannizaverit et symoniace populum spoliaverit approbetur? Hoc autem est malum a quo habent Dei filii virtutem et potenciam declinare. Et ex alio latere patet quod impossibile est quemcunque fructuose *dicere Christum dominum Jesum suum, nisi in spiritu* fuerit roboratus. Si enim secunda persona fuerit eius dominus et salvator, tunc ex gracia Sancti Spiritus illud fiet. Et patet quam multi sunt false et nominetenus christiani, quia omnes qui tradicionibus novellis legi Christi contrariis nituntur; illi enim intendunt implicite divisionem in Trinitate, quod est summe hereticum et blasphemum. Cum ergo non sit possibile viatorem aliquem meritorie operari, nisi fuerit de Christi familia, cum dicat Matthei XII°, 30 *qui non est mecum contra me est*, patet quam preciosus est iste titulus viatori. Licet autem sint divisiones in operibus Trinitatis tam bonis quam malis, est tamen summa unitas in Deo atque concordia a quo procedunt hec dona;

12. Cod.: Christo huius. 26, 27. Cod.: nisi in spiritu fuerit twice.
26. Cod.: personana.

4. I. Cor. XII, 3. 26. ib.

ideo dicit Apostolus: *Divisiones vero graciarum sunt, idem autem spiritus; et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus; et divisiones operacionum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus.* Tres autem divisiones procedunt a spiritu domino Deo nostro de quibus debent omnes et singuli contentari; quidam autem habent gradus dispares graciarum de quibus debent omnes habituati gracias agere unitati spiritus a quo tam dispariter hec procedunt. Ad tantum quidem Dominum pertinet habere gradus valde dispares ministrorum et per consequens prius est necessarium habere gracias valde dispares ad debite ministrandum, et cum Deus operatur omnes operaciones creature de quanto bonum nature sapiunt, patet quod de necessario omnes operaciones moraliter bone vel male ad unius Dei unitatem reducuntur a quo oportet illas procedere secundum dispares raciones; ideo non est aliquod opus tam malum in Antichristo vel eius discipulis quin quodammodo prosit ecclesie; ideo cum Deus Spiritus Sanctus est et tantus dominus et tante videns utilitatem sue ecclesie, laus sit illi.

The difference of God's gifts.

Signum autem quod viantes sint de Christi familia est quod de tali variacione nolint contendere sed de pulcritudine divini operis contentari. Novem | autem sunt gradus varietatis tamquam novem angelorum ordines in quibus scintilla Domini pulcritudinis intimatur. Ideo dicit textus: *Unicuique datur manifestacio spiritus ad utilitatem;* nam diversa membra ecclesie habent diversas noticias experimentales de suis officiis, et ex fide concipiunt quod omnia ista cedunt ad utilitatem unius ecclesie necessariam (quod non est divisio vel apostasia in militante ecclesia quin prosit ad laudem) et honorem reducuntur matris nostre. Cum per talem obfuscacionem datur occasio, ut illa detersa fiat postmodum speciosior et clarior in membris que Deus ex gracia dignabitur fide stare, ideo dicit Apostolus: *Unicuique datur manifestacio spiritus ad utilitatem,* hoc est, unicuique membro ecclesie manifestatur in proximo effectus spiritus Dei, non ad utilitatem servi sed ad utilitatem sancte matris ecclesie; quod de novem gradibus tamquam de novem ordinibus angelorum ostenditur.

Fol. 280[a]

Christ's true followers will not contend about these gifts, but accept God's work as beautiful.

25. Cod.: tamquam nomen. 26. Cod.: sintilla.

1—4. I. Cor. XII, 4—6. 27, 36. I. Cor. XII, 7, 8.

Enumeration of the nine gifts.

*Alii*, inquit, *per Spiritum datur sermo sapiencie.* Iste autem gradus tamquam altissimus attingit divinam noticiam et alcius dirigit ecclesiam militantem quare et qua racione debet procedere. Secundo autem datur *alii* membro ecclesie *sermo sciencie secundum eundem Spiritum*, cum apostoli habuerint noticiam veritatum fidei ad ecclesiam alte et fundabiliter instruendum. Ipsi autem et posteriores eorum vicarii habuerunt noticiam bassiorem ad consilia et opera particularia ecclesie dirigenda.

Tercio datur *fides alteri*, quia generaliter prius natura vel tempore cognoscit viator veritates fidei, antequam ipse illas cognoscat per interiorem illustracionem vel a posteriori demonstracione; ideo istud donum tercium oportet supponere tamquam aliis fundamentum. Nec dubium quin *ab uno eodemque Spiritu* eidem membro ecclesie istud evenit.

Quarto quia miracula sensibilia et specialiter circa sanitates hominum affectatas confortant et confirmant rudes ecclesie, ideo dicit Paulus quod *alii* membro ecclesie *datur gracia faciendi* in proximo *sanitates*, ut Christus promisit Matthei ultimo et patuit de Petro et Paulo apostolis cum multis aliis, ut patet Act. . . . . et XXVI°.

Quinto *datur alii* membro ecclesie *operacio virtutum* ostendencium in populo Dei potenciam et virtutem, ut contingit de stacione solis Josue et divisione maris Exod. . . . . cum eis similibus; aliud enim est miracula plebi facere et aliud virtutes Dei in illis ostendere, cum infideles miracula possunt cernere et tamen discredere.

Sexto *datur alii* membro ecclesie *prophecia*, cum apostoli habuerunt prophetis legis veteris maiorem certitudinem prophecie, et nos qui scripta eorum constanter credimus, habemus licet remissius spiritum prophecie, cum ista que sunt procul a populo tam noticia quam tempore constancius predicamus; et illa est necessaria ad providendum pro periculis futuris ecclesie ad cognoscendum Dei noticiam et ad diligendum eius salubrem gubernacionem.

11. Cod.: fideles. 23. Act.: sequitur lacuna. 28. Exod.: sequitur lacuna.

1, 5, 11. I. Cor. XII, 7, 8. Cf. Johannis Wyclif, De Septem Donis Spiritus Sancti, Pol. Works, I, pag. 208. 16. I. Cor. XII, 9. 20. ib. 25, 31. ib. 10.

Septimo *alii datur discrecio spirituum* utrum sint boni vel mali, diaboli vel beati; sathan quidem quandoque transfert se in angelum lucis et multis patribus tam legis nove quam veteris sunt spiritus varie apparentes. Nec dubium quin spirituale donum Dei sit spirituum istorum qualitates scire distinguere.

Octavo *dantur alii genera linguarum*, ut sciat eloqui fidem scripture variis gentibus (ut patet de apostolis Act. I°).

Sed nono et ultimo *datur alii interpretacio sermonum* fidei in scriptura, ut sunt doctores et predicatores fideles usque hodie ecclesiam illustrantes. Et hec omnia novem dona operatur unus ac idem Spiritus, et non sicut gentiles crediderant errando, putantes quod Minerva dedit a proprietate sapienciam, Mercurius eloquenciam, et ita de aliis donis Dei.

Sed pro solucione obiectuum in ista materia et inutilium questionum dicit Apostolus quod *spiritus Domini dividit omnia ista dona singulis* membris ecclesie, *prout vult* et noscit ecclesie et illis prodesse.

God's knowledge extends to all details.

Ex quibus patet primo quod Deus habet distinctissimam noticiam singularium et non confuse ipsa noscit, ut quidam erranter dixerunt, sub intencione vel nomine transcendentis. Patet secundo quod causa sufficiens et quietans fideles ad respondendum vane querentibus quare Deus tam varie ista facit quod ideo quia *vult*. Cum enim sit omnipotens, si vellet aliud vel aliter in mundo fieri, itaque esset. Et patet tercio reieccio questionum quibus quidam querunt, utrum Deus de potencia sua absoluta posset velle aliter vel melius quoad productum; quid ergo est utile ecclesie in ista materia diffinire? Nec est pudendum quod multa sunt queribilia que particulariter ignoramus. Satis est ergo fidelibus plene cognoscere quod si Deus voluerit poterit ita velle, et ista videtur mihi nunc via prudencior | quam responsio illa particularis secundum quam fui in ista materia in minori etate sollicitus. Quando enim vita hominis breviatur, debet ad doctrinam salubriorem attendere vanis et inutilibus pretermissis.

His will is a sufficient reason.

There are many things of which we must be content to be ignorant.

Fol. 280b

1. Septimo; cod.: 9°. 2. Satham in cod. 13, 14. Cod.: non sint gentiles. 14. Minerva; cod.: munera.

1. I. Cor. XII, 10. 7. ib. 10. ib. 19. ib. 11.

The Earthquake-Council has affirmed that a person profits more by special prayers on his behalf than by general prayer.

Circa hoc evangelium dubitatur utrum per Spiritum sapiencie atque sciencie datur vianti cognoscere si *speciales oraciones, applicate uni persone per prelatos vel religiosos, plus prosunt illi persone quam generales oraciones eidem persone;* et catholica est affirmativa huius dubii ac hereticatum huius oppositum in concilio Terremotus. Et cum nec racio nec scriptura videtur confirmare istorum prelatorum sentenciam in hac parte, videtur quod licet circa illam dubitare.

This is false.

Videtur autem quod sentencia quam catholicant sit falsa. Primo sic: Oraciones generalissime sunt maxime necessarie cuilibet salvando, ergo nulle speciales oraciones applicate uni persone etc. plus prosunt quam generales applicate eidem persone.

Probatur consequencia ex hoc quod oraciones generalissime quas Christus dixit maxime profuerunt illis pro quibus oravit, ergo nulle oraciones sic applicate magis profuerunt quam alique generales; et cum Christus sit semper vivens ad interpellandum humanitus pro quolibet salvandorum, videtur quod nulla oracio specialis sic applicata plus prosit viantibus quam alia generalis.

Et consimile est argumentum de beatis in celo pro nobis generaliter orantibus et de oratoribus hic in via qui ad similitudinem triumphantis ecclesie oracionibus generalibus magis prosunt, quia (ut suppono) ad similitudinem triumphantis ecclesie ex maiori caritate orant pro viatoribus. Et si dicatur quod applicacio talium oracionum generalium magis prosit, cum necessario Deus applicat omnes oraciones, quecunque profuerunt, videtur quod oraciones generales tantum prosunt sicut alique speciales.

The application of prayers rests with God.

Confirmatur per hoc quod nulla oracio prodest homini nisi de quanto Deus acceptat eam et applicat, ut sibi prosit; sed sive attendatur ad dignitatem oracionis sive ad dignitatem persone iuvande, eque contingit Deum acceptare oracionem generalem sicut specialem aliquam ad iuvandum. Ideo theologizare que oracio plus prosit homini videtur esse de sensu Dei abscondito divinare.

3. Cod.: applicat. 4. Recte: non plus.

3. Conclusio XIX: Item, quod speciales oraciones, applicate uni persone etc. . . . . Cf. Fasc. ziz., pag. 281.

If a man could assign prayer, it would be in his power to change the eternal will of God.

Item, cum oportet omnem fidelem attendere quod quelibet oracio prodessens alteri precise de tanto prodest de quanto Deus eam acceptat et ut vult personam pro qua oratur iuvari per illam, videtur quod est in potestate orantis specialiter facere Deum velle ut persona pro qua specialiter oratur tantum vel taliter sit adiuta, quod videtur sapere blasphemiam. Si enim omnia que evenient de necessitate evenient, non videtur quomodo specialis oracio magis prosit, eo quod sive oretur generaliter vel specialiter sive non oretur pro illa ab ecclesia militante, de necessitate tantus profectus proveniet proporcionabiliter ut persona iuvanda fuerit Deo digna. Si autem negetur quod omnia que evenient de necessitate evenient, adhuc oportet ad dignitatem persone et voluntatem divinam attendere et penes illam maioritatem iuvancie mensurare. Quibus habitis cum sentencia catholica oportet dicere quod (ut oracio) plus specialiter voluntas Dei intenditur ad iuvandum. Sed quid blasphemius quam quod Dei volucio sic variatur? Et consequitur opus nostrum; nam opinans non dicet quod quelibet Dei volucio sit invariabilis et eterna, ymmo hoc dato oportet quod, sive generaliter sive specialiter oret pro aliquo, stabitur diffinicioni divine eterne; quam non est in potestate hominis variare; et sic sive homo intenderet sive remiserit intencionem ad prodessendum persone alteri pro qua orat, impertinens est quod illa persona per oracionem huius plus iuvetur.

Profit of prayer comes 1. because the prayer is good; 2. because God has willed the person to be helped.

1. The prayer may be good, but the person unable to profit.

Item, quelibet talis prodessencia vel iuvancia vel penes hoc attenditur quod est bona in sui natura vel penes hoc quod Deus vult illam personam pro qua sic oratur ad maximum a Deo adiuvari, ita quod quilibet adiuvans ad finem illum ad tantum adiuvet, sicut iuvans aliquod assignandum, et multi trahunt navem et quilibet eorum tantum trahit ut aliquis qui totam navem, licet non apposuerit tantum nisum; primo modo non, tum quia potest esse bonum in sui natura et non meritorium alicui, tum eciam quia stat personam pro qua oratur quantumcunque oracio fuerit meritoria ex sui incapacitate et per oracionem huius ad beatitudinem non iuvari, ut patet de orante prescito inhabili pro quo oratur. Si secundo modo, tunc cuilibet vianti oratori est dubium quante oracio sua quantumcunque specialis

2. Cod.: et tanto.

2. No one can know that his prayer is good.

fuerit proderit elemosinanti. Ex quo patet quam blasphemum est elemosinas tales vendere pro corporali precio vel mutare, quia neutra pars noscit utrum emptum vel venditum proderit mercenanti.

Other difficulties in assigning profit.

Nec valet dicere quod oracio proporcionaliter ad | eius valorem prodest elemosinanti supposita eius capacitate, quia elemosinans iam mortuus non habet iuvamen in anima divisibile secundum suas partes quantitativas aut qualitativas. Et quantum ad iuvamen corporis, non est fingenda racio quare oracio unam partem premii a proprietate habeat, quin per idem quantumcunque, vel quare specialiter proderit uni persone ecclesie et non supposita equa capacitate proderit eciam adeo cuicunque. Et conformis est racio de proporcione oracionis generalis ad oracionem individuam quoad mores. Fol. 280c

All depends on God's acceptance, which is unknown to us and rests chiefly on the worthiness of the recipient.

In ista materia videtur michi quod non est de equivalencia oracionum huiusmodi sompniandum, sed tantum precise valet quecunque racio quantum Deus ipsam acceptat ad prodessenciam et iuvanciam alicui, quod (ut plurimum) est nobis incognitum; ideo debet predicari hominibus pro quibus fit talis oracio quod tantum precise valebit illis quantum apud Deum se ipsos dignificant, et sic forsitan in nullo eis proderit quantumcunque specialis fuerit, sed nocebit. Sicut enim oracio vel quodcunque meritum ecclesie prodest capacibus secundum distribucionem Deo cognitam, sic demeritum iniuriatur vel dampnificat homines proporcionabiliter ut Deus tardaverit propter huiusmodi demeritum hos iuvare. Tota ergo racio iuvaminis vel impedicionis oracionis talis vel meriti stat in acceptacione vel in deacceptacione divina; ideo iuvet se ipsum homo in vita propria stando pro ordinacione et lege Christi quantum sufficit et penes hoc tam generalis quam specialis oracio ecclesie se iuvabit. Et hinc sepe contingit quod destruendo privatos ordines, privata loca, privata collegia et quecunque alia a lege Dei exhorbitancia plus iuvat vel proficit cuilibet de ecclesia quam iuvat quecunque oracio quantumcunque specialis. Unde videndum est ad quantitatem iuvaminis vel prodessencie ad qualitatem oracionis vel ad qualitatem persone pro qua oratur, ut oracio plus prodest ecclesie quam isti persone A vel nichil forsitan sibi prodest.

6. Cod.: ens valorem. 16, 17. Cod.: equavalencia. 21. Cod.: hominis.

If this were generally preached, Christ's law would be more followed.

Et ista materia fideliter predicata vulgaribus contingerent privatos ordines expensas spiritualium oratorum et omnino facerent viatores in vita sua meritoria secundum legem Christi primevam confidere. Et credo quod intencio generalis iuvaminis ad istam sentenciam plus prodesset ad oracionem utilem quam quotquot intenciones private iuvarent vel sic intendentem vel alium pro quo orat; nam omnes operaciones meritorie et specialiter ille quibus intenditur et iuvatur ordinacio Christi primeva afferunt persone et ut capaciores sint plus suffragii spiritualis; nam (ut dictum est superius) nimia blasphemia est asserere quod quicunque viantes possent ad libitum quecunque merita plus vel minus ad prodessendum persone quam plus diligunt applicare. Nec dubium quin quecunque vita vel operacio sanccior est, oracio utilior, et sic contingit quod taciturnitas vel operacio circa edificacionem ecclesie est oracio utilior quam quecunque intenta specialissime ab orante. Nam non in labiis tantum sed in toto corpore sed specialiter in anima consistit oracio Deo placita. Non tamen nego quin multum proficit sic orare vocaliter, dum tamen animus sic orantis attenditur.

It is suspicious that the Council had nothing to say as to the prayers of secular priests and faithful laymen.

Et patet quod plus prodest conducere oratorem recte viventem quam quemlibet prelatum vel fratrem plus a lege Domini declinantem. Ideo clerus collectus in synodo Terremotus non sine causa racionabiliter suspecta pretermisit oraciones secularium sacerdotum et oraciones alias fidelium laicorum. Si enim ad vitam et regulam ordinatam Christi attenditur, ipsi sunt communiter prelatis cesariis et privatis ordinibus apciores et magis laudabiles oratores, eo quod vita eorum est auctorizacioni Christi propinquior. Nec sequitur ex isto superflue orare specialiterve pro partibus ecclesie ordinate, quia sepe dicemus in talibus plus caritative Deum et ecclesiam suam diligere; debemus tamen regulariter plus Deum et post universalem ecclesiam Dei diligere et tercio proporcionaliter ut Deus magis diligit maius bonum, continue dicentes in animo Deo nostro *Fiat voluntas.* De quanto enim magis humiliter illud dixerimus, magis matri nostre proficimus, et pro .... quam nuda est diffinicio Terremotus, cum sit impertinens utrum oracio specialior vel generalior plus prosit ecclesie, communiter tamen ge-

40. et pro; hic verbum excidisse videtur; Rectius et probo.

neralior cum sit oracioni Christi similior est ecclesie et partibus capacibus apcior quia Deo accepcior, cum Deus plus diligit res communes. Et sic nisi varie simul illuminatur et accenderetur ecclesia plus prodesset sibi orando nude | dicere oracionem dominicam. Et patet solucio ad obiectus, communiter namque constituendo speciales oratores et promovendo eos aliter quam lex Christi ordinat peccatur graviter ad retardaciones ecclesie militantis.

Fol. 280[d]

## SERMO XLV.

*Notum facio vobis evangelium quod predicavi vobis.* I[a] Cor. XV[o], 1.

Meaning of ,evangelium.'

In ista epistola Apostolus innuens commendacionem sui evangelii racione quadruplici docet fructum beatitudinis ex eo finaliter consequendum. Evangelium enim dicitur ab *eu* quod est bonum et *angelum* nuncium, quasi bonum nuncium, nec refert sive pronuncietur evangelium seu euangelium. Stultum quidem est de pronunciacionibus vocum tantum contendere, ut in una lingua eadem sentencia profertur varie in Austro et Boria; nec est tantum sacramentum in sonacione verborum lingue latine, et sic quod maneat recta sentencia. Et patet (ut sepe asserui) quod omnes quatuordecim epistole Pauli et alie canonice cum actibus apostolorum et quatuor libris evangeliorum evangelium possunt dici. Si autem plus amplicetur terminus, non contendo. Non enim est racio quare ista epistola Pauli et epistola ad Galatas sit evangelium, ut est ex fide credere, quin per idem et alia scripta apostolorum.

All the Apostolic writings may be counted as Gospel.

Great authority of St. Paul, as having been rapt into heaven.

Cum autem auctoritas dicentis multum commendat nunciata, patet quod ex raptu Pauli ad tercium celum (in quo audivit archana verba, que non licet homini loqui) cum excellencia sue conversacionis rectissime tam ex Deo in Paulo tubante quam ex vase verbum sanctificante sit hoc evangelium devocius acceptandum. Ideo dicit: *Notum vobis facio evangelium quod predicavi vobis.*

12. Cod.: I[a] Cor. III[o]. 18. quidem; cod.: quidest est. 24. Cod.: alie a canonice. 28. Cod.: Galatos. 31. Cod.: nunciat.

10. Dominica undecima post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 339—341.

Liquor enim perfectissimus exspirans a tanto vase est ultra oleum emanans a tumbis sanctorum inducens sanitatem corpoream acceptandus; nam longe plus sanitas anime quam sanitas corporis est laudanda, et inter omnes operaciones viantis evangelizacio antecellit.

General acceptance of his Gospel by the Church.

Secundo commendatur evangelium Pauli in isto quod Greci qui tunc reputati fuerunt sapientissimi, ymmo generaliter secta christianorum gratis acceptavit Pauli epistolas. Ideo secundo subiungitur: *Quod et accepistis.* Inter alia quidem miracula que fecit Dominus fuit unum de maximis quod per tam paucos predicatores et apud mundum tam abiectos evangelium tantum supra sensum humanum tam difficile ad credendum et servandum apud carnem et seculum tam late in tam brevi tempore seminaret. Nec dubium quin illud non contingeret nisi in hiis verbis vite verbum Dei miraculose ageret.

Its elevating doctrine.

Tercio commendatur evangelium istud per hoc quod erigit accipientem ad Deum et celestia contemplanda et affectanda subiectis temporalibus supra bruta. Unde secundum Aristotelem XIV° De Animalibus solus homo inter animalia erectum habet caput ad celum propter substanciam divinam qua homo participat, et secundum theologos anatomia de stacione hominis non solum est ut rectus habeat animales spiritus puriores, sed ut mistice contempletur celestia et non inclinetur in sensu suo tamquam bestia ad terrena. Ideo Apostolus alludens isti sensui dicit Corinthiis quod *in evangelio isto statis.*

Its aim; the bliss of heaven.

Present need that it should be preached.

Sed quarto cum a fine attendi debet rei perfeccio, videndus est terminus ad quem ducitur subiectum hoc evangelio alteratum; et cum sit beatitudo que est terminus perfectissimus quem creatura aliqua potest attingere, patet quod evangelizacio racione istius termini est perfecta. Lex ergo evangelii tante perfeccionis sitibunde debet hauriri et populo predicari ac alie leges humane que ab ista distrahunt debent abici ut prophane, quia Psalmo CXVIII°, 21 scribitur: *Maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Et ista declinacio creditur esse causa quare ecclesia non stat erecta contra dia-

19. et celestia; cod.: et ceteri a (cet$^{li}$ a). 35. Cod.: scitibunde; ib. Cod.: predicare.

21. Aristoteles, De animalibus hist. I, 15, 494. Cf. Trialogum lib. II. cap. VI, pag. 94. 28. I. Cor. XV, 1.

bolum sicut olim; ideo (ut sepe dixi) ista predicacio qua predicantes dimittunt evangelium et annunciant populo mendacia, ludicria et prophana est maior pars cause perturbacionis ecclesie. Si enim populus audiret in talibus predicacionibus regulariter verbum Dei, ad aliquid attenderet et servaret, nec lex Christi ad tantum sterilesceret sicut modo.

Preaching useless if it does not produce its end of good life.

Sed in ista evangelizacione potest esse labor inutilis et, posito quod Apostolus predicaverit genti verbum Dei quoad memoriam et complecionem evangelii negligenti, eciam posito crediderint rudimentis fidei sine hoc quod fructum fidei in virtuosis operibus servaverunt, labor evangelizantis quoad talem populum foret frustra. Labor enim ex II$^o$ Physicorum fit frustra, quando finis non sequitur qui ex recta intencione opificis intenditur. Ideo dicit Apostolus: *Qua racione predicaverim vobis, si teneatis nisi frustra credideritis*, ac si diceret, non est signanda racio quare ipsis sic evangelizaverit nisi teneant memorialiter et opere exequantur, nisi, id est, si non huiusmodi, fi | nis sequitur, tunc frustra crediderunt, cum *fides sine operibus est mortua*, eo quod fides est fundamentum ad fideliter operandum. Si autem sic fructuose teneant verbum Christi, tunc ostendunt in facto qua racione eis taliter predicavit et aliter non.

Fol. 281$^a$

Paul preached Christ's death, burial, resurrection and appearance after death.

Nec solum frustrantur a sua audicione et credulitate sed ex negligencia reprobantur. *Tradidit enim* Paulus Corinthiis *fidem quam accepit* a Domino, cum fides debet esse principium ad opera meritoria que sequuntur. Quatuor autem articulos fidei de Christo predicavit Corinthiis qui presupponunt Christi incarnacionem et nativitatem. Docuit enim eos primo *quod Christus mortuus est pro peccatis nostris* non suis (ut patet Isaie XLII$^o$,5); *sepultus est* ut veritas mortis eius plus probaretur miraculis (ut patet Matthei XXVII$^o$); tercio *resurrexit tercia die* accipiendo primum diem et ultimum synecdochice secundum partem quartam, incipiendo diem naturalem a medio noctis; quarto *apparuit Petro et aliis* (Matth. ultimo).

14. Cod.: sit frustra. 35. Cod.: synodo$^{ce}$. Cf. De Ben. Incarn., pag. 56.

14. Arist. Physic. Ausc. II. 3. 16. I. Cor. XV, 2. 21. Jac. II, 26. 26. I. Cor. XV, 3. 31—34. ib. 4, 5.

*The witnesses of Christ's resurrection*

Apostolus autem exprimit personas autenticas quibus Christus apparuit post resurreccionem ut Petrum (Luce ultimo), secundo vero apparuit post octo dies Thoma presente (ut patet Joh. XX°), sed tercio apparuit *quingentis fratribus simul* in Galilea (ut patet Matth. ultimo). Unde in confirmacionem efficaciorem huius apparicionis dicit Apostolus quod *multi* illorum fratrum *manent usque adhuc*, testantes viva voce dictam resurreccionem. Et istud triplex testimonium magis notabile sufficit Apostolo, quamvis (ut patet alibi) erant duodeviginti quoad quartam visionem qua *visus est Jacobo.* Dicunt quidam quod facta est die Pasche, alii autem quod facta est post tres visiones predictas, quando Jacobo ex speciali devocione singulariter Christus apparuit. Sed priores dicunt quod *deinde* non dicit ordinem temporis sed ordinem visionis laudabilis in vidente. Unde quia Jacobus vovit quod non comederet, antequam videret Dominum (quod non est valde laudabile), ideo Apostolus premittit hanc visionem triplicem ante illam. Sed ista contencio variacionis non est nobis utilis, ideo est tacenda. Quinto autem visus est Christus *omnibus discipulis* in sua ascensione (ut patet Matthei ultimo); in qua visione videtur oportere ponere plures quam undecim viros quibus Christus visus est apparicione secunda (de qua Joh. XX°); quod potest intelligi mixtim de viris et feminis vel mixtim de discipulis qui non erant apostoli. Sexto et ultimo apparuit Christus Apostolo quod quidam intelligunt in prostracione Pauli Act. IX°. Ideo dicit: *Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est et michi. Ego enim sum minimus apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.*

*Three meanings of abortive. All apply to St. Paul.*

*Abortivus* autem dicitur tripliciter: vel si extra tempus debitum nascatur vel si cum violencia et dampno materni uteri educatur vel si non ad debitam quantitatem vel alia genito naturalia producatur, que tria vere et humiliter de se sentit Apostolus. Nam alii vocati sunt ante missionem Spiritus Sancti ad apostolatum et visionem resurreccionis Christi, sed Paulus posterius; alii sponte

4. Cod.: ut no patet. 5. Cod.: fratribus twice. 10. duodeviginti; slc cod. 29. Cod.: abortavo. 31. Cod.: sum deest. 39. Cod.: Palus.

7. I. Cor. XV, 6. 8. Cf. Sermon. Pars I, pag. 167. 11. I. Cor. XV, 7. 21. ib. 29. ib. 8, 9.

conversi sunt, ipse autem violenter quasi precisus de utero synagoge quam per suum exitum diruperat et quassavit (ut patet Act. IX° et infra), et tercio cum ab aliqua perfeccione cuiuscunque alterius apostoli Paulus in prodiendo in synagoga defecerat, signanter et vere vocat se ipsum *abortivum* et *apostolorum minimum*.

Every saint has his point of weakness.

Sicut enim sancti in quadam preminencia excedunt alios, racione cuius vere dicitur non est inventus similis illi, sic quilibet sanctus habet vestigium singularis defectus quod sit sibi causa vere humiliacionis. Ideo Paulus istum defectum in se considerans verum dicit quod est *minimus apostolorum* quoad racionem istam et non secundum illam est dignus vocari apostolus. Non enim licet credere quod Paulus propter devocionem in istis sermonibus est mentitus. Unde Apostolus referens verba sua ad tempus quo blasphemavit, pro quo in parte sed non totaliter fuit excusatus, sic infert: *Quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.*

St. Paul attributes all that is good in him to the grace of God.

Sed inferius recognoscens Dei magnificenciam recognoscit se per eius graciam magnificatum eciam supra alios apostolos, dum sic dicit: *Gracia Dei sum id quod sum, et gracia eius in me vacua non fuit.* Licet prima proposicio intelligi potest tripliciter, primo in nominativo intelligendo subiectum, secundo intelligendo ipsum in ablativo, et intelligendo id quod est apostolus pro eius essencia naturali, sed tercio videtur mihi pertinencius, intelligendo hoc signum *gracia* in ablativo et intelligendo per hoc signum *id quod sum* essencia christiani secundum quam homo fit membrum ecclesie, cui vivere est Christus, et per graciam nova quodammodo creatura; unde ad magnificandum quia plus omnibus laboravit statim attribuit totum laborem et dignitatem sui | laboris Fol. 281b Dei gracie dum sic infert: *Gracia eius in me vacua non fuit*, quasi diceret Deus ex se et non ego ex me operatus est per graciam in me ut nudo organo et sic qui dedit graciam applicavit illam ad opera. Ideo sit laus illi.

The apostles were not free from sin;

Circa hanc epistolam dubitatur utrum Paulus et ceteri apostoli peccaverunt continue in viando, et videtur quod sic, quia nullus eorum fecit continue post mis-

1. Cod.: prescisus. 7. Cod.: preeminencia provincia.

21. I. Cor. XV, 10.

sionem Spiritus Sancti plene ut debuit, sed eo ipso quod in illo defecit peccavit continue saltem venialiter, ergo conclusio. Et istam sentenciam videtur Veritas innuere Matthei VI°, 12, ubi docet viatores quoscunque orare: *Dimitte nobis debita nostra, sicut* etc., ubi superflueret orare pro dimissione debiti plus quam in patria nisi debitum saltem peccati venialis in viatore generaliter remaneret.

as follows from the words of St. John.

Item, si viator vivit per tempus plene ad regulam, sic non habet ex donis Dei unde vivere debet perfeccius, ut oportet concedere de assignato homine sic peccante, patet quod talis de se vel quocunque alio hoc asserens presumit contra paranimphum; Evangelista qui scribit I. Joh. I°, 8 in memoriam ad istam heresim: *Si dicimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est.* Idem enim est ad sensum Dei in Evangelista non peccare et peccatum non habere, quia (ut contendunt sophiste) quilibet viator peccatum non habet, non solum quia quilibet ab aliquo peccato fratris excluditur, sed quia omnes homines non habent peccatum aliquod, cor vel caput, licet habeant peccata, idem ergo est ad sensum Spiritus Sancti peccatum non habere et (dum vivamus in vita sensibili) non peccare; quamvis autem quidam ante mortem habeant datum a Deo singulariter quod faciunt plene ad regulam diligentes Deum quantum debent, oportet tunc ipsos esse exclusos a vita sensibili, quia Exod. . . . . scribitur: *Non videbit me homo et vivet.*

Even St. Peter sinned venially.

Item, videtur quod beatus Petrus in tota conversacione sua post missionem Spiritus Sancti diligencius sequentibus apostolos Spiritum Sanctum consuluit, sed ipse peccavit venialiter, abstrahendo se cum Judeis a communione cum conversis gentibus, ergo multo evidencius quicunque alii de nostris faciendo quicquid meritorium quod fecerit vivendo in vita sensibili peccaverit. Nam in fide ecclesie ad Gal. II°, 11 scribitur quomodo Paulus *in faciem Petro restitit, quia reprehendendus erat;* cum nec Petrus nec alii Judei conversi communicare voluerunt cum gentibus ut debuerunt. Et utinam nos plus declinantes a stricti-

5. Cod.: dimittere. 21. cor vel caput; rectius: sicut nec unum cor vel caput. 26. Cod.: tum tunc. 27. Exod.; sequitur lacuna. 9. Cod.: deberent.

27. Exod. XXXIII, 20.

Even in doing good, we sin.

How Christ, though he had no sin, could use the Lord's prayer.

tudine vite Christi non plus peccaremus in quocunque opere nostro quam in isto opere fecit Petrus. Idem ergo est asserere nos esse inpeccantes in nostris operibus, dum sensibiliter sic viamus, et asserere nos esse patres beatissimos, sic quod non teneamur dicere oracionem dominicam, eo quod sine debito vel defectu facimus secundum omnia que a Deo recipimus, quod foret luciferina presumpcio supposita nostra; ideo dicunt periciores logici quod quicquid operis meritorii in sic viando fecerimus, peccamus continue, quia deficimus a plenitudine perfeccionis operis quod debemus, et sic in sic operando peccamus, sed non in quantum illud genus meriti operamur. Et patet quam stulta et maligno spiritu subterraneo inspirata fuit illa sentencia quam diffinuerunt satrape *quod nulli sancti instituentes privatos ordines in institucione huiusmodi peccaverunt.* Blasphemant enim de ipsis supra Christum in isto qui creditur secundum formam oracionis dominice exorasse, eo quod licet in persona sua peccare non potuit, tamen vere reputans peccatum ecclesie esse suum, eo quod pro ipso puniri debuit, cum ecclesia fuit membrum sui corporis, sic oravit: *Dimitte nobis debita nostra;* et istam sentenciam tenet Augustinus in De Natura et Gracia, et alii sancti communiter qui omnes modernos satrapas vel fratres de dicto concilio excellebant.

No prelates can define the faith further than they have authority from Scripture.

Ex istis videtur inferri quod nulli fratres vel prelati quicquam debeant in materia fidei diffinire nisi ad hoc habuerunt auctoritatem scripture vel revelacionem a spiritu specialem; nam quoad primum, cum *omnis veritas* secundum Augustinum *sit in scriptura*, patet quod si veritatem diffiniunt, includitur in scriptura; quod si rite procedunt ignorantes utrum in scriptura includitur, debent Spiritum Sanctum consulere et si in penam peccati non inficitur ipsorum diffinitum concilium, patet quod oportet ipsam a Spiritu emanare. Unde error in dicto concilio procedens a tetro spiritu infernali dicitur super eorum stulticia attestari Deum odire quod

3. Cod.: essem in. 25. concilio; sc.: Terremotus. 28. Cod.: revelacione. 37. Cod.: Deum enim.

13. Fasc. ziz., pag. 281, 324. Conclusio XXI: Quod sancti instituentes religiones privatas quascunque tam possessionatorum quam mendicancium in sic instituendo peccaverunt. 22. Matth. VI, 12. 23. S. Augustini Opp. tom. X, pag. 135.

iniuriatus ab eis a rege Anglie poscat auxilium; cuius racio videtur pluribus, ne eorum versucia suis dominis sit detecta.

St. Paul's appeal to Caesar was from the priests,

Et quantum ad appellacionem Pauli Act. XXV° fingunt quod ipse non a sacerdotibus sed a seculari iudice appellavit ad regem suum. Sed isti ad minus pauca respicientes de nimis levi | Fol. 281c pronunciant; iudex quidem iste in multis favebat Paulo, ideo non antequam habuisset ab eo responsum voluit duxisse eum Jerosolimam, sed Paulus timens quod ex sacerdotum pecunia corrumperetur et quod in Roma seminando fidem Christi proficeret ab ipso iudice sed principaliter a sacerdotibus qui plus sibi gravaminis et iniurie intulerunt, non autem appellavit ab iniquo tribuni iudicio sed ab iniquis operibus sacerdotum. Et multis videtur quod sacerdotes moderni sacerdotes illos in defectu auctoritatis et iudicii scelere antecellunt; non enim legitur quod incarcerarunt ex sua auctoritate quempiam ex hoc quod gratis predicavit evangelium, sed prelati moderni fratres dicuntur sic evangelizantes incarcerare et velle occidere ac fratres legitimare ad predicandum populo qui sibi predicant ludicria atque mendacia ac post adiutorium spoliant horrendissima symonia. Et revera inter Judeos, Saracenos vel sectam aliam non legitur contra Christum crudelitas tam horrenda.

who yet were not so bad as our modern ones.

They implicitly charge the king with heresy.

Nec mirum quod vesania tartarica ad tantum efferbuit quod regem nostrum ac eius proceres de pravitate heretica subdole impetunt. Asserunt enim quod est error regem *vel temporales dominos posse auferre temporalia ad suum arbitrium ab ecclesia delinquente;* et cum notum sit regem auferre a quibusdam abbathiis quingentas marcas per annum et a quibusdam monachis Francigenis ad suum arbitrium plus vel minus, patet, cum hoc defendit pertinaciter quia constanter ut propriam regaliam, quod si hoc sit error et in materia fidei, tunc est heresis, quia falsum scripture sacre contrarium pertinaciter defensatum. Et sic rex et totum regnum in isto sibi consenciens foret hereticum.

Bishops, and still more friars are heretics,

Et ultra cum veris infertur quod episcopi et alii prelati tenentes de rege sunt eciam heretici, sed fratres potissime ex consensu dampnabili; et ita sicut homo in peccando nocet primo et principaliter sibi ipsi, sic

28. Fasc. ziz., pag. 280. Conclus. XVII.

videntur dampnantes articulos huiusmodi hereticare precipue semetipsos. Nec dubium quin ille sit spiritus inferni qui ad dampnacionem huiusmodi inspiravit; alias autem dampnaciones in pitaciis inertibus intulerunt, sed laus sit Deo nullus fidelis vel infidelis hanc formam dampnacionis alicubi defendebat, sed quod pudet eos cognoscere defendunt quod nesciunt, quid non est sacramentum altaris, sed quid sit, ubi iacet difficultas, non reserant ut non sciunt.

They will not say what the host is.

Sepe autem dictum est ex auctoritate Pauli et per consequens Spiritus Sancti quod hoc sacramentum est panis quem frangimus, non accidens sive nichil. Paratus sum tamen, quiescendo in verbis scripture, concedere quod ille panis est in natura sua quicquid sufficienter fuero doctus esse, pocius tamen concederem quod sit capud fratris vel quecunque signanda substancia, antequam concederem quod sit aliquod de novem generibus sive nichil. Numquam autem pertinaciter defendebam quod esset substancia panis materialis, sed quod sit panis ex auctoritate Apostoli usque ad mortem volo defendere. Sed si instetur contra dicta per tradiciones humanas de appellacione et synodum, patet quod omnia talia non valent, nisi de quanto fundata fuerint in scriptura. Ideo nichil facere de lege civili, de forma appellacionis qua simulant et de alia forma quam reprobant nisi sentenciam suam fundare poterint in scriptura.

Wyclif will maintain to the death that it is bread after the Apostle's authority.

Et conformiter dici debet de conciliis suis generalibus que adeo solemnizant. Non enim accipi debet vel credi consilium apostolorum nisi de quanto creditur quod Spiritus Sanctus confirmavit eorum sentenciam. Sed cum multi concurrentes ad modernum concilium sunt (ut plurimum) apostate stolidi et ignari, blasphema foret lex vel regula que dictaret quod generaliter standum est et credendum iudicio pluris partis; cum enim per argumentum topicum infertur oppositum, patet quod in scriptura sacra est finaliter quiescendum et quicquid dubii in operibus particularibus superexcreverit sine lege ulteriori in revelacione divina sive concilio est pausandum, cum maior pars apostatarum talium de facili heresi et destruccioni ecclesie consentiret. Ideo

Small weight to be attached to Councils.

4. Cod.: pitaciis meribus. 23. Cod.: fundata deest. 24. Cod.: facere scilicet debent. 32. Cod.: blasphemia. 35, 36. Cod.: quod scriptura; in deest. 38. concilio; incerta lect.; cod.: 9cı.

4. Cf. Trial. pag. 377.

sicut religiosarche nostri ad Christum in constituendo suos ordines non possunt attingere, sic vocati apostolorum vicarii racione sue conversacionis perverse apostolos ipsos in suis consiliis non possunt attingere; ideo blasphema est regula quod si maior pars talium sentencie cuicunque consenserit, tunc est vera, laudabilis aut tenenda; quod si glossetur, semper credendum est maiori parti collegii habenti maioritatem racionis. Revera ita tenendum esset cum persona unica omnibus aliis contradicentibus ymmo cum graculo vel quocunque extra illos; multi namque corrupti communiter sese inficiunt ex consensu. Nec est plus articulus fidei quod
Fol. 281d non errent in conci | lio quam in vita.

## SERMO XLVI.

*Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis.* IIª Cor. IIIº, 4, 5.

Ista epistola multipliciter docet ecclesiam quid et qualiter credere debeat et sperare et consequenter alias fructiferas conclusiones que ex istis patule inferuntur. Primo ergo docet quod sperare debemus per mediatorem Dei et hominum, scilicet quod omnis nostra sufficiencia est ex Deo. Patet ex hoc quod omnis creatura est ex Deo; *ex* enim signat circumstanciam primo originantis; secundo negant theologi quod ex verbo Dei procedit Spiritus sed a Patre per Verbum et ex Deo, quia ex Patre est quelibet creatura, sed per Verbum et Spiritum Sanctum, et sic intelligit Apostolus ad Romanos XIº, 36: *Ex ipso, per ipsum et in ipso sunt omnia.* Nam inter Patrem et Filium est prioritas quedam originis; unde philosophi qui lacius loquuntur cum preposicionibus dicunt quod omnis materialis substancia constat ex sua materia, quia materiam ponunt formam precedere et nichil dicunt moveri ex se nisi quod habet in se principium sufficiens sui motus ut animata et specialiter homo, habens in se appetitum et intencionem obiecti; inanimata autem ut elementa et mixta ponunt moveri

All our hope should be in Christ.

Force of the preposition 'ex'.

4. Cod.: ideo sive immo (īo) possunt. 5. Cod.: blasphemia. 16. Cod.: sumus. 27. Cod.: quilibet.

14. Dominica duodecima post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 342—345.

ab extrinseco ut a generante et prohibens removente. Nam gravia et levia non sufficiunt de se incipere suos motus sed expectant influenciam celi quod ipsa generat vel iuvamen hominis aut alterius illud quod ipsa detinet removentis; homo autem potest cum vult quiescere et post quietem ex sua sufficiencia motum gratis incipere, quia habet secundum philosophos intrinsecus sufficienciam sui motus, cum sit divisibilis in per se movens et per se motum; per se movens est anima cum suis potenciis et intencionibus, sed per se motum est corpus a quali divisione parcium inanimata corpora sunt exclusa.

All action is in the first place from God.

Sed Apostolus striccius loquens de *ex* negaret quod homo vel mundus aut aliquid aliud ex se possit moveri, cum oportet omnem motum appropriate fieri ex primo movente immobili. Nec est in ista equivocacione istius preposicionis *ex* diucius immorandum; et patet negativa prima Apostoli quod non sufficit aliqua creatura eciam homo qui est creatura perfeccior ex se vel aliquid cogitare, et multo evidencius non sufficit ad extra facere aliquid corporale, quia ad faccionem talem oportet alia iuvancia comitari, sed ad cogitacionem creditur non requiri aliquam aliam substanciam preter Deum. Spiritus enim humanus qui est homo, si per possibile vel impossibile per se esset, adhuc sufficeret cogitare Deum et ipsum diligere. Deus tamen excellencius cogitat de se ipso, quia sine actu, specie et habitu, que a divina essencia distinguuntur. Ista tamen oportet superaddi essencie creati spiritus ad hoc quod Deum intelligat. Si ergo quantum ad omnem actum intrinsecum (in quem magis sufficimus) Deum prius agentem requirimus, patet quod omnis *sufficiencia nostra est ex Deo;* ex quo patet quod cum suo suffragio habemus sufficienciam ad agendum.

We cannot even think, much less act, of ourselves;

yet with God's help we can act.

Here is the answer to certain errors of the philosophers and of the Pelagians.

Et patet destruccio erroris illorum qui ponunt solum Deum posse agere, ut Averroys imponit Avicenne, et forsan intellexit quod solum Deus potest ex se agere sine adiuvancia alicuius extrinseci; quod est verum, et consimili racione tollitur error Pelagianorum quos creditur ad tantum magnificasse liberum arbitrium hominis, quod homo potest per se mereri beatitudinem

1. prohibens; cod.: plēns. 7. Cod.: philosophos twice. 20. Cod.: qui ad. 29. omnem; cod.: omciū.

31. II. Cor. III, 5. 35. Cf. Trialogum, pag. 74.

sine gracia anime perfusa; et forte intellexerunt quod non requiritur gracia preter Deum et spiritum, que gracia poterit per se esse. Ideo non capit intellectus fidelium ut anima mereatur per se nisi prius per Deum gratis et per consequens per graciam sit adiuta; sed illa gracia cum sit bona qualitas mentis, non poterit per se esse; et tercio patet prima affirmativa Apostoli quod fiduciam debemus habere per Christum ad Deum in singulis factis nostris; cum enim debemus in ipsum credere, debemus in ipso confidere quod, si sibi servimus fideliter necessario, ipse ad nostra iuvamina presto erit. Deus enim non potest in tali iuvamine creature deficere et multo evidencius non potest deficere interiori homini ad similitudinem eius facto.

We must not pride ourselves on our acts but give thanks to God.

Ex quibus sequuntur multa correllarie, primo quod nemo debet de actu vel opere suo superbire, sed quicquid fecerit humiliter agere laudes Deo. Sic enim fecit Christus humanitus (ut patet Joh. V°, VII°, XI°, XIV° et XVI°). Si ergo homo dignissimus ita fecit, quod supercilium cecaret nostrum animum ne nos taliter faciamus? Secundo sequitur correllarie quod debemus divino suffragio intendere et sperare, non in creature Fol. 282ª suffragio religiose confidere. Credimus enim quod si homo fideliter | serviat Deo suo, ducetur Dei spiritu tam anima quam corpore ad quidquid fuerit necessarium ipsum facere vel habere. Quomodo ergo non temptaret Deum infideliter qui cum istis inniteretur humano concilio, humanis legibus vel ordinanciis, cum habet ex Deo sufficienciam in se ipso? Apostoli enim congregati Deum consulere fuerunt ab eodem Spiritu concorditer informati. Non queramus ergo superflue concilium qualiter facere debeamus, cum verbum Dei quod est scriptura sacra et impulsus Spiritus in recte viventibus factis docet; et practizata ista sentencia non foret sic monstruosa religiosorum caterva nec multitudo legis hominum conglobata, que omnia implicant diffidenciam in Deo et declinacionem a vita apostolica et a Christo. Et tercio patet correlarie quam diligenter Christi humanitas est studenda per ipsam, ut per gradum necessarium scale in fide, spe et caritate in eius divinitatem et per consequens in totam Trinitatem ascendimus. Ipsa enim

If we serve God truly he will teach us all we need know.

If this were recognized we should have fewer religious and lawyers.

3. esse. In cod. sequuntur duo verba spiritui (sive spiritum, spm̄) collinita: quid sibi velint, haud apparet. 4. Cod.: et anima.

*tollit peccata mundi*, ipsa instruit errantes in seculo et ipsa quietat beatificandos in patria. Ideo nimirum Apostolus commendat istam naturam nobis tam necessariam, quando dicit *fiduciam habemus per Christum ad Deum*, ubi planum est quod per nomen Christi simpliciter eius humanitas annotatur.

Excellence of Christ's gifts.

Gratitudo autem Christi et doni sui precipui excellencia ex hoc patet quod *fecit apostolos* et eorum vicarios *ministros ydoneos novi testamenti*. Cum enim ipsum testamentum sit novissimum immediate ducens ad beatitudinem et ex fide scripture Joh. . . . . dicit Christus: *Ubi ego sum, illuc et minister meus erit*, patet quam preciosa est ista ydoneitas ministerii viatori. Sic enim cupidus gaudet de terreno ministerio lucrativo, ut contingit de dignitate seculari vel ecclesiastica; quanto magis gauderet de isto, cum ministerium infert evidencius, levius et cercius incomparabiliter maius lucrum. Sed per filargiriam fides titubat in hac parte ydiota: quod stat in sensu scripture, cum Luce XXIV°, 45 scribitur: *Dedit illis sensum ut intelligerent scripturas*, et secundo in fortitudine perseverandi in tali ministerio quam eciam sepius illis dedit.

Duty of preaching.

Tota autem ministracio laudabilis in sacerdotibus stat in hoc quod instanter vocant se ipsos et populum ad cenam novissimam Jesu Christi (ut patet Luce XIV°). Unde inter omnes culpas clerici videtur mihi illam esse magis dampnabilem que non rite implet officium sic vocandi; nam tales sunt ut sic quoad honorem Domini infidelissimi et quoad utilitatem vocatorum sceleratissimi. Si enim rite vocando subditos invitatos darent ad hoc maiorem operam, tunc forent plus pro honore Domini et pro utilitate vocati et per consequens plus pro persona propria promerentes; et (ut sepe dixi) est in parte indicium de illis qui dimissa lege Domini predicant mendacia sive ludicria vel ponunt in evangelizacione instanciam, mendicacionem vel lucrum temporalium commiscentes; illa enim ministracionem predicancium inficiunt et conversacionem populi subiecti sepe retardant. Sicut autem populus debet servo bono et fideli in istis credere, sic pigrescente servo in hoc ministerio

11. Joh.: sequitur lacuna. 20. Recte: Aperuit illis. 31. Cod.: tunc forte. 33. Cod.: sic sepe dixi. 37. Cod.: predicantum.

1. Joh. I, 29. 8, 9. II. Cor. III, 6. 12. Joh. XII, 26.

populus debet ipsum contempnere et vocacioni Dei interne sine qua non valet alia constanter intendere. Pars eciam laicalis post notam desidiam sacerdotum debet quatuor maneries hominum ad intrandum in hanc cenam compellere (ut patet ex processu Luce XIV°). Et utinam nos curati non essemus in isto ministerio Domino servi pigri, et, cum prelati sunt plus nobis ad hoc ministerium obligati, ve illis si non in propria persona illud implent, ymmo servos alios fideles ad implendum hoc ministerium habentes preceptum a Domino per potestatem coactivam et tradiciones suas frivolas impediunt aut retardant. Unde Luce XI°, 52 dicit Christus: *Ve vobis legisperitis, quia tulistis clavem sciencie; ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis.* Et Matthei XXIII°, 13 patet eadem sentencia: *Ve*, inquit Christus, *vobis scribe, pharisei et ypocrite, quia clauditis regnum celorum ante homines. Vos enim non intratis nec introeuntes sinitis intrare.* Et in isto capitulo videntur esse episcopi atque fratres; ipsi enim et tulerunt ypocritice claves sciencie ad rectum et facilem introitum in beatitudinem populo predicandum et tamen nec recte vivunt imitantes Christum in moribus nec salubriter subiectos vocant ad cenam novissimam, sed pocius ponunt obicem, ut non intrent.

Christ's servants must attend to the spiritual as well as the literal sense.

Debent autem ministri vel servi Christi intendere in hoc officio *non* nude *ad literam*, hoc est, sensum literalem, *sed ad spiritum*, id est, spiritualem sensum quoad finem quem Deus intenderat pro salvacione
Fol. 282b populi apciorem. Sicut enim talis *litera* carens spiritu est exanimis in | se ipsa, sic *occidit* subiectum et auditorium, cum taliter ministratur. Econtra autem *sensus spiritualis* tam legis nove quam veteris *vivificat* populum cui debite ministratur; et ex istis verbis eliciunt false pharisei quidam quod lex Dei tam in lege nova quam veteri sit falsissima cum occidit; sed (ut diffuse ostensum est alibi) nichil blasphemius vel maius hereticum, cum ydiote isti palpati funditus non habent racionem sue sentencie, nisi quia ex errore suo ex ignorancia sic senciunt de scriptura ac si arguerent solem esse falsissimum, eo quod errantes concipiunt ipsum esse

18. Cod.: sinistis. 28. Cod.: salvacio. 34. Cod.: quidem. 36. maius; recte magis.

26. II. Cor. II, 6.

solummodo tripedalem; et sic Deus noster foret blasphemus, eo quod nulla res est de qua homines falsius concipiunt, et cum signare si actus oportet Domini facere, ut ipsi arguunt, Deus signat falsissime, ymmo quod os Domini locutum est tam divinitus quam humanitus sic foret falsissimum, sicut et loquens; verbum enim falsum loquentis a proprietate ipsum iudicat esse falsum. Heresis autem ista a diabolo est inventa, ut tollatur scripture sacre auctoritas et liceat Antichristo cum suis discipulis sine obligacione ad legem Domini evagari. Dicit enim quod lex Dei et articuli fidei sunt inter omnia scripta sectarum falsissimi, quia de illis sic false concipiunt et obligare eos ad vere intelligendum foret eis labor inutilis et logice sue ac dictis et factis contrarium.

Scripture is not less true because men misunderstand it.

Nec est aliqua alia secta sub sole que tantum turpificat legem suam, ut patet de Judeis et Saracenis, ymmo de ipsis politicis ut lege cesaris, de aforismis ypocriticis, quibus cunctis lex Dei blaspheme supponitur. Sicut ergo res nature non eo minus est vera quo false concipitur, sic scriptura sacra vel lex Domini. Ideo arguentes pueriliter in oppositum probarent primo quod lex Dei sic recte debet intelligi quod non possunt. Quelibet enim scripture sacre particula et si videatur esse quantumcunque falsa principaliter signat Deum esse a proprietate sensum pertinentem catholicum et accessorie vel consequenter indirecte sensum alium verum vel falsum. Sed quid hoc ad convincendum legis Domini falsitatem? Revera non plus quam si quis convinceret impossibilitatem oris et lingue erronee sic loquentis. Discat ergo hic stultus signanciam rectam legis Domini, et ipsam sic stolide non blasfemet. Unde istam heresim dampnarent episcopi in concilio Terremotus, cum sit fundamentum aliis heresibus, sicut scriptura sacra est speculum et fundamentum fidelibus ad quascunque hereses vel iniquas conversaciones in ecclesia convincendum. Sed multi vellent quod hoc speculum non pateret. Litera ergo scripture sacre, licet occidat hos stolidos sicut Deus, remanet tamen infringibilis vera, licet Antichristus ex scriptura et sensu quem sibi applicat fundaverit legem suam. Illud autem non est scriptura sacra licet in signis communicet.

2. Cod.: blasphemius. 19. ypocriticis; cod.: yp̂ctis. 40. Cod.: et scriptura.

Sensus autem Spiritus Sancti quem oportet esse veritatem catholicam est forma a qua denominatur caracteres esse sacri. Unde sequitur in textu Apostoli: *Quod si ministracio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius que evacuatur, quomodo non magis ministracio spiritus erit in gloria?* Ad intelligendum autem hoc argumentum Apostoli per locum invincibilem a maiori oportet primo notare terminos atque historiam. Constat quidem quod ministracio potest intelligi vel accio ministrantis vel ipsum signum subditis ministratum; et sic lapides scripti digito Dei vel alii lapides sequentes ad eorum similitudinem exarati dicuntur ministracio mortis, quia ab illis occasione mala accepta multi sunt mortui. Et ad litteram lapides illi fuerunt exanimes deformes in comparacione ad sanctas animas in quibus Christus legem suam expresserat. Scriptura quidem illa fuit valde deformis et turpis in comparacione ad scripturam quam Spiritus Sanctus impresserit animabus sanctis quas duo sentencie atque sciencie tam mirabiliter illustrant.

Ulterius notandum est ex historia Exod. XXXIV°, quomodo facies Moysi cornuta fuit vel duobus radiis stillantibus ex collocucione cum Domino perornata; propter quod filii Israel non audebant in ipsum attendere, sed facie velata loquebatur cum eis. Hiis notatis patet sensus verborum Apostoli tam de scriptura lapidum quam de glossa faciei Mosayce. Maius autem est animam illustrari per graciam Sancti Spiritus, sicut contigit die Pentecostes, quando lex Christi data fuerat, quam erat faciem Moysi taliter corporali lumine radiari. Hoc enim in natura sua fuit inperfeccius et evacuatum est infra modicum tempus; sed irradiacio mentis cum augmento gracie usque ad beatitudinem et per consequens in perpetuum perseverat. Velamen autem Moysi secundum misti | cum sensum quem exponit Apostolus signat cecatam perfidiam Judeorum, propter quam attingit ultra nudam litteram veteris testamenti ad intelligendum Christum verum Deum et hominem per quascunque figuras legis veteris denotatum. Nam ad

Greater glory of the giving of the Spirit than of the Law.

Fol. 282c

2, 3. Cod.: carccteres. 20. sanctis twice. 21 Cod.: mra$^{ter}$ = magistraliter; ib. Cod.: illustravit. 22. est historia; ex deest.

3—7. II. Cor. III, 7, 8.

intuitum Christi reverberati sunt radii usus interioris pontificum Judeorum, ne eius divinitatem fide conspicerent.

Glory of the Gospel and degeneracy of those who live under it.

Et patet consequencia Apostoli; et si vetus testamentum (hoc erat transitorium et momentaneum) erat cum ministris suis in tanta gloria et honore, multo magis testamentum novum eternum inferens tantam gloriam in filiis adoptivis. Et patet quantum vocati fideles tempore legis gracie degenerant a glorificacione et honorificencia legis Christi, eciam plus quam patres veteris testamenti; non enim presumebant vel audebant asserere quod lex antiqua secundum aliquam sui particulam erat falsa sed honorem multiplicem sibi et suis carecteribus tribuebant; nec audebant propter legis illius sufficienciam novas leges condere et specialiter lege veteri inconsulta. Moderni autem presumunt statuere leges novas, condere eciam legi Dei contrarias, et tales novellas magis magnificant et honorant quam evangelium, quia dicunt ipsam esse in plurimum impossibile atque hereticum et inutile ad praxim vel iudicium ecclesiasticum et ad utiliter populo predicandum. Sed quis toleraret letanter talem blasphemiam? Unde Apostolus reprobans heresim istam sic arguit: *Si ministracio dampnacionis gloria est, multo magis habundat ministerium iusticie in gloria*, quasi diceret si ministracio Moysi quando Christi noticia velata est et populus ductus serviliter reputata fuerat modicum de fide habentibus gloriosa, quanto magis ministracio secundum quam filii plene liberi iustificantur ab observancia tali servili reputari debet a filiis Dei carissimis plenis fide et Spiritu Sancto secundum mentis iubilum gloriosa. Unde Luce XXIV° quando velum templi scissum est, consummate sunt figure intollerabiles et umbre sensus legis veteris luce vera in lege gracie vivente. Sed signum infallibile adventus Antichristi est quod lex Christi ad tantum deprimitur et lex novella ad tantum a populo honoratur. Unde Psalmo . . . . scribitur: *Constitue legis Domine latorem super eos*, ac si diceret: Ex hoc quod nolunt glorificare in mente et opere legem Christi, constitue proporcionaliter ad suum delictum

10. Cod.: quam deest. 25. Cod.: in gloria. 32. recte XXIII°, 45.
37. Psalmo; sequitur lacuna.

37. Psalm. IX, 21.

eis prepositum Antichristum. Non enim intendit lex gracie quod habeat codices sumptuosos vel ministros mundialiter exaltatos sed plene oppositum, sed quod tam intellectu quam affectu glorificent sentenciam legis Christi et quascunque alias tradiciones hominum vilipendant. Hoc enim est honorare legem et capere occasionem a lege ut eam venerantes perpetuo salvi fiant. Principium autem debet esse fidelibus quod lex Christi est levis, brevis et utilis, non onerans Dei filios ut ceremonie veteris testamenti nec consumens suos legistas in studio tedioso ut leges cesarie, sed in opere brevi ac delectabili reficiens sibi fideliter adherentes. Et sic utilitas legis Christi patet ex hoc principio quod quicquid est vianti utilius lex Christi precipit illud pre omnibus observari. Aliter enim non foret legifer eius Christus per se sufficiens et facetus.

Priests more to blame than secular lords, who are nevertheless seriously in fault.

Circa hoc evangelium dubitatur utrum in prevaricacione legis Christi sunt sacerdotes vel seculares domini plus culpandi; nec dubium quin sacerdotes, cum inter eos fundatur originaliter Antichristus, ab ipsis debet exemplariter et doctrinaliter legis Christi observancia derivari, et iterum non dubium quin in isto seculares domini sunt notabiliter increpandi, cum ad hoc portant gladium Christi, ut per coactivam potenciam deprimant Antichristum, sed ypocrisis sua tantum excecat hoc brachium quod in causa Dei et in eo quod maxime cederet illis ad commodum sunt nimis timidi et vecordes. Nam in causa seculi fallaci et fragili audent regna aliena invadere et ad mortem ac destruccionem sui ac populi laborare, sed levem et meritoriam causam Dei in suis domesticis non audent defendere. Et idem est argumentum de causa diaboli qua propter inanem gloriam et seculare dominium usque ad mortem audent contendere, et sic de causa carnis eciam propter amorem sed verius odium meretricis. Cum ergo isti sint tres hostes fidelium, patet quomodo vecordes in seculari brachio presumunt causas hostium suorum defendere et causam Dei sui dimittere. Sed que maior infidelitas in procuratore qui debet esse vicarius Christi Dei? Sed Antichristus summe odit et obstat ne ista sentencia secularibus dominis predicetur.

7. Cod.: salvo. 29. Cod.: morte.

## SERMO XLVII.

The eternal inheritance is given by grace, not by the law.

*Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius.* Gal. III°, 16.

In ista epistola docet Apostolus quod per graciam | Fol. 282[d] domini Jesu Christi datur eterna hereditas et non ex lege veteri moralia, legalia et ceremonialia includente, et per consequens veniente herede in carne servatis moralibus et non curatis iudicialibus cum ceremonialibus est ad vitam Christi et consuetudinem attendendum. Et pro declaracione assumpti notat Apostolus quod super testamentum hominis mortui confirmatum de hereditate danda filiis nemini licet addere vel diminuere; ergo multo minus quoad testamentum Dei et *promissiones* factas Abrahe *et suo semini. Abrahe* quidem *dicte sunt promissiones* et confirmate per modum testamenti succèssione hereditaria (ut patet de iuramento Dei Gen. XXII°, 16). Multo ergo minus licuit illa infringere vel aliam maioris auctoritatis vel priorem origine ad dandam hereditatem superaddere. Si autem daretur ex lege que tam diu post successit et non ex promissione post fidem que per tantum temporis precedebat, promissio foret irrita; quod de Deo foret blasfemum inconveniens, cum nec Deus nec homo potest infringere volicionem Domini vel promissum, quia Deus non potest hoc velle vel in volicionibus taliter variari.

The seed of Abraham is Christ; and those are sons of Abraham who have faith in Christ.

Notat autem Apostolus quod scriptura dicit singulariter quod *Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius*, per hoc denotans quod est unus viator de semine suo in cuius una fide consequentur alii hereditatem principaliter intentam. Ex quo patet quod filii Abrahe quoad illam hereditatem percipiendam solum sunt fideles ipsum sequentes in fide Christi. Si enim in legibus mardosis hominum attendi debet ad numerum atque casum, in tantum quod homines illius legis utuntur famose tamquam principio quod qui cadit a sillaba cadit a causa, quanto magis debet hoc intelligi de lege Domini immaculata data a Spiritu Sancto et dictata. Ideo dicit Apostolus: *Non dicit*, inquit, *et seminibus, quasi in multis;*

Grammatical construction of the text.

19. Cod.: post post. 23, 24. Cod.: volucionem . . . volucionibus.
37. Cod.: in seminibus.

1. Dominica decima tercia post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 345—347. 37. Gen. XXII, 18.

*sed quasi in uno: et semini tuo, qui est Christus.* Nec oportet curare de disconveniencia generis relativi et sui antecedentis, cum Apostolus plus curavit de relacione et conveniencia sensus quam littere. Ideo textus Genesis promittentis *in semine tuo benedicentur omnes gentes* intelligit quod in illo semine qui est Christus est illa celestis benediccio inferenda. Cum ergo dicte promissiones tam Abrahe quam semini suo sunt quasi testamentum iureiurando confirmatum a Deo, patet quod lex Mosaica data posterius post quadringentos et triginta annos in monte Sinay post dictam promissionem non evacuat vel irritat ipsam promissionem a Deo precedentem, sed lex scripta posterius irritaret priorem promissionem, si dicta hereditas daretur ex lege sic scripta. Ergo non sic datur hereditas ex lege, cum non irritat promissiones Domini prius factas. Tunc enim omnes sancti morientes interim, ut Abraham, Isaac et Jacob et predestinati filii Israel hereditatem illam Domini non haberent, cum nondum in tempore suo data fuit lex Mosaica.

The inheritance granted by promise.

Et nota quod iuxta dicta superius *ex* signat circumstanciam cause prioris originantis, ideo dicit Apostolus quod ex promissione et non ex legis dacione confertur celestis hereditas. Nam lex et fides seminis Abrahe sunt duo, quorum primum non est nisi remotum dispositivum ad secundum. Ideo oportet dacionem hereditatis ex Dei grata promissione procedere, non ex lege; et sic si Deus principaliter propter legem sic scriptam daret dictam hereditatem, tunc irritaret promissionem priorem. Et patet in parte sentencia textus: *Hoc*, inquit, *dico, testamentum confirmatum a Deo, que post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione*, quasi diceret: Illam promissionem Dei priorem dico testamentum confirmatum a Deo infinitum plus quam confirmatur per mortem hominis testamentum, cum iusiurandum Dei sit infinitum prestancius quam mors hominis. Illa ergo promissio que per tantum tempus sequens facta est lex per scripturam Moisaicam non irritat promissionem a Deo precedentem,

5. Cod.: benedicent. 25, 26. disposicioni in cod.

5. Gen. XXVI, 4. 22. ib XXVIII, 14. 30—34. Gal. III, 17, 18.

sic quod ipsa originet hereditatis dacionem et non prior promissio. Vocatur autem lex Mosaica in proposito universitas veritatum quas Moyses in scriptis redegit, et inter illas veritas predicta Genesis erat una. Quando eciam ligavit filios Israel hec scriptura ex promulgacione Moysi, tunc facta est lex, cum secundum famosam signacionem veritas non est sic lex antequam fuerit promulgata.

Yet the law was not superfluous.

Et si obicitur quod promissio Dei facta Abrahe fuit per se ex se sufficiens ad hereditatem patrie possidendam, ergo dacio legis fuit | superflua, patet quod non valet consequencia, cum Deus utrumque propter causam racionabilem ordinavit. Et utinam omnes discipuli Antichristi scirent assignare causam tam patulam negacionis consequencie qua infertur quod leges et religiones novelle post dacionem legis et religionis Christi superfluunt. Negacionem autem prioris consequencie innuit Apostolus, cum sic dicit: *Abrahe autem per repromissionem donavit Deus. Quid igitur lex?* ac si argueretur: Si Abraham et ceteri patriarche consecuti sunt beatitudinem ex repromissione sine legis dacione, ergo superfluit posterius dare legem. Sed consequenciam istam innuit Apostolus esse negandam, cum

Fol. 283a

It was needed, first for repression until Christ brought in the law of life.

legis dacio valeat ad hec tria, primo ad cohercendum et castigandum rebelles transgressione notabili quousque veniret lex amoris cuius auctor est Christus qui est semen Abrahe promissum et legem evangelii immediate tradens. Ex quibus sequitur quod lex vetus infra terminos sic inclusa, sicut habuit racionem sui inicii quoad iudicialia, sic debet habere finem quoad iudicialia et ceremonialia causa racionabili exigente. Sed cum Christus fuit per se causa finalis omnium huiusmodi figurarum, manifestum est quod Christo Dei filio veniente in carne cessare debuerant et lex levis amoris filiis et heredibus debet dari. Ideo dicit Apostolus quod *lex propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris*, quasi diceret: Lex vetus propter petulantes iuvenes et rebelles posita est illis ut frenum, et hoc per ministerium angelorum qui locuti sunt Moysi (ut patet Act. VIIº) donec veniret

18. Cod.: apostolis. 27, 28. Cod.: immediate tardens.

18. Gal. III, 18, 19. 35. ib. 19.

semen qui est Christus, habens potestatem interpretandi totam legem veterem, servando moralia, mutando iudicialia et terminando ceremonialia, ut Matthei VII°, 29 legitur quod *erat docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribe eorum et pharisei.* Et eadem auctoritate sequitur Matthei XII°, 8: *Dominus est filius hominis eciam sabbati.* Non ergo sequitur: Si licet Christo ad profectum ecclesie sue in legibus particularibus variare, et per idem licet Antichristo in suis tradicionibus et privatis religionibus quantumcunque sibi libuerit variare. Deus autem dedit multa in manu mediatoris Dei et hominum que non sunt communicabilia alteri creature. Ideo dicit Paulus quod *lex* vetus *ordinata per angelos posita est in manu mediatoris.*

Per hoc autem quod est talis mediator infert Apostolus quod sit Deus, eo quod nichil pure homo vel creatura possit sic reconciliando inter Deum et hominem mediare. Ideo dicit Apostolus: *Mediator autem unius non est; Deus autem unus est,* quasi diceret: Cum Christus sit medians ex fide inter Deum et hominem, eo quod mediator (in quantum huiusmodi) requirit duo extrema, oportet quod conveniat cum utroque, et sic oportet ipsum esse tam Deum quam hominem, et cum tantum unus sit Deus, patet quod oportet Christum racione sue divinitatis esse omnipotentem supra singulas creaturas, et per consequens est mediator optimus possibilis ad reconciliandum genus humanum Deo in quem deliquit.

Christ could not have been the Mediator but for His double nature.

Cum ergo ex istis sequitur quod Christus sit auctor utriusque legis, patet quod interveniente causa racionabili potest cum lege veteri dispensare et facta reconciliacione legem gracie promulgare. Patet secundo, cum Christus omnipotens sit Deus et homo, auctor utriusque legis et omnium promissionum Dei, quod lex et promissa Christi non possunt contrariari, eo quod Christus tunc foret contrarius sibi ipsi. Ideo dicit Apostolus: *Lex ergo adversus promissa Dei? Absit;* quasi diceret:

The promise and the law cannot clash, since Christ is the author of both.

5. Cod.: et earum auctoritate. 7. Cod.: sabboti. 18. In marg. sup. fol. 283[b] *Deus autem unus est,* ad Gal. III°. Deus unus est cuius maiestas est adoranda a singulis. *Dominus unus est* cuius potestas metuenda est a famulis, unus pater cuius paternitas reverenda est a filiis, unus magister cuius veritas audienda est a discipulis. 35. Cod.: potest possunt.

18. Gal. III, 20. 37. ib. 21.

Sicut lex vetus et promissiones priores non erant contrarie, sic eadem lex vetus et adventus Christi cum lege gracie non erant contrarie sed consone pro loco et tempore necessario requisiti. Et hec est secunda racio quare oportet utramque legem in ordine suo succedere; nam lex vetus fuit utilis ad ostendendum peccata et insufficienciam hominis ex se ipso et per consequens ad desiderandum Christum sufficiens medium tam varie in lege veteri figuratum.

Secondly the law was wanted to shew man's need of Christ.

Et patet quod lex vetus medians inter promissionem divinam et adventum Messie fuit utrique consona, sed non per se sufficiens ad iustificandum, cum oportuit post ipsam adventum incarnacionis Domini expectare, in cuius virtute valuit dispositive, valuit et in spe tam illa promissio quam eciam lex antiqua; media non enim sunt utilia nisi de quanto disposuerunt ad per se finem apcius consequendum. Finis autem talis est optimus per se movens omnia mediancia ad eundem, ut si homo ambulat gracia sanitatis, tunc ipsa sanitas est secundum philosophos prima intencione moveri per loca singula ambulantis; et multo magis per media | Trinitatis, cum non potest pro aliquo loco vel tempore deficere. Si enim lex vetus per se iustificare poterit sine fine in lege gracie consequente, tunc tam promissiones quam lex vetus superflue antecederent ad legem aliam, et Deus foret ecclesie sue improvidus ordinator. Ideo necesse est (ut fides loquitur) quod sequatur Messias, cum per se fine et lege ultima, post quam non est alia expectanda. Quod autem Antichristus commiscet lutum cum ferro (ut figuratum est de pede imaginis Danielis II°), facit totam ecclesiam militantem impotentem ut sequatur velociter suum ducem. Et patet quod lex Mosaica conclusit omnia facta secundum illam esse defectivam et perfeccionem ultimam expectatam a Messia et occasione accepta irretivit suos servantes peccato multiplici quod ostendebat et non per se immediate mundabat. Ideo dicit Apostolus: *Si enim data esset lex que posset vivificare, vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus,* quasi diceret:

The law was in accordance with the promise of Christ's coming, but it was of use only as a preparation for that coming.

Fol. 283b

3. Cod.: consoni.

31. Dan. II, 33. 35—40. Gal. III, 21, 22.

Si data esset lex Mosaica que ex se posset vivificare spiritualiter, vere ex illa lege foret iusticia sed scriptura legis Mosaice conclusit peccatum superhabundare, eo quod nondum erat satisfaccio pro peccato, et per consequens omnes tunc viantes tamquam oppressi crimine militaverant sub peccato.

Thirdly the figures of the law were a training for faith.

Tercia racio que est extra epistolam stat in isto quod priusquam veniret fides Christi, disposuit lex per figuras rudes et remotas ad fidem Christi credendam et suscipiendam. Unde Iª Cor. Xº, 11 *Omnia in figura contingebant illis.* Et sic conclusa est multitudo fidelium quodammodo coacte in fidem Christi quam crediderunt ut nos sed minus libere atque clare. Et sic fuit lex ista pedagogus disponens ad fidem Christi, sicut puer inducitur timore magistri ad virtutem futuram.

Better to be sons of Abraham by imitation than naturally.

Circa hanc epistolam dubitatur utrum filii . . . . . . . quam sui filii naturales: Nec dubium quin ex diffinicione Apostoli et racione pars affirmativa istius dubii sit tenenda, eo quod nulli sunt filii alicuius hominis laudabiles, nisi de quanto illa filiacio fundatur in Deo, cum Deus et racio sua superat quamlibet creaturam. Sed in quantum aliqui sunt filii imitacionis in moribus sunt tam filii quam filii Dei sed non in quantum sunt filii Abrahe naturales: ergo pars affirmativa dubii catholice est tenenda, sicut docet Apostolus.

Through Christ we are God's adoptive sons, if we follow Him in life.

Sed pro ulteriori declaracione istius materie est notandum quod unicus est naturalis Dei filius scilicet dominus Jesus Christus, sed per ipsum multi filii adoptivi. Est autem Dei filius qui ex Deo est genitus ad beatitudinem consequendum iuxta argumentum Apostoli . . . . *si filii et heredes.* Dividitur autem totus iste mundus in Dei filios et diaboli, sicut filios principis huius mundi. Quamvis autem illorum distinccio capi potest ex predestinacione et Dei presciencia, verumptamen quia utrumque istorum est nobis incognitum, ideo loquendo evidencius potest dici quod ille descriptive est Dei filius qui finaliter sequitur Christum in moribus. Ideo Joh. Iº, 12, 13 dicitur: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, hiis qui credunt in nomine eius, qui non ex*

16. filii; hic aliquot verba excidisse apparet. Lacuna in cod. non assignatur. 30. Apostoli; sequitur lacuna in cod. 32. Cod.: et deest.

31. Rom. VIII, 17.

*sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt.* Ubi patet quod verbum Dei *sine quo factum est nichil* dedit hominibus potestatem ut fierent filii Dei adoptivi, sed oportet quod primo recipiant ipsum per fidem, graciam et amorem. Cum autem Deus non fecit sibi filios invitos, patet quod oportet ipsos diligere patrem suum et per consequens oportet ipsos credere in nomine patris sui. Sed sequitur triplicitas diabolica quam oportet Dei filios detestari et unitas quam oportet eos necessario amplexari. Primo oportet quod *non nascantur ex sanguinibus, secundo quod non nascantur ex voluntate carnis* et tercio quod *non nascantur ex voluntate viri.* Pro quorum intellectu suppono quod *ex* significat circumstanciam cause principaliter originantis formam nativitatis. Hoc autem est famosum tam apud philosophos quam eciam apud auctores scripture.

Those are born of blood who set the ties of kindred above God's adoption.

Isto premisso videtur michi quod illi nascuntur *ex sanguinibus* qui preponderant nativitatem suam mundanam quam habent ex cognacione supra nativitatem spiritualem quam habent ex Deo. Et in isto capitulo sunt multi populi qui sunt ad tantum cognacione et sanguine federati quod pro quolibet sui sanguinis volunt mori, sed fratrem suum secundum Deum effectualiter parvipendunt. Tales autem nascuntur *ex sanguinibus* qui sunt filii multorum sanguinum quorum filiacionem plus appreciantur quam filiacionem qua sunt Dei filii adoptivi. Licet autem homo naturaliter afficeretur suo sanguini, non tamen tantum quod racionem eius plus diligat quam racionem filii Dei sui | . Fol. 283c

Those are born of the will of the flesh who care most for the world.

Secundo detestandum in filiacione mundana est quod homo nascatur *ex voluntate carnis;* qui sunt filii huius seculi plus propter commodum seculare, propter voluptatem carnalem vel aliam circumstanciam individuantem carnem, appreciantes talem filiacionem quam filiacionem qua sunt Dei filii adoptivi. Sic enim multi non timent offendere in iusticiam (que est Dei filius) propter lucrum seculi vel propinquitatem in loco vel patria, et omnes tales nascuntur ex voluntate carnis.

1. Cod.: sanguine. 14. Cod.: quo ex. 18. Cod.: nascantur. 31. Cod.: Secunde.

3. Joh. I, 3.

Those of the will of man, who pride themselves on noble birth.

Tercii autem filii Belial maledicti sunt illi qui nascuntur *ex voluntate viri* plus appreciantes quod sunt filii generosi vel divitis quam quod sunt filii Dei, et sic filiacionem naturalem turpificant, cum ipsa per filiacionem in moribus ornaretur.

We ought to regard more brotherhood in the Lord than natural kinship.

Relictis autem hiis tribus filiacionibus Dei filius preponderat quod nascitur sic ex Deo. Ex quo patet quod christianus diligeret fratrem suum longe plus sub racione qua christianus vel frater in Domino quam secundum aliam descriptam triplicem racionem. Secundo patet quod racio filiacionis Dei sic purgata a predicta triplici racione diabolica pacificaret totam ecclesiam militantem, cum non turbatur si non alia filiacione huius triplicis racionis. Et tercio patet medium quo homo potest probabiliter iudicare si sit Dei filius vel in gracia vel ad beatitudinem adoptatus. Cum enim actus anime ut est dileccio sunt nobis plus cogniti, quilibet diligens fratrem suum potest faciliter racionem et intencionem illius dileccionis concipere, ut quilibet potest cognoscere si sincere diligat fratrem suum in Domino, hoc est, ex racione qua supponit eum esse fratrem suum in Domino, quia filium Dei patris et matris ecclesie. Si autem mundialiter, carnaliter vel diabolice diligit illum quem naturaliter habet fratrem, tunc indubie est apostata, quia filius diaboli qui est Belial vel primus apostata. Et istum sensum intelligo sanctum Evangelistam plenum amore concipere, quando dicit I. Joh. III°, 14: *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres;* ubi primo patet certitudo noticie ex firmitate propositi et revelante gracia assistente: *Nos,* inquit, *scimus.* Secundo exprimitur casus a quo *est translacio,* quia non solum a casu communi humani generis sed a lapsu de crimine originali et multis actualibus, de quibus omnibus per graciam sunt translati. Sed tercio causa inducens ad istorum omnium efficienciam actualem subiungitur, cum sic dicit *quoniam diligimus fratres,* ac si assecuratus fuerit si sincere diligit fratres suos et permanserit in illa dileccione, tunc indubie habet omnia supradicta.

The private religious slander their brethren as to the Eucharist.

Et ex istis colligitur quam diabolice religiosi privati et specialiter fratres apostatant, specialiter si propter invidiam et continuacionem sui mardosi ordinis multi-

36. I. Joh. III, 15.

plicant super illos qui debent esse fratres sui in Domino mendacia scandalosa, ut de fidelibus plebi pronunciant, ubi credunt magis officere, quomodo fideles publice dogmatizant quod sacramentum consecratum a presbytero fractum in tres partes et post masticacionem in ore fidelium inglutitum non est corpus Christi sed solum pascha panis.

Alii autem menciuntur quod corpus Christi solum est ibi, dum verba sacramentalia proferuntur, et alii quod non in confinibus illius panis sed solum in medio remanet corpus Christi. Et sic de multis aliis mendaciis que pater eorum docuit sine causa.

Their various opinions as to the host.

Ego autem examinavi ad partem sed publice istos apostatas, et quidam eorum subtiliores inter alios dicunt quod hoc sacramentum sit nichil. Alii autem dicunt quod hoc sensibile non est sacramentum sed accidens sine subiecto, tercii vero dicunt quod est species panis, sed nec est nec esse potest corpus Christi; quarti autem dicunt quod est corpus Christi, sed non potest frangi vel dividi, nec recipere mutaciones sensibiles peregrinas.

They are dangerous heretics.

Cum ergo nos et fideles ecclesie sentimus in omnibus istis (ut docet evangelium) expresse oppositum, manifestum est quod illi sunt periculosi heretici. Querebam ergo crebrius quare de fidelibus fingunt supradicta mendacia, et cum non possit fingi titulus amoris, solum relinquitur odium sive invidia. Et cum iuxta evangelium Johannis (quod mentiri non poterat) *omnis qui odit fratrem suum homicida est*, manifestum est quod omnes huiusmodi sunt in ecclesia homicide et sic heretici excommunicati a Deo atque apostate; et cum non solum qui talia agunt sed qui consenciunt agentibus sunt similiter criminosi, manifestum est quod totus ordo eorum vel quasi sit̃ crimine | consimili spiritualiter sic occidi. Fol. 283d
Revera plus in ea proporcione in qua est plus anime occisio quam corporis detestanda et plus dileccio fratris in Domino quam fratris carnalis ex caritatis legibus attenda, non tamen intendo quod scientes de istis apostatis ista mendacia irruant in eos, occidendo eorum corpora sed quod caveant ab illis tamquam infidelibus et non per falsas rapinas et eorum fictas elemosinas nutriant sua facinora vel defendunt.

13. Cod.: exanimavi. 30. Cod.: a Deo twice.

## SERMO XLVIII.

*Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis.* Gal. V°, 16.

In ista epistola intendit Apostolus docere viantes secundum quam regulam recte viabunt semitam rectam ad patriam. Distinguit autem inter carnem et spiritum, et suas leges supponens et vocacionem multiplicem utriusque. Spiritus enim nunc accipitur pro Spiritu Sancto, nunc generaliter pro spiritu creato, sive bonus fuerit sive malus, et tercio pro natura que condiciones immateriales habuerit sine corpore, ut ventus vel aer sepe spiritus nominatur; sed quarto plus ad propositum accipitur spiritus pro anima vel parte pociori anime secundum quod legibus Sancti Spiritus regulatur. Et illo modo intelligo Spiritum in proposito. Caro eciam nunc accipitur pro natura carnali, ut in illo Joh. I°, 14 *Verbum caro factum est*, et nunc pro animata natura secundum quod ad carnalia desideria inclinatur. Et sic intelligo carnem in proposito. Multe autem sunt alie signaciones et variaciones signum horum terminorum quas omitto, attendens ad sensum littere.

Various meanings of 'spirit' and 'flesh'.

Dicit ergo Apostolus ad sensum expositum: *Spiritu ambulate*. Non enim intendit ambulacionem corporalem sed viacionem spiritualem, sequendo Christum in moribus qua viatur ad patriam. Illa enim ambulacio est motus Spiritus, quia instinctus spiritualis ad quem secundum dignitatem spiritus debemus magis attendere. In qua deambulacione si simus assidui, debemus a carnalibus desideriis precavere. Nichil enim plus valet (ut sancti asserunt) ad dominandum carnis desideria quam cogitare intimius qualem exitum post mortem habebimus et quam vilis ipsa erit, cum sit mortua. Quamvis enim sancti viantes habeant sepe stimulum carnis, ut contigit de Vase eleccionis, non tamen consenciunt perpetracioni facinoris nec implent in opere cogitatum; quod si

To walk in the spirit is to follow Christ and avoid all carnal desires.

2. In marg. sup. fol. 283[d] *Spiritu ambulate*, ad Gal. V°. Ambulandum est *spiritu*, id est, via spirituali, cum sit via spaciosa, quia pluribus preparata, via sponsa, quia moribus adornata, via laboriosa, quia penis circumsepta, et via gloriosa, quia ad gloriam est directa. 7. Cod.: supponens est. 11. Cod.: sine rpe (sic). 13. Cod.: anima natura. 32. Cod.: vel ipsa.

1. Dominica decima quarta post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 348—351.

facerent, cum desideria carnis perficerent, hoc est, usque ad opus extrinsecum plene facerent.

Carnal liberty is truly slavery.

Isto autem modo inducitur mandatum Apostoli; prius enim manuduxit Galatas, ne subdantur tradicionibus onerosis legalium, cum homines sicut tam fere quam aves naturaliter appetunt libertatem. Sed cum talis effrenis libertas aliquibus sit nociva, docet Apostolus qualiter a tali vinculo liberati debent secundum legem Spiritus et non voluptatem carnis in Dei semita ambulare. Et talis ambulacio est omnino facilior et brevior quam carnalis. Caritas enim cum sit actus spiritus et non corporis nec requirit organa sive divicias, sicut requirit carnalis voluptas, est facilis atque levis; unde putantes carnaliter se libertari ad faciendum quidquid voluerint, se ipsos in servitutem illaqueant et deserunt desiderabilem libertatem. Generaliter enim (ut sepe dictum est) peccans in Dominum maliciam in se ipsum reverberat, non in Deum.

Such is the freedom by which some would protect bad priests from punishment.

Et sic generaliter de mencientibus atque peccantibus in suum proximum. Quidam enim nituntur libertare clericos dotatos in Anglia, quod quantumcunque contra legem vel regnum deliquerint, non in ablacione suorum temporalium saltem ad regis arbitrium puniantur et cum sic veris implicant quod nobilissimus rex Anglie Edwardus III sit dampnatus; et per consequens, sicut non orant specialiter pro diabolo, sic nec orarent pro illo, cum oracio eorum foret superflua, et per consequens cum habent multa temporalia secundum illam condicionem eis expressam, convincitur ex eorum confessione quod ab ipsis sint sua temporalia auferenda. Non enim licet eis ut begardis secundum suum iudicium evagari vel sua suffragia secundum intenciones quantumcunque regulares desiderant limitare, quia tunc iuvaret seculares patronos specificare eis regulam secundum quam vivere debeant vel orare, et cum capitulum eiusdem ordinis fratrum habeat singulariter officium ad audiendum confessiones regis prioris et sequentis posterioris, nimis perfidus foret et infidelis sicut totus ordo suus in isto sibi consenciens, nisi notificaret regi superstiti de periculo heresis huius dampnabilis.

Bishops should preach the truth.

Episcopi autem et fratres si crediderunt hoc quod dampnant, debent ex caritate subducta cara condicione

33. Cod.: secularis. 35. Cod.: capitulis. 42. conducione.

civilis stipendii publicare hoc regi et regno, cum Baptista de peccato quod reputant longe minus et minus (Fol. 284a) perturbans sanctam matrem | ecclesiam, Herodem publice arguebat. Que ergo perfidia excusaret eos ab infidelitate quoad Deum et proximum? Numquid addicio illius particule *secundum suum arbitrium* vel sophistica reputacio quod est error sanat eorum perfidiam, cum ipsimet procurarunt a Gregorio XI° quod sit heresis dampnatissima? Et istud observant ut evangelium; et dicerent eius convenienciam cum sua sentencia, si auderent, eo quod si sit heresis dampnatissima, tunc est error.

Danger of special prayers.

Et patet quod perplexi sunt mundi oratores qui dimissis oracionibus generalibus obligant se gratis ad orandum specialiter atque simpliciter pro patronis de quibus trepidant si nunc sunt in celo, in purgatorio vel inferno. Si enim decedebant in mortali vel heresi, tunc sunt diaboli condempnati. Ista consequencia est cognita illis esse bona et antecedens, nec est illis cognitum esse verum nec illis cognitum esse falsum, ergo nec consequens subducta obligacione alia ab eis simpliciter est negandum. Et cum gratis concedunt et orant specialiter et absolute pro talibus, debent gratis concedere quod tales non sunt modo diaboli condempnati, cum nemo debet simpliciter et absolute orare pro illo quod scit divino iudicio repugnare. Ideo prudenciores orantes non orant nisi condicionaliter pro talibus defunctis; nec dubium quin oraciones condicionales non prosunt illis nisi de quanto per eorum merita erant digni. Ex quo manifeste sequitur quod oracio generalis in tanta caritate tantum valeret illis, quantum valeret condicionata oracio specialis.

We should leave it to God, to assign the benefit of our prayers.

Et quantum ad applicacionem specialem, videtur quod sit stulta, mitigans caritatem, eo quod caritas *non querens que sua sunt* debet Deo humiliter dicere: *Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra.* Sed constat quod maior est humilitas voluntati divine sic subici quam suffragium nostrum uni persone cuius condiciones sunt nobis incognite propriari. Tantum enim videtur valere talis singularis applicacio quantum valet singularis do-

5. Cod.: addero. 27, 28. Cod.: defuctis.

8. Chronicon Angliae (appendix), p. 396. 34. II. Cor. XII, 14. 35. Matth. VI, 10.

nacio sive concessio eorum que sunt singularia dona Dei. Et eodem modo stultum est nobis absolute asserere quod oramus vel facimus quicquam meritorie ut debemus, quia si simus presciti (quod est nobis incognitum), gratis asserimus quod est satis ambiguum. Et hec racio cum suo fundamento destrueret multas oraciones speciales et moveret ad ambulandum secundum Spiritum et non carnem, quia caro concupiscit adversus spiritum et econtra. Caro enim afficitur circa sensibilia et homo pro talibus sic orat, ut talia sic affectat. Spiritus autem conformans se voluntati divine plus amat communia et pro particularibus sibi incognitis, nisi forte condicionaliter nunquam orat. Sic autem sepe fit in oratoribus quod orant pro oppositis, quia oportet omnino esse dissonum voluntati divine, cum carnalis et spiritualis affeccio sepe sibi invicem adversantur et per consequens orans sive desiderans taliter suffragari adversatur sibi ut alteri oranti vel desideranti sibi suffragari secundum condicionem oppositam, ut si ego volo implicite et absolute Petrum salvari vel ante horam in purgatorio liberari et Paulus orans humilius dimissis talibus applicacionibus orat quod generaliter compleatur Dei volicio, orat in spiritu voluntati divine conformius quam ego.

We know not what to ask.

Ex quibus patet quod, sicut viantes non quecunque volunt volicione sensuali faciunt in opere, sic est oracione senciendum; unde, quia ignoramus quid specialiter petere debeamus, dicit Apostolus . . . . *et ipse Spiritus orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus,* non quod Spiritus Sanctus gemat in persona propria sed postulat Deum patrem quod est nobis utilius; pro cuius ignorancia debemus gemere ultra quam scimus exprimere, sicut turtur gemit pro pluribus que ignorat. Si autem viator Spiritu Sancto et legibus sui spiritus sic ducitur, tunc non legalibus penis veteris legis subicitur, cum non sequitur: Volo parate si sic fecero sic puniri, ergo volo et debeo sic puniri.

Et hec est una stulticia que ex tradicionibus adinventis adstringit multos christianos ut faciant et sufferant quod non debent. Unde generales regule post evangelium adinvente tollunt a pluribus libertatem. Ut autem Apo-

22. Cod.: volucio (et passim). 26. Cod.: bene quia. 27. Cod.: Apostolus sequitur lacuna.

27. Rom. VIII, 26.

stolus specificet suo auditorio opera carnis, ut caucius caveantur, enarrat septemdecim et postmodum iuxtaponit opera duodecim spiritus cum spirituales racione fulciti opera preciosa avidius amplexantur.

The seventeen works of the flesh.]

Primum autem operum carnalium est *fornicacio*, quod cum sit sensibile, est noticie carnalis hominis manifestum. Est autem fornicacio corporaliter intellecta peccatum carnale inter solutum et solutam. Secundum opus carnis est *inmundicia* contra naturam vel quecunque Fol. 284ᵇ inordinata pollucio. Tercium opus | carnis est *impudicia* in tactu et osculis. Quartum opus carnis est *luxuria* generaliter ista sequens. Quodlibet enim trium precedencium sicut multa similia possunt dici luxuria. Ex istis autem pullulat *ydolatria* (ut patet III. Reg. XIº de Salomone) et ideo *ydolorum servitus* nominatur ab Apostolo. Quintum opus carnis et sextum sunt *veneficia* que sunt sortilegia, que fiunt communiter ad querendum honorem libidinosum, et cum omne animal prolificum tempore coitus sit bellicosum (ut dicunt philosophi), patet quod ex predictis luxuriis oportet septimum opus carnis scilicet *inimicicias* exoriri (ut patet de historia II. Reg. XIIIº de Absolon contra Amon). Octavum opus carnis procedens a prioribus sunt *contenciones* in verbis clamorosis, non solum in viris sed feminis, nec solum circa luxuriam sed circa bona fortune et famam quibus luxuria est nutrita. Nonum opus carnis sunt *emulaciones* in verbis pungitivis ab invidia procedentes. Decimum opus carnis est *ira* quam necesse est ex prioribus sepe procedere, cum tam ex factis quam verbis predictis irascitur homo qui se reputat vilipensum; et manifesta signa talis iracundie apparent statim in facie. Undecimum opus carnis sunt *rixe* que sunt inordinate applicaciones irati in verbis vel sermonibus preparantibus ad vindictam. Duodecimum opus carnis sunt *dissensiones*, quoniam incipiunt fieri partes ad pretensam iniuriam reciproce vindicandum. Decimum tercium opus carnis sunt secte, sicut partes ex prioribus peccatis sunt firmate. Et videtur mihi quod omnes religiones private sapiunt quodammodo tales sectas; unde in actibus apostolorum vocantur secte religio phariseorum et christianorum. Cum in omnibus talibus sectis fit quedam divisio in conversacione humani generis; ideo oportet

5 et seqq. Gal. V, 19, 20.

quod quedam secte sonent in vicium et alie que dicunt divisionem a peccatoribus in virtutem. Decimum quartum opus carnis sunt *invidie* que ex sectis communiter oriuntur et in signis sensibilibus ostenduntur, ut patet de fratribus qui ad defendendum suas sectas invadunt invide et multipliciter adversantes, et specialiter detrahendo, pugnando et de displicentibus menciendo, cum iste secte sint bona privata citra religionem Christi et que dum propria querunt infundabiliter citra bona communia sancte matris ecclesie vel diminuunt caritatem que *non* sic *querit que sua sunt*. Decimum quintum opus carnis sunt *homicidia* que sequuntur hec priora. Decimum sextum opus carnis sunt *ebrietates* que sunt extra mensuram bibiciones sensum hominis perturbantes. Decimum septimum et ultimum opus carnis sunt *commessaciones* que sunt inordinate et frequentes commestiones.

Multa autem sunt talia opera et eis similia que dum homines inordinate agunt regnum Dei non consequuntur. Sicut enim analogum pro famosiori sumitur, sic famosius dicuntur hec agere que sine sufficienti contricione vel penitencia ista agunt.

The orders are the cause of political disturbance.

Et nota quod Apostolus non intendit ista describere vel ex opposito distinguere tamquam genera impermixta, licet indubie istorum ordo et causacio subtilitate mirabili sese respiciant. Secundo nota quod querenti causam perturbacionis reipublice responderi potest secure quod causa tocius perturbacionis sunt secte noviter introducte. Sicut enim secta Machometi causavit divisionem notabilem in humano genere, sic et alie secte plus alie minus. Et confirmari potest ex hoc quod ubi sunt multe cause concurrentes ad idem, quelibet earum coniunctim et divisim (ut patet philosophis) causat idem. Cum ergo omnes ille condiciones septemdecim causant perturbacionem ecclesie, cum vicia sunt connexa, patet quod vicium sectarum causat illam discordiam.

Et hoc patet specialiter eo quod ante introduccionem illarum fuit maior concordia et multipliciter illis maior discordia sequebatur; nam ubi *multitudinis credencium est cor unum et anima una*, exinde necessario comitatur

10. Cod.: matri. 25. Cod.: caucio. 36. Cod.: causam.

3 et seqq. Gal. V, 21. 39. Act. IV, 32.

The friars have departed from their original principles and have imitated the Beghards.

They claim exemption from the king's rule and the prelates' jurisdiction, while by money and influence they set at naught the Pope's law.

concordia. Ideo ex opposito ubi est maior intencionis et volicionis discordia, oportet quod maior perturbacio sit secuta. Patet ex historiis a principio mundi usque hodie et racio id convincit. Possent enim private secte cum privatis observanciis tantum vel plus facere ad popularem concordiam. Ideo cum earum divisio sine humilitate apostolica facit discordiam, patet quod esset utilius universali ecclesie quod secte private sine divisione huiusmodi secundum libertates legis Domini militarent. Sic enim plus tenderent ad perfeccionis simplicem unitatem. Unde quidam considerans fratrum nequiciam dicit quod secundum eorum principia et veritatem catholicam in obediencia Deo et homini staret potissime eorum religio, sed tamquam Antichristi filii plus quam Begardi aut Begwine ab obediencia huiusmodi sunt exempti. Nam quoad leges civiles in contractis quas incolunt dicunt quod nihil illis et hiis legibus, cum privilegiis quibus immediate subduntur pape regum | [Fol. 284c] non interest ab eis tributum accipere, ipsos corripere vel punire, et sic in ipsis Antichristus extollitur *super omne quod dicitur Deus*. Cum Christus solvit tributum cesari et sibi ac ministris suis fuit summe obediens quoad leges ecclesiasticas, dicunt quod in regnis quibus inhabitant licet eis quantum cautelose sufficere bona rapere, sed prelatis regnorum non sunt subditi sed econtra; et quoad leges papales patet quod de ipsis propter causam multiplicem nichil curant. Habent enim procuratores suos habundantes in pecunia, constantes et callidissimos oratores, sic quod non licet sed sufficit iuratis in regnis remotis ipsos a suis erroribus removere et si eis placuerit privilegia contra leges papales priores adquirere, statim fiet. Et quoad legem divinam simulant ypocritice excellenciam sanctitatis et quoad ipsorum legem cautelis diaboli implicant gregem Christi.

De illis autem duodecim fructibus spiritualibus . . . . et spiritualiter calefacit ecclesiam.

Cum autem Spiritus Sanctus sic inhabitat viventes, patet quod necesse est ipsum germinare *caritatem* in

8, 9. Cod.: sive divisio huius, 14. Cod.: sed tantam. 33. Cod.: quod ipsorum est legem. 34. Cod.: implicat. 35. spiritualibus; hic aliquot verba excidisse apparet.

20. II. Thess. II, 4. 38. Gal. V, 22.

The twelve fruits of the Spirit.

mente quam sic inhabitat, et cum omnis manens in caritate in Deo manet et Deus in eo, non mirum si sit gaudium de tanto hospite. Ideo *gaudium* ponit Apostolus secundum fructum spiritualis conversacionis, et ex istis sequitur tercius fructus scilicet *pax*, quia, cum fortis armatus caritatis custodit atrium, in pace sunt omnia que possidet. Quartus fructus spiritus est *paciencia*, quia hoc est medium valde necessarium ad pacificandum ecclesiam, cum viator debet gaudere de spe fructus maturi in patria, patet quod considerando Christi pacienciam et idem pacem eius et gaudium debet viator equanimiter pati quicquid adversitatis contigerit. Quintus fructus et sextus sunt *benignitas* et *bonitas*. Est enim benignitas caritativa volicio qua quis proponit accendere proximum in caritate tam exemplacione quam doctrina. Et bonitas est radius caritatis quo quis movetur benefacere proximo in bonis extrinsecis. Unde (ut quidam interpretes locuntur) benignus dicitur quasi bonus ignis, et hoc analogum *bonus* contrahitur secundum locucionem vulgarem, ut intelligatur esse bonificus. Et cum Spiritus Sanctus docet perseveranciam esse necessarium coronando, patet quod oportet *longanimitatem* tamquam fructum septimum ex hiis sequi. Est enim longanimitas temporalis longitudo virtutis animi. Ex istis infertur octavus fructus qui est *mansuetudo* nostra mitigans, ad quam multum valet consideracio quod Deus necessitat ad opera tam bona quam mala, ut procedant in suo ordine ad prodessendum ecclesie; nam mansuetus se mancipat humiliter omnipotenti manu Dei, et ne fraude vel dolo circumveniatur proximus, est nonus fructus *fidelitatis* necessarius, quia sicut *fides* disponit hominem ad tendendum in Deum qui est supra se, sic secunda fides que est fidelitas disponit hominem ut diligat proximum iuxta se et per consequens quomodo debet diligere se ipsum. Qui enim videret magnum periculum patrie quam incolit imminere et sciens illud latere alios inhabitantes

1. In cod. sequitur: Et patet quomodo ex sectis novellis *refrigescit caritas multorum*. Ubi enim seculares occidunt corpus humanitus, ipsi animam occidunt diabolice, quia mendaciis per que fuit homicidium diaboli introductum. 29. Cod.: non mansuetus. 34. Cod.: hominem diligit.

3 et seqq Gal. V, 22. 29, 30. I. Petri V, 6.

patriam sileret et taceret enarrare periculum, quomodo fidelitas quoad Deum et proximum maneret in illo? Nonne foret reus mortis per suam negligenciam occisorum?

Friars will not declare the truth either as to endowment or to the Eucharist.

Et ista consideracio de Ezechiele accepta moveret multos cognoscentes peccata communia ipsa usque ad mortem populo publicare. Et ista infidelitas videtur habitare in fratribus, cum ablacionem temporalium quam quidam iudicant meritoriam atque catholicam et alii dampnabilem atque hereticam nec approbant nec reprobant vecorditer reticendo. Et conformiter senciendum est de infidelitate fundata in sacramento eukaristie, ubi non audent vel unam partem vel aliam populo publice predicare. Nos autem publicamus secundum antiquam fidem ecclesie quod illud sacramentum est et realiter corpus et sanguis Christi in forma panis aut vini; fratres autem contradicunt concorditer vel tacent vecorditer et sic in fide fluctuant simplices christiani. Dicitur enim patenter fratribus (quod et noscunt) quod maior pars populi credit illum panem post consecracionem realiter esse corpus Christi, sicut dicit evangelium Apostoli; et quando queritur a fratribus si populus congrue credit in talibus vel tacent vel subdole contradicunt. Quare ergo non sunt proditores ecclesie? cum tantum spirituale periculum est infinitum maius quam foret hostilis invasio corporalis, vel tacent vel consenciunt parti false.

Decimus fructus spiritus est *modestia* que dicit modum Fol. 284[d] congruum in agibilibus atque scibilibus | conversandi cum populo cum circumstanciis oportunis. Undecimus fructus et duodecimus sunt *continencia* et *castitas* appetitus. Continencia autem patitur concupiscencias intrinsecas sed non vincitur; castitas autem cum mortificavit appetitus illicitos, sensitivos quietat et illas non patitur. Et isti dicuntur esse duodecim fructus notati Apoc. ultimo, quia licet in via incipiant, tamen usque ad fructus patrie immorantur; et in essencia manent idem. Et hii fructus exuunt viatores a fructu penali legis, licet sint prompti in casu quo errantes debent sic puniri. Ideo dicit Apostolus: *Adversus huiusmodi non est lex.*

3, 4. Cod.: occisor. 30. Cod.: appetitum. 36. Cod.: manet.
38. Cod.: errantis; ib. Cod.: devient sic.

34. Apoc. XXII, 2. 39. Gal. V, 23.

Preaching Christ's law would avail more than making new rules.

Ex quibus quidam colligunt quod utilius esset ecclesie legem Christi efficaciter predicare quam tradiciones novellas ad puniendum rebelles tam multas statuere. Nam tempore apostolorum et diu post antequam multiplicate sunt tradiciones huiusmodi copiosius fructificavit ecclesia. Et a tempore istarum tradicionum sepe inflicte sunt pene fructibus hiis spiritus, quod est hic contra Apostolum, et adinvenit Antichristus viam subtiliorem ad sordescendum in crimine tam ex parte populi quam ex parte illorum qui debent exequi illas leges. *Qui autem* vel *sunt* membra *Christi* vel filii quod evangelizacioni contingit apcius illi *crucifixerunt carnem suam cum viciis et concupiscenciis*. In hoc enim debemus imitari Christum patrem nostrum in sua crucifixione, et

How we should follow Christ.

sicut ipse crucifixit carnem suam in natura propria in patibulo usque ad mortem durissimam extendendo, sic nos debemus spiritualiter ad imitacionem sui carnem nostram super crucem Christi extendere; et sicut ipse mortificavit vitam suam corporalem, sic nos debemus facere in corpore et sensitivis potenciis secundum hos fructus spiritus sic vivere, quod non sinamus vicia vel concupiscenciam actualiter pululare. Et tunc mortificamus in cruce tam carnem nostram quam vicia et eius concupiscencias in radice; corpus enim et eius naturales potencie sunt in predicacione secundum causam vicia vel virtutes. Et patet solucio ad obiectus fratrum qui arguunt quod non debemus in omnibus sequi Christum. Debemus enim in omnibus que concernunt Christi divinitatem, humanitatem vel crucifixionem remota similitudine et mistica sequi illum.

## SERMO XLIX.

*Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus.* Gal. V°, 25. In ista epistola docet Apostolus ipsos Galatas specialius quomodo debent in virtutibus viare et quomodo debent peccati pericula precavere. Quoad primum verbum notandum quod, sicut est duplex esse precedens exi-

2. Cod.: quod tradiciones. 11, 12. Cod.: evangelizacione. 20. Cod.: sensitimis. 33. In marg.: Nota. 35. In marg.: 1.

10. Gal. V, 24. 31. Dominica decima quinta post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 351—354.

The double preexistence of man: ideally in God, seminally in his ancestors.

His double existence; natural and in grace.

stenciam humanam in suo genere, sic est duplex existencia illam sequens. Habet enim homo esse ydeale eternum secundum quod est essencialiter Deus sicut et quelibet creatura, non tamen conceditur quod omnis homo sit Deus, et sic de nominibus signantibus qualitates substanciales in genere. Conceditur tamen cum pronomine signante substanciam nostram, ut quod homo est Deus ante mundi creacionem secundum primum esse suum eternum (ut diffuse declaratum est in materia de ideis), sed secundum esse precedens existenciam actualem est esse seminale ad quem sensum Christus fuit in lumbis Abrahe et omne semen hominis in primo homine. Et sicut prima materia expectat sentenciam de ideis, sic secunda materia expectat declaracionem de racionibus seminalibus; sed prima sentencia est metaphysica et secunda philosophica quas suppono. Sed post produccionem hominis in actu individuali habet duplicem existenciam plus famosam, scilicet existenciam naturalem et existenciam graciosam. Secundum primam informatur anima vel spiritus que est eadem persona cum homine; et quoad secundam existenciam informatur gracia primi spiritus habitantis in homine. Sicut enim homo habet in actu esse naturale per animam, sic habet esse spirituale per graciam informantem. Et cum tot modis dicitur unum oppositorum quot dicitur et reliquum, patet quod oportet credere non esse quadruplex hominis correspondens. Et patet racionabilitas condicionalis prime apostoli dum sic dicit: *Si spiritu vivimus etc.* Cum enim omnis viator sicut quelibet creatura necessitatur moveri ad suum terminum, patet quod homo vivens secundum informacionem gracie quarto modo debet proporcionabiliter ambulare. Nam dimittendo ambulacionem istam desineret homo sic vivere.

The best guard against danger is to avoid boasting.

Fructus autem huius vite duodecuplex in priori epistola declaratur, et quantum ad cautelam fugiendi pericula prima et potissima est *non gloriari inaniter* de operibus nostris, etsi bona moraliter videantur, cum prima cautela diaboli sit extollencia hominis suggerere instar sui. Ideo dicit Apostolus *non efficiamur inanis glorie cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.* Illa

38. In marg.: 1.

36, 39. Gal. V, 26.

quidem | fraus diaboli surrepit in animas devotorum, faciendo eos sese provocare verbis dedignantibus ex putata sanctitate et invidere, cum fratres novissime apostatantes affirmant quod sunt viris apostolicis de religione primeva secundum quasdam tradiciones frivolas plus perfecti; quorum evidencia potissima stat in isto quod patronus quem vendicant esse suum religiosis sui temporis vixerat plus perfecte. Fol. 285[a]

Christ is the best abbot and His order excels all others.

Sed oportet simias istas secundum spiritum propheticum interioris hominis ad statum ecclesie plus profunde proficere, nos autem secundum oculum interioris hominis usque ad altissimum iudicantes ex fide credimus quod abbas noster Christus vixit perfeccius quam fuit possibile aliquem singularem patronum eorum vivere. Ideo licet nimis degeneramus a vita abbatis nostri, scimus tamen quod status et religio nostra excedit statum et religionem eorum, que non valet in aliquo nisi de quanto statu et religione nostra participat. Et utinam privati religiosi nostri non solum sibi ipsis non invideant nec Christo et regule christiane. Amant enim que sua sunt contra caritatis regulas et populum extra ipsas spoliant quantum sufficiunt et dona fidei ac alia dona spiritualia ab illis subtrahunt, vel quia nesciunt vel verius quia bona temporalia sua querunt.

We must rebuke with gentleness and modesty.

Apostolus tamen ad Gal. VI° capitulo ita scribit: *Fratres, et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi, instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne et tu tempteris.* Quod mandatum Spiritus Sancti religiosi nostri debent magis attendere, cum ipsi vendicant esse spiritualiores ecclesie eciam Apostolo loquente eis ad os secundum evangelium sibi datum. Si ergo fides scripture Apostoli a dicto Spiritus Sancti non posset pati, quod fratres vendicant se esse veros *spirituales*, nam ad superiores pertinet ipsos inferiores illuminare, sicut partes mundi tam maioris quam minoris partes inferiores subiectas illuminant, et illa illuminacio debet esse secundum prudenciam quoad peccantes ex ignorancia et defectu instruccionis in spiritu lenitatis, si autem gravius ex certa

2. Cod.: eos esse sese. 7. Cod.: religiosum. 32. Rectius legendum esse videtur: Sic ergo fides. 33. Cod.: vendicantes. 34. Cod.: viros; ib. Cod.: namque superiores. 39. Cod.: lenitantis.

26. Gal VI, 1.

mala noticia quis peccaverit, tunc est acrius arguendus, sic enim Christus arguerat acucius phariseos; et moveret ad hoc quod quilibet spiritualis viator est valde fragilis et sic egens mutua vicissitudine relevacionis, et per iuvamen tale confratris acuitur et stabilitur virtus compacientis: Ideo dicit Apostolus quod talis debet esse *considerans se ipsum, ne et ipse temptetur.* Et utitur numero singulari ad demonstrandum attencionem singularem ad fragilitatem propriam et debitum ministerii ex officio a dacione Domini ministrantis. Et sic tota universitas viancium debet tam in bonis faciendis quam malis tolerandis mutuo se iuvare; sic enim agent celerius et levius tolerabunt.

All members of the Church are bound to mutual help.

Nec impedit quoad ista localis distancia, quia omnes christiani sunt unum corpus in Domino. Ideo subiungit Apostolus: *Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi.* Cum autem lex Christi sit caritas et caritas fraterna potissime se extendit ad taliter iuvandum proximum et ipsum in penalibus supportandum, patet quod ad hoc tenetur fidelis. Cum enim ex fide scripture ecclesia sit unum corpus et unius corporis una sit accio et una passio, patet per locum a sufficiente similitudine quomodo omnia membra ecclesie debent in utroque mutuo se iuvare. Et cum plenitudo legis sit dileccio, patet quod in ista dileccione lex Domini est impleta. Unde superiores tardantes ab isto officio seducunt se ipsos et fraudant ecclesiam. Ideo dicit: *Nam si quis aliter presumat se esse in ecclesia magne dignitatis et meriti, cum ex sua superba presumpcione constat Deo contrarium et sic* presumendo *ipsum seducit* a statu gracie, et sic se facit quoad quartum gradum existencie esse nichil. Cum enim quartus gradus existencie requirit graciam informantem et per consequens virtutes et humilitatem, patet quod qui decidit ab humilitate et caritate fraterna, decidit a gracia informante et facit se ipsum spiritualiter mortuum et sic nichil, et per consequens se ipsum decipit, cum secundum inanem superbiam falsa reputat de se ipso. Et utinam prelati ecclesie a papa usque ad in-

1. Cod.: arguendum. 3. Cod.: quantumlibet. 5. Cod : stabilitur twice. 29. Cod.: superbia.

16. Gal. VI, 2. 28. Gal. VI, 3. Vulgate: *Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.*

fimum non in ista voragine seducantur. Si enim innituntur spoliacioni temporalium subditorum, postponentes informacionem et spirituale suffragium, quis dubitat quin inferiorant se ipsos, adnichilant et transformant? Inferiorant (inquam) se ipsos a superiori officio in membra diaboli.

Let every man examine himself and give God glory for what is good in him.

Ex istis patet cum quanta diligencia quilibet viator examinaret statum et opus proprium, utrum facit debite et plene opus quod | pertinet suo officio, quod si post probacionem fidelem in constancia sua invenerit, laudet Deum a quo graciose tot bona in organum tam abiectum influxerunt; et sic servata humilitate et abiecta presumpcione in se ipso gloriam habebit et in Deo, quem in se invenerit et non in se altero quem fantasiatur superbe esse aliquid per inhabitantem graciam cum non insit. Talis enim putat se esse alterum quam sit de facto, cum manifeste se seducit. Ideo dicit Apostolus: *Opus autem suum probet unusquisque et sic de se ipso tantum gloriam habebit et non in altero.* Non enim intendit Apostolus in hoc dicto quod viator non debet gloriari in Domino vel quod ecclesia aut proximus suus procedit prospere in virtute, sed quod ipse non debet inaniter gloriari de se ipso, quia tunc de se decipitur, credendo se esse alterum quam sit veraciter apud Deum. Ideo stulti sunt qui vane gloriantur in ficta laude alterius, cum debent in propria consciencia melius quoad meritum quam alii iudicare et longe minus de meo merito quod in consciencia mea propria stabilitur. Et ideo subiungit Apostolus: *Unusquisque onus suum portabit.* Cum enim vita viantis sit meritoria sive culpabilis ex rectitudine vel obliquitate proprie consciencie, patet quod, sicut illa consciencia est in Deo abscondita et Deo plane cognita, sic apud Dominum oportet quod portet mercedem propriam, ut meruit apud Deum, non ut blasfemant fratres: qui emunt peccata hominum, obligantes ex dacione munerum sibi vel alteri fratri suo, sic premiantur apud Deum vel salvantur; nam secundum Apostolum *Unusquisque onus suum portabit,* secundum quod in proprio arbitrio meruit vel demeruit apud Deum, quod excedit noticiam vel iustificacionem fratris.

Fol. 285[b]

No one can judge us so well as our own conscience.

19. Cod.: gloria. 36. Cod.: alterius.

18. Gal. VI, 4. 29. ib. 5.

It is right that those who are taught should give to their teachers,

Nec negatur communicacio in temporalibus inter mundo divitem et spiritualiter instruentem, sic tamen quod elemosinans ex sua prudencia in spiritualibus instruatur. Ideo dicit Apostolus: *Communicet autem qui cathechizatur verbo ei qui se cathechizat in omnibus bonis.* Est autem cathechizare instruere in spiritualibus vel confirmare, modo quo evangelizans alium cathechizat. Cathechizatus autem tunc communicat cum omnibus bonis cum suo instructore, quando secundum prudenciam cathechizati et strictam egenciam cathechizantis ministrat temporalia et reportat spiritualia; nam spiritualis communicacio in bonis meriti hic requirit, cum cathechizatus large et stulte indicanti tribuens, unde occasionem accipit ut sit petulans in alimentis et tegumentis ultra quam ad meritum suum exigitur: ideo non communicat in omnibus bonis, quia non in bonis gracie vel meriti sed econtra.

but only according to their real need.

Letters of fraternity the worst kind of simony.

Et in isto capitulo sunt fratres et cuncti elemosinati ultra regulam Christi I[a] ad Timotheum VI[o], 8: *Habentes alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus.* In ista eciam symonia maculantur fratres vendentes spirituale suum per literas fraternitatis (ut tactum est superius). Unde ista symonia habet aliquam racionem pluris stulticie quam symonia qua emitur beneficium ecclesiasticum a patrono, quia illi communiter inducunt in beneficium temporale, alia autem vendicio suffragii fratrum nec inducit beneficium temporale nec beneficium spirituale; unde blasphemamus ergo in illo quod Deo est proprium, quia non obstante nostro commercio ipse distribuit ad regulam unicuique, ut est dignus. Ideo dicit Apostolus: *Nolite errare: Deus non irridetur.*

Bliss cannot be bought.

Errant autem qui credunt quod quantumcunque male vixerint possunt mercacione cum presbytero emere premium tamquam ex merito et flectere divinum iudicium. Et evidencia stultissima capitur a similitudine iudicis temporalis; ipse enim potest flecti a iusticia pro commodo temporali. Nec dubium quin omnia talia sapiunt manifestam heresim atque blasphemiam. Et simili modo errant qui emunt oraciones hominum quos sanctos re-

4. Cod.: instruentis. 5. Cod. hic et in locis seqq.: cathezizatur (cathezizare). Correxi. In marg.: chathezizare quid est. 16. Cod.: communicat omnibus. 20. Cod : in hiis. 28. Cod.: blasphemus.

4. Gal. VI, 4. 31. ib. 7.

putant, intendentes quod ipsi possunt propinquius ad Deum accedere, ut inferiores non possunt obstacula et frequentem sollicitudinem quibus excluduntur pauperes a divino colloquio. Nolite (inquam) errare in talibus similitudinibus falsis fictis, quia non est Deus homo ut homo, ut presencia corporali sit necesse ad ipsum accedere vel a iusticia flecti poterit vel mutari. Cum ergo omnis homo eo ipso quod est habet spiritum cum quo efficacissime possit loqui cum Deo, cum cuius colloquio fructuoso non valet procuracio mediantis, confidat homo in merito proprio quod ad mensuram illius Deus necessario premiabit.

It is contrary to God's nature to reward a man otherwise than as he deserves.

Et licet mediantes blaspheme usurpent quod Deo est proprium, et sic (quantum in ipsis est) Deum deiciunt a trono sibi proprio, non tamen promittit Dei nobilitas, quia effectualiter sit irrisus unus, cum potest mereri alteri de quanto potest iuvare ut alius mereatur. Ideo in firmacionem istius sentencie dicit Apostolus: *Que* | *enim seminaverit homo hec et metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet corrupcionem; qui autem seminat in spiritu de spiritu metet vitam eternam.* Hec est autem triplex diffinitiva immo sentencia quam nulli oratores prelati vel curatores possunt infringere; ideo videant quante bonum possunt instruere vel monere, quia in hoc consistit eorum suffragium, unde sicut naturale est quod fructus prodeant iuxta naturam seminum seminatorum nec est in potestate hominis hoc mutare, sic multo magis est de seminacionibus meritorum, in tantum quod, licet sit Deo possibile facere post seminacionem zizannie frumentum crescere vel fructum a suo semine quantumlibet variatum; cum impossibile est Deum post meritum viatoris facere ipsum inproporcionabiliter metere de mercede, quia hoc repugnat Dei iusticie, sed mutare quodcunque corpus in reliquum est Deo possibile. Nec audiendi sunt fratres deliri qui magnificant erronee Dei potenciam, dicendo secundum quod possibile est quemcunque sanctum in celo eciam humanitatem Christi vel beatam virginem dampnari cras sine interveniente demerito et quemcunque diabolum sine merito interveniente beatificari perpetuo et

Fol. 285c

19. Cod.: seminavit. 22. immo; Cod.: io. 34. Cod.: quantumcunque.

18—21. Gal. VI, 8.

sic de multis aliis heresibus frivolis quas fratres seminant, dicendo quod in hoc potenciam Dei magnificant.

God's justice compels him to punish the finally impenitent.

Et quantum ad secundam conclusionem Apostoli, patet quod est absolute necessarium quod, si quis seminat in carne, et metet de carne corrupcionem, hoc est, si opera carnis usque ad finem sue viacionis compleverit, quia illa seminacio est completa. De tali seminacione per se posita loquitur scriptura. Oportet ergo quod sic seminans, cum non potest adnichilari, metat corrupcionem de carne quia putrida, penam scilicet perpetuam carnis sue, ita quod quam necessaria est hec consequencia apud Deum, si homo sic demeretur in carne, tunc in carne taliter punietur, quia Deus alienaret se a iusticia, faciendo oppositum. Et ideo fidelis credit quod absolute necessario si taliter promeretur, taliter premiabitur. Et hoc stabilit fidem fidelium et destruit hereses de simoniacis cambiis premiorum. Et iste est stimulus quo animantur servi Christi ad standum usque ad mortem pro defencione iusticie, quia sunt certi de ista veritate conneccionis, ut sunt certi quod Deus est, quod si taliter in vita merentur, erunt in patria taliter perpetuo premiati. Ideo dicit Apostolus: *Bonum*, inquit, *facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus, non deficientes.* Et intelligit per bonum non nude bonum de genere sed bonum meritorium beatitudinis perpetue, ab illo bono est in potestate viantis non deficere, quia cum oportet viantem tam secundum corpus quam animam hic operari continue, patet quod si cum istis usque ad mortem servaverit caritatem, hic non deficit opus meritorium operari. Et cum Deus semper agendo procedit ex sua magnificencia ultra condignum, patet quod in proporcionabili tempore premiabit ducendo ad statum in quo non solum de facto non deficient sed in quo non possunt deficere; nam confirmati in patria possident istum statum.

This is a reason for earnest charity.

Ex istis conclusionaliter colligitur quod debemus in via (quantum sufficimus) caritatem nostram extendere et eius funiculos secundum racionis limites ordinare. Ideo dicit Apostolus: *Ergo dum tempus habemus, ope-*

1. Cod.: multis annis (añis). 17. Cod.: est deest. 30. Cod.: procedit peccunias (sic). Recte procedit premians. 38. In marg. sup. fol. 285c: *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Ad Gal. VI°. Sperandum est, quia tempora sunt preciosa cum sint necessaria, opera laboriosa cum sint meritoria, ocia sunt damnosa et anime contraria, premia gloriosa, quia gaudia multipharia.

22. Gal. VI, 9.

*remur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* Si enim agricultor in spem fructificacionis sui seminis et sue fruicionis seminat anxie semen suum, cum non sit tanta spes de fructificacione seminis corporalis nec tanta spes de fruicione illius fructus, cum fuerit maturatus, quia multe cause possunt intercidere que istos fines poterunt impedire, per locum a maiori quomodo debemus continue spiritualiter seminare? Et cum secundum Apostolum qui *parce seminat parce et metet*, patet quod debemus in spem premii largius seminare, cum multi sunt dampnati quibus non potest proficere. Et multi sunt viantes qui ipso invito se ipsos inhabilitant ut sint participes meritorum.

All the predestinate share in the merit of the Church.

Ista ergo videtur obligacio que sic excedit hominis potestatem, sed videtur mihi quod limitate viatoribus est distribucio commodata. Et quoad omnes illos potest existens in gracia bonum utile vel bonum meriti operari, cum predestinati participant merito partis ecclesie conviantis, et presciti vel a suo crimine retardantur vel facientes bonum secundum presentem iusticiam vel a dampnacionis gravedine relaxantur, ideo in virtute potencie divine communicantis appropriate merita viatoris prodest simul promerendo beatitudinem toti ecclesie militanti. Sed ut docet hec ultima proposicio Apostoli, debemus | in operacione huiusmodi prudenter attendere quod prius operemur bonum ad domesticos fidei; ubi videtur michi quod Apostolus hic non intendit de communicacione meriti qua Deo est propria et per consequens indefectibilis sine errore possibili, sed loquitur de operacione quam debemus communicare domesticis fidei, hoc est, illis quos reputamus Deo plus acceptos et plus ecclesie profuturos. Illi autem sunt domestici fidei qui fidem evangelii plus defendunt et plus procurant ut magis fructificet caritate. Nam hac regula utitur Deus in communicando nostra merita. Nos ergo debemus ad eius similitudinem familiarius communicare cum illis quos magis domesticos fidei reputamus. Deus tamen communicat et distribuit merita indefectibiliter, quia summe ad regulam, et nos defectibiliter, quia supposicione probabili sic facimus; quod si peccatum nostrum precedens non inducat nos penaliter in errorem, sumus

Fol. 285[d]

14. Cod.: In ista. 16. Cod.: quod ad. 19. Cod.: conviantes. 41. Cod.: non penaliter.

9. II. Cor. IX, 6.

excusabiles de opere quod communicamus non ad magis domesticos, sed ad illos domesticos fidei quibus nobis communicare congruit.

Too much respect of persons prevails among us.

Et in ista accepcione personarum nimis magna pars ecclesie peccat communiter, diligens fratres suos et ipsos domesticos tractans, non quia illos credit esse Dei magis domesticos, sed propter affeccionem mundi vel carnis (ut dictum est superius de distinccione filiorum Dei atque diaboli). Et hec est racio quare quidam se abstrahunt a communicacione cum fratribus, cum multis signis eis evidet quod non sunt domestici fidei sed perfidie Antichristi. Et illos simplices qui reccius laborant ad profectum ecclesie secundum ordinacionem et regulam Jesu Christi, magis nituntur extinguere per media sceleratissima patris sui. Sed perturbacio populi stat in isto quod ipsi sunt plures, videntur populo sancciores et habent de prelatis et dominis plures consentaneos et foventes. Quomodo ergo non debet populus illis credere et contradictores destruere? In ista materia sepe dixi quod necesse est totam ecclesiam fundabiliter cognoscere fidem evangelicam. Secundo necesse est cognoscere illorum fratrum et suorum complicum conversacionem et regulam, et ex istis tercio non solum testificacionem humanam (cum sepe sit fallax) sed secundum fidem et opera de talibus iudicare; ideo dicit Christus Joh. X°, 38: *Si mihi non vultis credere, operibus credite.* Nec dubium quin opera et conversaciones eorum et multo magis verba (cum seminant sepe mendacia) non sunt laudabiliter fundabilia in scriptura. Oportet tamen in temporibus istis periculosis non omnino obmutescere sed fidem Christi cum modestia reserare.

## SERMO L.

*Obsecro vos ne deficiatis in tribulacionibus meis.* Ad Eph. III°, 13.

Dictum est in proxima epistola ex auctoritate Apostoli quomodo omnia membra Christi debent reciproce

5. Cod.: e ipsos. 32. In marg. sup. fol. 285[d]: *Obsecro vos ne deficiatis in tribulacionibus.* Ad Eph. III°. Tribulacio valet ad probandum preliantis miseriam, ad indicandum tribulantis maliciam, ad exequendum divinam iusticiam et ad expurgandum humanam inmundiciam.

32. Dominica decima sexta post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 354—356.

The Ephesians were not to doubt that St. Paul's trials would benefit the Church.

se iuvare et ex hoc ferent levius et festinancius ad patriam properabunt; et hinc Apostolus in primis obsecrat Ephesios *ne deficiant in tribulacionibus* quas pro illis patitur, cum de illis debeant gloriari. Dupliciter autem potest intelligi ipsos deficere in tribulacionibus Apostoli, primo desperando de liberacione sua aut quod tribulacio sua cedat ad profectum ecclesie. Sed de istius opposito est Apostolus securatus; scit enim cui credidit et qua intencione pro ipso sic passus fuerit; ideo cum scit eius omnipotenciam atque iusticiam, scit eciam eius resuscitationem perpetuam, sequens est ut sciat eius liberacionem ad profectum ecclesie et suam beneficienciam perpetuam.

They might fail in not giving him spiritual help.

Secundus modus quo intelligi potest defectus Ephesiorum in tribulacionibus Apostoli stat in isto quod ipsi deficient iuvare ipsum suffragio spirituali; per hoc enim posset tardari fructus tribulacionis Apostoli et in latitudine ac profectus copia minorari. Ideo nimirum sic obsecrat et intendit. Michi videtur quod tribulaciones sue sunt gloria eorum loquendo in predicacione secundum causam, cum tribulacio sua sit glorie eorum causa efficiens vel finalis, et in utroque debent agere fiducialiter et verbis Apostoli confortati. Mos enim scripture secundum pertinenciam generis vel numerum in revelacione intelligere rem autenticam, nunc ut unum et nunc ut multa, nunc secundum habitudinem unius generis et nunc secundum aliam consequentem. Sic enim loquitur Apostolus ad Gal. III°, 16: *Et semini tuo qui est Christus;* et sic in proposito quando dicit quod *tribulaciones mee est gloria vestra;* nec oportet in isto grammaticorum instancias formidare. Propter finem autem perseveracione Ephesiorum in isto sancto proposito *flexit Apostolus genua ad Deum patrem domini nostri Jesu Christi ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur.*

How the Apostle prayed for them.

Ex quibus verbis patet primo quod Apostolus intendit nomen rei, intendendo per rem quodcunque signabile, eciamsi fuerit extra genus, nam Ephesios sic perseverare constanter in tribulacione Apostoli non est formaliter res alia intra genus; secundo patet quod sive | Apo- Fol. 286a

6. Cod.: disperando. 20. Cod.: lon^do^. 36. In marg.: Nota tria; ib. in marg.: 1. 40. In marg.: 2.

30. Eph. III, 13. 33. ib. 14, 15.

stolus flectat genua corporalia (quod est probabile) sive genua spiritualia (quod est magis probabile), patet ipsum orare Deum patrem humiliter pro illo quod secure estimat esse dandum. Sic enim Christus oravit pro fratribus, exemplando aliis orare similiter et merendo. Sunt autem genua mentis vel interioris hominis in quibus homo considerans processum suum a Deo et fragilitatem propriam, secundum quas applicat in consideracione humili illa ad invicem, et considerans ipsa humiliter attribuit complecionem eorum Domini voluntati; nec sine tali fleccione valet in orante fleccio genuum corporalis. Sed tercio notandum, cum oportet omnem celestem paternitatem et terrestrem a paternitate patris ad filium nominari; et loquitur de nomine reali, quomodo denominatur subiectum realiter ab accidente vel forma alia que sibi infuerit; omnis ergo paternitas Dei ad angelos que est paternitas in celis, sicut et omnis paternitas hominis ad hominem que paternitas est in terra, omnis (inquam) talis paternitas originatur ex paternitate patris ad filium, in tantum quod paternitas patris mendacii ad suos filios originatur indirecte ex illa paternitate, de quanto sapit iusticiam.

He prayed for spiritual blessings.

Finis autem planior oracionis Apostoli fuit ille, ut det illis graciam Christum in eis habitare secundum racionem qua ipsos vere denominet christianos; ideo sequitur in textu Apostoli: ut *det vobis secundum divicias glorie sue virtute corroborari per spiritum eius interiorem hominem Christum habitare per fidem in cordibus vestris*. Huius autem textus construccio videtur esse obscura aliquibus, licet indubie subtilis; videtur autem sic posse intelligi: Finis per se bonus et nobis utilis, cur sic oro est, ut Deus pater det vobis secundum divicias glorie sue, et non secundum corporales ac corruptibiles divicias temporales, quod Christus per fidem formatam habitet perpetua constancia in cordibus vestris; quod fit si per dona Spiritus Sancti habeatis virtutem in interiorem hominem infusam, ut servetis taliter istam fidem. Et patet quomodo in istis verbis expresse tota Trinitas nominatur. Patet eciam quomodo Deum patrem concedere Christum sic habitare in cordibus filiorum procedit ex eternis diviciis, cum sit infinitum

8. Cod.: secundum tibias. 12. In marg.: 3. 27. Cod.: virtutem.

26. Eph. III, 16, 17.

prestancius quam divicie temporales; nam Deum habere potenciam eternam ad taliter et taliter ditandum creaturam suam sunt eterne divicie quibus Deus videtur esse formaliter dives. Et sic implicat Apostolus verbis subtilibus fidem, spem et caritatem; fidem secundum quam Christus tam deitate quam humanitate habitat in cordibus fidelium; spem per Spiritum Sanctum consolantem ad beatitudinem consequendum. Tunc enim per Spiritum Sanctum corroboratur homo interior. Sed tercio explicat caritatem, cum dicitur: *In caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo, longitudo et sublimitas et profundum*, hoc est, oro ut sitis in caritate radicati quoad vitam activam fluidam; que sine radice predestinacionis in vita ista a beatitudine efflueret, cum sitis in hac vita ut arbores aqua et ventis multipliciter vacillantes; ideo necesse est ut sitis tamquam arbores in caritate formaliter radicati, et quoad vitam contemplativam stabilem habeatis caritatem constanter fundatam tamquam inmobilem. Per talem quidem caritatem potestis ultra conscendere ad comprehendendum cum omnibus sanctis tam angelis quam hominibus in beatitudine noticiam Trinitatis et passionum sive nocionum que non potestis comprehendere hic in via.

What are the breadth and length and depth and height of God.

Iste autem quatuor proprietates varie possunt intelligi, ut satis probabiliter per latitudinem Dei intelligitur eius immensitas, per longitudinem eius eternitas, per subtilitatem eius infinitas et per profundum eius stabilitas sive subtilitas. Gregorius autem X° Moralium, sic intelligit istum textum: *Habet*, inquit, *Deus latitudinem, quia dileccionem suam usque ad persequentes extendit; habet longitudinem, quia ad vite patriam nos longanimiter tolerando perducit; habet subtilitatem, quia ipsorum intelligenciam qui recepti in supernam fuerint congregacionem transcendit et habet profundum, quia dampnatis inferius districcionis sue iudicium incomprehensibiliter exhibet. Que quatuor exercet in nobis singulis positis in hac vita, quia et latitudinem amando, longitudinem tolerando et celsitudinem non solum nostram intelligenciam sed et vota superando. Et profunditatem suam exhibet occultos et*

34. Cod.: superna fuerint congregacione.

10. Eph. III, 17, 18. 30. S. Gregrorii Mor. lib. X, cap. IX. Opp. tom. I, pag. 346.

*illicitos cogitacionis motus districte iudicando. Sed eius celsitudo et profunditas quam sit investigabilis nullus agnoscit nisi qui vel contemplacione ad summa provehi vel occultis motibus resistens temptacionum ceperit importunitate turbari. Unde beati Job XI°, 8 dicitur: Excelsior celo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces? Ac si aperte dicat: Profunditatem atque* Fol. 286b | *excellenciam quomodo tu cognoscere sufficis qui vel virtute ad summa evehi vel te ipsum in temptacionibus reprimere nescis.*

How these four dimensions of God are figured in the cross of charity.

Alii autem aptant hec quatuor ad crucem caritatis in via que disponit ad comprehendendum summam Dei caritatem in patria, ita quod latitudo sit protensus a dextris, ubi amici et proximi diliguntur, usque ad sinistrum, ubi inimici in Domino diliguntur; longitudo autem huius crucis est perpetua perseverancia que nunquam excidit, et illa presupponit latitudinem, sicut successivum presupponit rem permanentem; sed subtilitas et profundum se extendunt ad Deum qui supra omnem creaturam diligitur usque ad creaturam inferiorem homine cuius profunditas ignoratur. Quis (inquam) scit discernere vel tenere contra arguentes aliquam esse infimam creaturam? Per illam autem crucem in via deveniet homo ad comprehendendum investigabilem Dei caritatem in patria. Tales sunt multi sensus quos omnes (dum sint catholici) Spiritus Sanctus intenderat; sed quis sit principalior ignoramus.

Unde subiungit textus Apostoli: *Scire eciam supereminentem sciencie caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei,* quasi diceret: Oro eciam ut possitis scire illam caritatem Christi quam comitatur sciencia de eodem, quia tunc cognosceret homo Christum tam divinitus quam humanitus; quod attenderet maxime caritatem. *Ei autem qui potens est omnia facere superhabundanter quam petimus aut intelligimus secundum virtutem que operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, in Christo Jesu in omnes generaciones seculi seculorum Amen,* ac si diceret: Deo sit gloria, cum ipse sit ille *qui potens* est secundum virtutem quam nobis donaverit *superhabundancius facere quam petimus vel intelligimus.*

4. Gregor. l. c. resistentes. 5. Gregor. l. c.: beato Job dicitur.

28. Eph. III, 19. 34. ib. 20, 21.

*Ipsi* ergo *sit gloria in ecclesia et in Christo*, et hoc secundum mensuram que competit istis tribus, scilicet ecclesie, Christo et divinitati. Ideo dicit: *In omnes generaciones seculi seculorum.*

The two senses of glory.

Gloria enim nunc dicitur actus glorificantis et nunc proprietas gloriati; primo modo variatur secundum etates Christi et sue ecclesie, sed secundo modo gloria divinitatis similiter est eterna. Unde seculum dicitur esse equivocum ad hec septem,

Seven senses of 'seculum'.

primo ad periodum rei cuiuslibet temporalis, secundo tempus mille annorum, tercio ad totum hoc tempus vie ecclesie, quarto ad octavam etatem vite eterne future; quinto ad quamlibet septem etatum mundi, sexto ad eternitatem Dei et septimo ad evitatem cuiuslibet sempiterni. Et ideo crebro dicitur in oracionibus quod *Deo sit gloria per omnia secula seculorum.*

Doubt whether the Church grows holier as it grows older.

Circa hanc epistolam dubitatur utrum ecclesia ut antiquior sit sanccior atque perfeccior, et videtur quod sic, quia manet eadem continue que ab experimento et influxa noticia continue acquirit scienciam; ergo veritas dubii confirmatur per locum a sufficienti similitudine, quia diabolus ab experimento et longevitate continue adquirit scienciam. Cum ergo Deus graciosius respicit suam ecclesiam quam ipsum diabolum, videtur quod ille a quo derivatur omnis sciencia pocius in suam ecclesiam influit maioritatem sciencie quam in ipsum diabolum.

It does as a whole; i. e. including the Church triumphant, dormant and militant.

In isto dubio oportet equivocacionem terminorum in primis distinguere; ecclesia enim nunc accipitur generaliter et nunc particulariter; generaliter pro unitate predestinatorum in suis temporibus existencium, et sic habet ecclesia tres particulas: ecclesiam triumphantem, ecclesiam dormientem et ecclesiam militantem. Omnes autem iste tres partes post diem iudicii triumphabunt. Ecclesia vero militans nunc accipitur singulariter pro unitate viancium, et sic nunc est una ecclesia militans nunc alia more fluvii sibi invicem succedentis, cum ad cuiuscunque predestinati nativitatem vel mortem ecclesia militans innovatur; nunc vero accipitur ecclesia militans longe constancius et permanencius pro unitate pre-

4. In marg.: Gloria accipitur dupliciter. 8. In marg.: Seculum equivocatur ad septem. 16. In marg.: Dubium. 27. In marg.: Responsio. 29. In marg.: Nota. 34. Cod.: ecclesia nunc militans. In marg.: Ecclesia accipitur multipliciter. 35. In marg.: Nota.

31. Cf. Wyclif, De Ecclesia, pag. 4 et seqq.

destinatorum secundum quamcunque partem militaverit hic in via; et ad similitudinem illorum duorum sensuum equivocatur particularius in nomine ecclesie, ut patet de Anglicana ecclesia et Romana. Quod autem quidam equivocant pro quacunque unitate hominum predestinatorum et prescitorum simul vivencium vel pro ipsis basilicis est equivocacio nobis inutilis.

If we consider the militant Church only, it is worse than in the time of Christ.

Istis premissis manifestum est quod accipiendo ecclesiam militantem singulariter pro istis predestinatis vel illis in hoc mundo viventibus iam est ecclesia militans peior et ignorancior quam fuit illa ecclesia que tempore Christi et apostolorum viaverat. Racio autem facta superius bene procedit quod intelligendo ecclesiam militantem constanter pro numero predestinatorum que habet aliquam partem nunc militantem et in dormicione ac triumphacione succedentem et continue secundum aliquam noticiam novam partem noviter militantem, certum est quod talis ecclesia ut crescit continue in personis, sic crescit continue in sciencia et virtute. Fol. 286c Christus enim manet | continue caput illius ecclesie et apostoli eius partes; sed querendo utrum isti superstites sunt scienciores vel sancciores quam fuerunt superstites illi antequam diaboli malicia tantum crevit, non dubium quin succedens ecclesia sit debilior quam precedens. Debilior dico sciencia et virtute, in tantum quod Christus caput ecclesie potest dicere particulariter illud . . . . *Factus sum sicut vir qui colligit racemos.* Olim enim fuit militans ecclesia tam spissim collecta de numero predestinatorum quod paucos zizannicos reperires commixtos, ac si quis vindemiaret frumentum post seminacionem et culturam diligenter maturatum, sed post illos successerunt superstites rarenter ponibiles, ita quod multos viantes respiceres, antequam unum predestinatum vel membrum ecclesie reperires, ac si quis post autumpnum granum credens hic unum et hic aliud sparsim in campo ecclesie reperiret. Sed ex ceca stulticia viantes cardones et alias herbas nocivas acceptant tamquam stipites sancte matris ecclesie, cum de facto sint membra diaboli eradicanda et in ignem perpetuum comburenda; patet illa sentencia ex ultima synodo

The predestinate are more scattered and rarer than aforetime.

17. Cod.: noviter twice. 26. Cod.: illud; sequitur lacuna. 40. Cod.: patet quod.

27. Michaeae VII, 1.

The Earthquake Council has decreed wrongly as to the sacrament of the Altar.

Terremotus in Anglia, ubi diffinitum est accidens in sacramento altaris esse sine subiecto et hereticatum oppositum, ac si fuerit summe falsum. Multiplicabam autem alias ad stabiliendum quod hoc venerabile sacramentum non sit accidens sine subiecto plurima argumenta et specialiter ex testimonio Augustini et ceterorum sanctorum qui antequam pater mendacii est solutus dixerunt sepius quod accidens esse sine subiecto non potest capi ab intellectu humano.

It cannot be without substance if Christ's body is at all points of it.

Illis autem racionibus hic suppositis tenetur probabiliter quod in hoc sacramento non sit accidens sine subiecto. Nam in hoc sacramento est accidens cum corpore Christi existente ad quemlibet eius punctum et ipsum corpus Christi . . . . est subiectum, ergo etc. Videtur enim vere et particulariter quod homo non est sine socio, dum habuerit socium sensibiliter ab eo distantem, sicut homo non est sine pecunia dum habuerit pecuniam in loculo vel parate in corbano quiescentem; ergo multo maius hoc sacramentum quod est accidens non esse sine subiecto, si ad omnem eius punctum intrinsecum et extrinsecum habuerit subiectum tam notabile finiens vel sustentans.

Even the friars say that the accidents have quantity as their subject.

Item, secundum distincciones fratrum recencium omne accidens respectivum et qualitas subiectatur in quantitate sine informata priori substancia remanente; ergo secundum illos ad omnem punctum sacramenti accidens subiectatur. Et illam sentenciam declarat crebrius doctor communis, doctor subtilis, et alii qui finxerant istam viam. Unde Inceptor Ocham videtur dicere quod, si sint accidencia respectiva ut motus vel variaciones distincte in hoc sacramento omnia illis fundantur in qualitate ut in subiecto, ideo videtur nimia presumpcio hereticare fratrum tam probabilium sentencias in hac parte.

Thus the Council denying a subject makes the friars heretics.

Item, in nulla parte eius sacramenti est accidens sine individuo speciei vel generis accidentis, si est genus

2. Cod.: hereticum; ib. in marg.: Nota de sacramento altaris. 10. In marg.: 1. 14. Christi: sequitur lacuna in cod. 18. Cod.: corban'. 18, 19. Cod.: quiescente. 20. non esse; cod.: ee. 23. In marg.: 2.

27. Doctor communis i. e. Thomas de Aquino. Doctor subtilis; this is the distinguishing name of Duns Scotus, cf. Fabricii Biblioth. lat. med. et inf. aetatis IV, 422. 29. Guilelmus Occam ord. Minorum, venerabilis inceptor, cf. Fabricii Bibl. l. III, 147.

in specie et species in individuo ut in subiecto, et patet modus loquendi de subiecto in Predicamentis Aristotelis.

It rashly hereticates also the King and his Council.

Ex istis patet quanta presumpcio est hereticare sine evidencia sentenciam philosophicam que testificata est tamquam per se nota, antequam veritas fuerat a sciencioribus de ecclesia confirmata; et ad tantum procedit ista insania sicut hereticat regem Anglie et eius nobiles, sic hereticat sectas fratrum, et cum fratres dicuntur regulatores huius synodi, videtur cum veris quod hereticant semetipsos. Videtur enim multis quod episcopi qui ignorant quiditatem accidentis vel subiecti eius equivocantibus non determinarent istam sentenciam quam ignorant; non enim videtur esse illis magna prudencia catholicare ysagogas Porfirii, predicamenta Aristotelis et quintum Metaphysice quoad multa dicta de subiecto et accidente et dampnare scripturam sacram cum multis aliis sanctorum sentenciis, specialiter cum ille terminus *accidens* quantum recolo nec iste terminus *subiectum* ad sensum eorum est terminus legis Dei in qua est omnis veritas (ut sepe asserit Augustinus). Ad quid onerarent ecclesiam cum istis frivolis que ignorant, cum ante illos vel auctores eorum fuerunt articuli fidei satis multi quos articulos usque hodie eciam prudentes eorum non noscunt?

The bishops need more learning.

The only evidence for the judgment is one wretched lesson for the feast of Corpus Christi and that is opposed to the text of the Mass.

Evidenciam autem ad hoc moventem non video nisi quia in legenda mardosa huius festi legunt accidens esse sine subiecto, sed illud quod est sanum atque autenticum in canone misse, in oracionibus atque ymnis dimittunt ut frivolum. In omnibus istis enim plane asseritur quod panis est corpus Christi et vinum eius sanguis, sicut testatur evangelium; sed scriptura in legendis est ypocrifa licet vera (ut testatur Augustinus in libro de Sermone Domini in Monte). Quid enim moveret catholicare illud ypocrifum tam infundabile atque falsum, ut Augustinus sepe asserit? Non dubium
Fol 286d quin illa | catholicacio sonat in hereticacionem evangelii quo Christus expresse asserit quod iste panis quem sumpserat in manibus est corpus suum, et per consequens remanet non destructus subiectans activa que

1. Cod.: species in dividuo. 2. Cod.: in ante predictis Aristotelis. 9. Cod.: quando hereticant. 18, 19. Cod.: terminis. 34. In marg inf. 286c: De sacramento altaris per totum.

25. In legenda mardosa. Accidentia enim sine subiecto in eodem consistunt. Lectio 11a in festo Corporis Christi. 32. Vide supra pag. 221.

sentimus, licet quoad consideracionem fidelium eius quiditas propter corporis Christi excellenciam est sopita, ut videns ymaginem dimittit considerare naturam ligni et in consideracione ac veneracione sancti cuius est ymago quantum sufficit se suspendit. Tunc enim secundum philosophos talia a consideracione dimissa dicuntur non esse in actu.

These heretics cannot explain what Christ means by bread.

Unde frequenter quesivi ab istis hereticis quid Christus intelligit per panem quem vocant tam communiter sacramentum, et dicunt quod accidens quod ignorant, glosantes speciem specialissimam rei satis note per terminum analogum nimium ignoratum; unde non valet eorum ficticia. Quacontra dicunt quod expedit tam illis quam nobis ignorare quiditatem huius venerabilis sacramenti, sicut ignoratur a nobis quiditas Dei nostri, tum quia hoc sacramentum est satis sensibile et panis ab apostolo diffinitum, tum eciam quia evangelium diffinit illud esse corpus Christi, sicut maior pars ecclesie vere credit quod tale accidens sit corpus Christi, omnes predicti heretici non auderent asserere.

They attribute to the Pope the power of making Christ's law heresy.

Ad hoc autem tendit insania quod Innocencius III. Romanus episcopus et per idem alius habet potestatem hereticandi legem Christi et per consequens Jesum nostrum et statuendi legem contrariam. Sed que sanctitas vel sciencia in tali ecclesia Antichristi?

## SERMO LI.

*Obsecro vos ego vinctus in Domino, ut digni ambuletis vocacione qua vocati estis.* Ad Eph. IV°, 1.

St. Paul appeals to the Ephesians by hi imprisonment.

Apostolus in ista epistola hortatur nedum Ephesios ad ordinate servandum moralia sed eciam singulos christianos; sed quia incarceracio Apostoli qua fuit incarceratus Rome moveret Ephesios ad gratancius acceptandum suam sentenciam, ideo sic orditur: *Obsecro vos ego vinctus in Domino.* Non enim fuit vinctus propter homicidium sive furtum sed propter defensionem fidei, ideo dicit se esse *in Domino vinctum.* Et patet consideranti ex maturitate status Apostoli quomodo sic incarceratus predicaret illis fidelem sentenciam et salubrem. Patet secundo quantam diligenciam servavit sanctus

11. Cod.: terminum twice.

25. Dominica decima septima post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 356—359.

His energy in preaching. His gentle method.

Apostolus ad vocandum fideles ad nupcias qui tam libere viando per patrias quam vincula paciendo in carcere fratres suos ad celeste convivium invitavit. Et patet tercio mollicies facetorum Apostoli, quando dicit non impero vobis sed *obsecro vos*, licet Deus illud percipiat quod vobis omnino cedat ad commodum taliter ambulare. Quos ergo fideles non mulceret et ad caritatem non alliceret ille modus? Primo ergo hortatur ad generalem observanciam, *ut digne ambulent vocacione qua vocantur* ad patriam. Constat quidem ex fide evangelii Luce XIV° quomodo omnes homines instinctu Dei vocantur ad beatitudinem appetendam, cum omnes homines instinctu naturali Dei non dubium hoc affectant. Et preter illam vocacionem internam Paulus et alii evangelizantes tamquam fideles Christi servi ortabatur invitatos ut ad cenam paratam veniant celeranter; nam a tempore ascensionis Christi usque ad diem iudicii aperta est ianua aule celi, sic quod paulative fideles possunt libere intrare ad illud convivium, quia parata sunt omnia; nam Christi divinitas atque humanitas presto preponitur super mensam Domini per quas beati tam sensualiter quam spiritualiter sunt cibati. Sicut ergo totum officium predicantis completur in hoc unico verbo ut fideles rite vocet ad istas nupcias, sic totum vocatorum ministerium in hoc verbo unico completur, *ut digne ambulet* secundum vocacionem istam ad terminum beatitudinis, cum Deus non propter sui commodum sed propter nostrum optimum nos invitat. Ille autem digne ambulat vocacione Dei ad illum terminum qui perseveranter usque ad finem ambulat in virtute, et ille non descendit per gradus peccati sed ascendit de virtute in virtutem quousque videatur Deus in Syon, hoc est, in supremo montis ecclesie triumphantis.

He calls the guests to come quickly to the supper.

The first virtue is humility. Its three grades.

Prima autem virtus per quam gradatim debent ascendere est *humilitas*, sicut primum peccatum per quod luciferine descenditur ad infernum est superbia humilitati contraria. Sed quia sunt tres gradus humilitatis, primus qui est necessitatis secundum quem viator subditur superiori, secundus qui est perfeccionis secundum quem viator obedit humiliter suo pari, et tercius qui est opus supererogacionis secundum quem viator obedit

8, 9. Cod.: generale. 11. Cod.: omnes h. 34. In marg.: 1.
37. In marg.: De tribus gradibus humilitatis. 1, 2, 3.

humilius suo inferiori (sic enim Christus implevit omnem iusticiam cum Baptista, quando Dominus a servo fuerat baptizatus, ut patet Matthei IIIº): ideo dicit Apostolus quod viantes debent ambulare *cum omni humilitate* |. Fol. 287ª

Second virtue, meekness.

Post humilitatem necessaria est *mansuetudo* que est tractabilitas, ut a quocunque proximo homo motus consonet racioni. Unde Matthei XIº, 29 dicit Exemplar ecclesie: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.*

Third, patience.

Tercio est *paciencia* necessaria ambulanti, sicut arundo fixa in radice terre vivencium vincit impulsus fluctuum. Quid ergo viator de tribulacionibus seculi, quando cogitat et perfecte desiderat celeste premium?

Fourth, mutual forbearance.

Et quarto infertur ex istis quod viatores debent *supportare se invicem in caritate.* Sic enim debent secundum leges Dei: *Alter alterius onera portate.* Et hinc Apostolus in tractatu suo de caritate querit: *Quis infirmatur et ego non infirmor?* quasi diceret: Nullus. Cum enim omnia membra ecclesie debent mutuo se iuvare, patet quod infirmato uno membro in spirituali potencia a quolibet membro ecclesie, de tanto vis quedam perditur et per consequens infirmatur.

Fifth, Endeavour to keep the unity of the Spirit.

Et sic quinto debent viatores esse *solliciti servare unitatem spiritus,* hoc est, id ipsum concorditer sencientes, quia *multitudinis credencium erat cor unum et anima una.* Et hoc est spirituale vinculum pacis; cum existente in homine repugnancia et falsitate, cum *est* et *non est,* tunc homo non est *bone voluntatis.*

Errors concerning the host have bereft us of peace.

Et hanc credo racionem quare pax tantum ab hominibus exulavit, nam sacramentum eukaristie quod debet esse signum pacis unionis atque concordie ad tantum infideliter est tractatum, quod vix duos prelatos vel fratres invenies quin dissonant in fide illius sentencie; quod si concorditer sentencia in aliquo viatore reperta fuerit, hoc erit in christianis simplicibus qui dicunt ex auctoritate evangelii quod ipsum sacramentum est corpus Christi aut sanguis in forma panis aut vini, cum satrape in synodo Terremotus diffinierant quod accidencia manent sine subiecto; quod non verificaretur

5. In marg.: 2. 6. motus; cod.: mo'. 7. Exemplar; cod.: exªʳ. 9. In marg.: 3. 29. Cod.: exultavit. 30. In marg. inf. fol. 287ª: De sacramento altaris per totum.

4. Ad Eph. IV, 2. 13. Eph. IV, 2. 15. Gal. VI, 2. 16. II. Cor. XI, 29. 22. Eph. IV, 3. 24. Act. IV, 32. 26. II Cor. I, 18.

in casu aliquo, si non sunt illa accidencia que sunt hoc venerabile sacramentum; et per consequens ipsum sacramentum non est corpus Christi vel sanguis, sed cum sint novem genera generalissima accidencium sub quibus sunt species infinite, patet quante contingit viantes in materia de quiditate istius sacramenti fantastice variare. Ubi ergo est diffinicio sancti Pauli qui vocavit ipsum sacramentum non rem nobis incognitam sed propter misterium annotandum; et cum nec racio nec auctoritas subsit unde foret color dicendi accidens esse corpus Christi vel sanguinem, patet quod satrape sic diffinientes tamquam heresim manifestissimam hoc negabant; et cum evangelium tam crebro ex auctoritate Christi hoc asserit, patet quomodo dicti satrape implicant implicite Christum fuisse hereticum. Sed quid horribilius causans in morte Christi a causa veritatis et virtutum et per consequens in mente cunctorum fidelium terremotum? Quamvis autem factus est terremotus in corporis Christi morte, tamen Judei perfidi non presumebant (sicut nec poterant) in Christo extinguere veritatem, quod in isto Terremotu dicuntur isti satrape presumpsisse, cum nituntur auferre ab evangelio Christi quod hoc sacramentum sit panis et vini, et nituntur secundo auferre a veritate evangelii quod hoc sacramentum sit corpus Christi vel sanguis.

According to the prelates it is neither bread nor Christ's body.

Ex quibus suppositis tamquam veris inevitabiliter sequitur quod veritas sit ablata ab anima viatoris, sed quis infidelis illud blasphemum presumeret? Si autem dicti satrape ad tantum insaniant quod dicunt illud accidens sine subiecto esse corpus Christi vel sanguinem, sicut nos de pane et vino asserimus, queratur ab illis racio sive auctoritas, eo quod panis quem Christus sumpsit in manibus, benedixit et fregit ante verba consecracionis non fuit accidens sine subiecto, sed vera substancia et illum panem asseruit esse corpus suum, sicut docet beatus Jeronymus cum aliis sanctis (ut patet ad literam).

Christ said it was bread and His body.

5. Cod.: quod quante. 16. causa; cod.: a $c^a$. 22. In marg.: 1, 2, 3. 23. Rectius: substancia panis et vini.

7. Coll. II, 26—28. 23. Cf. Fasc. ziz., pag. 277: Quod substancia panis materialis et vini maneat post consecracionem in sacramento altaris. 36. S. Hieronymi Ep. ad Hedibiam Opp. vol. I, 824. Cf. Serm. Pars II, pag. 453.

The prelates' doctrine leads us to make Christ's body the subject of all kinds of accidents.

Similiter, si aliquid accidens sine subiecto sit corpus Christi, sequitur quod quelibet pars illius sit in subiecto, quia in corpore Christi quod est subiectum; nam per talem sillogismum expositorium inferrent potissime quod accidens sine subiecto sit corpus Christi, quia illud sacramentum, et illud est accidens sine subiecto. Per idem autem sequeretur quod quantitas, qualitas et cetera accidencia parcialia sunt in subiecto, quia in suo toto, quod est corpus Christi et per consequens subiectum. Nec credo quod fidelis aliquis ad tantum insaniet quod neget illud consecratum a fidelibus in manu presbyteri esse sacramentum, ut patet ex descripcione sacramenti et testimonio sanctorum et paparum concordi cum testificacione ecclesie cantantis quod

*Fracto demum sacramento*
*Non vacilles sed memento* etc.

The three things which make up the sacrament; the host, Christ's body, the union of the Church.

Sed isti satrape in Terremotu sue synodi vacillarunt. Concors ergo legum paparum sentencia est quod in isto sacramento est dare tria, scilicet sacramentum et non rem ut est illud sensibile sacramentum, et rem et sacramentum ut est corpus dominicum, et tercio rem et non sacramentum | ut est unio membrorum ecclesie. Fol. 287b Quomodo ergo foret hoc sacramentum signum efficax amoris pacis et unionis ecclesie inductivum, cum super ipso et Christo sunt tot mendacia cumulata? Mentiri siquidem super simplici christiano est magnum peccatum, quanto magis mentiri tam multipliciter super re tam venerabili, sicut est Christus cum suo corpore et tamquam fidem illud mendacium tam universaliter seminare? Membra autem ecclesie debent compaginati ad invicem in uno simplici vinculo veritatis, sic quod sint unum corpus Christi misticum non ex membris diaboli qui est pater mendacii stragulatum; et debet ad conformem sensum ecclesia esse una anima vel unus spiritus, quia Iª Petri VIº dicitur: *Qui adheret Deo, unus spiritus est.*

1. Cod.: aliud. 16. Recte: *ne vacilles.* 21. Cod.: id est 35. Petri; rect. Cor.

15. The Sequence for the feast of Corpus Christi. Ex Sequentia S. Thomae Aquinatis, *Lauda Sion Salvatorem*, str. X. See Daniel, Thes. hymn., vol. II, 97 seqq. Cf. Lechler, Joh. v. Wiclif I, 637. 19. Cf. Trialogum, pag. 248. Hunc locum et in opusculo Johannis Hus, De corpore Christi (Opp. I, fol. 146b) invenies. Cf. Loserth, Wyclif and Hus (Engl. ed.), pag. 287. 35. I. Cor. VI, 17.

The faithful are one body in spite of distance.

Nec obest sed congruit quod multi fideles uniti in conformitate fidei sint tam unum corpus quam unus spiritus, cum omnis homo sit duarum naturarum utraque, et localis distancia non impedit huiusmodi unionem.

Five kinds of union.

Moveret autem ad talem unionem quintuplex racio unitatum contra quinarium superbum causantem circulariter divisionem.

1. of hope;

Prima ergo est unitas spei que habet idem obiectum vel terminum ad quem omnia membra ecclesie sunt vocata. Ideo dicit Apostolus: *Sed vocati estis in una spe vocacionis vestre,* quasi diceret: Sicut in termino ad quem, scilicet in beatitudine patrie eritis perfecte unus homo, sic debetis in via tendere ad proporcionalem unionem, cum finis debet intendi et figurari in mediis.

2. union in one Lord, from whom comes salvation.

Secunda unitas est in beatitudine obiectiva que requirit unitatem in sua familia. Ideo dicit Apostolus: *Unus dominus;* et cum ille dominus sit Jesus Christus vere Deus et homo, patet quod est materia vel terminus a quibus est tota salus humana. Sed quia nemo venit ad beatitudinem nisi tractus, patet quam necessarius est funiculus triplex qui de difficili rumpitur; cuius prima pars est *fides* quam oportet unam esse loquendo de fide credita; ideo dicitur *una fides.* Cui connectenda est secunda pars funiculi amoris que spes dicitur et persona prima quinque unitatum exprimitur. Ista autem pars fidei credite cum tam ethromogenie variatur, non infringibiliter continuatur, eo quod sicut Greci habent unam fidem de sacramento altaris et Latini aliam, sic in Latinis unam fidem habent seculares et simplices et aliam religiosi, ut fratres, monachi et prelati; ideo sicut credunt contrarie per tam disparatos funiculos, sic necesse est quod ad diversas differencias sint attracti. Necesse quidem est quod tam contrarie credencium quod una pars vel alia sit infidelis et per consequens quicquid fecerit boni de genere in vacuitate perfidie et vicii sit seducta, necessaria quidem est fides orthodoxa ad stabilimentum cuiuscunque meriti vel virtutis; ideo

3. in one faith. (A triple cord draws us to bliss; of faith, of hope,

5. Cod.: quinqueplex. 8. In marg.: 1. 10. In marg. sup. fol. 287[b]: *Vocati estis in una spe.* Ad Eph. IV°. Vocat nos Deus validis clamoribus, ut nos expediat instancia, variis langoribus, ne nos impediat carnis lascivia, minis et terroribus, ut nos terreat per minas et supplicia, precibus et muneribus, ut nos attrahat per perpreces (sic) et beneficia. 15. In marg.: 2.

10. Eph. IV, 4. 17. ib.

creditur quod omnes satrape Terremotus a stabilimento huius virtutis deficiunt.

and of charity).

Et quoad terciam partem huius funiculi patet quod est caritas que in nomine baptismi exprimitur; ideo dicit Apostolus pro quarta unitate: *Unum baptisma.* Est enim unitas in Christo principaliter baptismate, unitas in aqua de suo latere effluente et unitas in virtute baptismum huiusmodi consumante. Et utrobique est caritas; unde baptizatur catechumenus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

4. In one baptism.

5. In one God and Father of all.

Habita ergo unitate domini Jesu Christi qui est terminus a quo salutis humane et unitate funiculi triplicis per quem attrahimur, scilicet Dei Patris, ideo dicit Apostolus: *Unus Deus et pater omnium qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis;* ubi finalis terminus ad quem est motus cuiuscunque racionalis creature exprimitur. Divinitas enim est pater cuiuslibet huiusmodi creature, ideo sibi dicitur Sap. XIV°, 3: *Tu Pater gubernas omnia,* et Deus, cum sit Trinitas super omnia secundum potenciam creativam et per omnia creata secundum virtutem formativam et in omnibus creatis secundum concordiam finaliter quietivam.

How to answer unbelievers.

Circa hanc epistolam dubitatur, cum una debeat esse fides de sacramento altaris, quomodo debeat ad obiectus et questiones infidelium responderi. Certum quidem est quod una pars in illa materia a fide devians non communicat caritative cum reliqua, cum sit Belial. Arguit autem hic Belial contra fidem Apostoli: Si hoc sacramentum sit corpus Christi, est aliquantulum, aliquale et alicuiusmodi in situ huius venerabilis sacramenti; et ex hoc multiplicantur argucie infinite.

Predication may be formal, essential or relative.

Sed hic oportet tam fidelem quam infidelem notare distinccionem predicacionis triplicis supradicte, scilicet formalis, essencialis et habitudinalis, cum aliter non sit vera predicacio quod hoc sacramentum vel iste panis sacratus est corpus Christi nisi in predicacione habitudinali; oportet ulterius notare differenciam predicacionis essencialis, et quomodo corpus Christi non habet in situ huius sacramenti nisi esse spirituale |, licet Fol. 287c

3. In marg.: 4. 16. motus. Hic aliquot verba excidisse apparet. 21. Cod.: creaturam. 23. In marg.: Dubium. 25. In marg.: De sacramento altaris per totum. 32. In marg.: Responsio. 1, 2. 34. aliter; cod.: autem.

5. Eph. IV, 5. 14. ib. 6.

ibi habeat unum esse. Tercio autem oportet notare quod, sicut corpus Christi est ille panis vel hoc sacramentum integrum, sic est quelibet eius pars quantitativa, sicut et est quelibet hostia consecrata. Habet enim corpus Christi ut sic racionem tocius universalis quod est eius pars quelibet obiectiva.

The body of Christ may be said to be whatever the sacrament is.

Istis tribus notatis dicitur quod in predicacione habituali et secundum essenciam corpus Christi est quantumcunque, qualecunque et cuiusmodicunque est aliquod huiusmodi sacramentum; et sic est de quantitate duorum pollicum, et rotundum ibidem est secundum quantitatem que inest formaliter sacramento, et sic est de qualitate et ceteris generibus accidencium senciendum. Licet autem corpus Christi sit tantum et tale in situ sacramenti, non tamen quantificatur vel qualificatur in illo situ, sed est quid quantificatum vel qualificatum ibidem; unde convenienter annectitur talis proposicio: Corpus Christi quantificatur ibidem isto modo, ibidem quantificatur corpus Christi, et non sic: quod quantificatur vel quantificatum est ibi corpus Christi, cum hoc sit verum et reliquum falsum; et conformiter diciter ad omnes instancias ydioticas sophistarum.

Yet quantity and quality are not to be predicated of it, but it is something that has quantity and quality.

The body on the altar is in nature bread, not Christ's body as in heaven.

Et si queritur quid in natura sua sit ibi corpus Christi, dicitur quod ibi est corpus Christi in natura panis, cum sit ibi natura panis et non est ibi natura corporis Christi, ut est in celo, sed est ibi virtus Dei, cum sit ibi spiritualiter et sapiencia Dei patris. Et patet ex hic dictis et dictis in superioribus sermonibus quomodo est ad argucias illius materie respondendum. Concedi enim debet quod corpus Christi est in situ sacramenti corpus Christi, sed illud corpus non habet ibi esse corporale sed spirituale, cum corpus vel corporeitas de genere quantitatis que inest corpori Christi in celo non sit in situ huius sacramenti sed corpus quod est substancia naturaliter prius isto corpore quantitatis. Et proporcionaliter dicendum ad denominaciones aliorum accidencium: Quidam autem ponunt quod accidencia habent ibi concomitanter esse virtuale, sicut omnes partes quantitative corporis Christi conmultiplicantur cum ipso concomitanter per totum situm, sed non oportet ad onus ecclesie tantum in ista materia profundari. Corpus enim Christi est ibi divisibile et

It has not there a bodily, but a spiritual being.

We need not enquire too closely how these things are.

11. Cod.: rotundum ibimus. 17. Cod.: enectitur. 37. Cod.: ponunt. 40. Cod.: concomitantur.

non tamen videtur michi quod habet ibi divisibilitatem quantitativam, quia non habet ibi corporeitatem de genere quantitatis, habet tamen ibi racionem divisibilitatis in suas partes qualitativas et quiditativas, et sic corpus Christi est ibi non formaliter quantitative; non tamen est indivisibile quantitative, quod est falsum; et patet falsitas illius quod corpus est ibi septipedale, sic quod septipedalitas sit inclusa infra hostiam vel secundum aliam eius partem in hostia et secundum aliam ad extra in aere.

Nonsense talked by friars.

Patet eciam quod alie sentencie blaspheme ficte a fratribus sunt false quod possunt ponere totum mundum manentem sub equali quantitate quam fuit in mundi principio in suis oribus cum aliis vanis conclusionibus similibus. Nam fundamentum putridum gignit multas vanas sentencias consequenter, nec delector respondere ad tales subtilitates frivolas antequam arguens fundaverit fidem suam de quiditate huius sacramenti quid sit naturaliter et quid sit sacramentum. Et patet quod stant antique sentencie philosophice de panis quiditate ad aliorum accidencium passive cum aliis antiquis veritatibus in nature visceribus reservatis, quia absit quod sacramentum veritatis interimit veritatem, sed cum illusione sensuum tam patitur vere sensus hominis quam eciam intellectus, et inter alia pro quibus sum obligatus Deo pro dono noticie, videtur michi quod ex dono noticie huius materie sim sibi singulariter obligatus cuius causam inductivam estimo quod defenderem scripturam sacram et specialiter evangelium esse verum secundum quamlibet eius partem. Ex quo fundamento oportet fidelem concedere predictam sentenciam consequenter.

Wyclif thanks God for giving him knowledge of this matter.

Quantum autem ad sentenciam racione ecclesie creditur quod diu fuit in ista heresi et maiori, in tempore tamen Nicholai $II^{i}$ sensit catholice (ut patet de Consecracione dist. $II^{a}$ *Ego Beryngarius*), sed postquam introducti sunt fratres tam ipsi quam illi, eciam quam sui glossatores sunt multipliciter in stulta heresi capti-

7, 8. Cod.: septipedibile . . . septipedibilitas. Cf. Fasc. ziz., pag. 120. 10. Cod.: ayere. 21, 22. Cod.: antiquis viribus. 27. Cod.: sive sibi 37. Cod.: ecclesia quam.

36. Cf. Decreti tercia pars, De Consecratione dist. II, cap. XLII. Cf. Fascic. zizann., pag. 128. Cf. Trialogum, pag. 249.

vati, ut si Urbanita vel Robertinus contra sentenciam illam remurmurat, dicat quid secundum doctrinam illius ecclesie a tempore Innocencii III° sit in natura sua hoc venerabile sacramentum. Cum autem sit panis secundum fidem Apostoli et (ut ipsi videntur sentire) sit accidens, manifestum est quod a tunc facti sunt contrarii fidei veritati. Paratus sum tamen sentire utrobique catholice, si in illa materia vel quacunque alia ab illis, ecclesia vel creatura alia fideliter sim instructus, sed unum scio quod infinitum plus valet sensus evangelii quam omnes bulle quas ista sedes posset in materia fidei vel alia derivare.

He is willing to be taught better, but cares nothing for bulls in comparison of the Gospel.

## SERMO LII.

*Gracias ago Deo meo semper pro vobis.* Iª ad Cor. I°, 4.

St. Paul wrote to the Corinthians in Greek, as to the Romans in Latin.

Corinthi dicuntur esse Achaici et sunt Greci quibus Apostolus dicitur scripsisse in lingua Greca sicut Ro-
Fol. 287a manis scripserat in Latina. Licet autem isti | Greci fuerint subversi multipliciter a priori doctrina Apostoli, tamen commendat eos multipliciter capiendo eorum benevolenciam non false vel adulatorie sed pro illis statibus in fide quibus specialiter direxerat verba sua. *Gracias*, inquit, *ago Deo meo semper pro vobis.* Nam mos est auctoris scripture pro speciali gracia agere laudes Deo. Sed que gracia maior quam quod Deus donet servo suo virtutem gignendi fideles in Domino? Ideo non mirum si Apostolus propterea gracias agit Deo, unde tercia canonica Johannis scribitur: *Maiorem horum non habeo graciam quam ut audiam filios meos in veritate ambulare*, cuius racio est, quia in die iudicii ipsi erunt testes ydonei quod prelatus ut servus bonus et fidelis vocavit eos fideliter ad cenam novissimam; et illis est maxima consolacio quam prelatus habere debeat de subiectis; unde qui plus consolatur de lucro

God's greatest grace is the power of winning souls to the faith.

13. In marg. sup. fol. 287c: *Gracias ago Deo meo semper* I ad Cor. X° (sic). Agende sunt gracie Deo propter largitatem beneficii quod donavit indigentibus, propter enormitatem flagicii quod donavit delinquentibus, propter acerbitatem supplicii quod toleravit pro omnibus et propter severitatem iudicii quod preparavit pereuntibus et relaxavit penitentibus. 15. Cod.: et deest. 19. Cod.: capiendum (capiendis; capiende). 22. Cod.: pro deest. 22, 23. Cod.: iam mos.

13. Dominica decima octava post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 359, 360. 27. III. Joh. 4.

temporalium quam de ipsis reportat est perfidus Antichristus in pena perpetua desolandus.

Prelates should grieve when their subjects go astray.

Ex quibus patet correlarie quod prelati ut pape, episcopi et rectores audientes subditos suos a veritate fidei errare debent de hoc in infinitum plus dolere quam si perdiderint omnia lucra mundi. Nam per hoc perdent beatitudinem et per consequens omnia bona Dei. Et patet quod prelati videntes populum suum errare in fide eukaristie et propter infidelitatem vel negligenciam suam qua debent illis cognoscere et constanter suo populo predicare habent desolandi materiam de sua perfidia; sed prelati faciunt plene oppositum cum populus habet communiter maiorem scintillam fidei quam prelati. Nec obest quin Apostolus semper gracias agat Deo, quia omnis predestinatus (in quantum bene vivit) agit gracias Deo suo. Licet autem Deus sit Deus omnium, est tamen singulariter Deus predestinatorum, sicut de se ipso novit Apostolus.

As it is, the people have more faith than the prelates.

St. Paul's. thanks to God are for the spiritual welfare of the Corinthians.

Agit autem gracias Deo suo non quod prosperati sunt Corinthi in temporalibus nec quod sanati sunt in naturalibus sed omnino quod prosperati sunt in spiritualibus donis Dei. Hoc enim infert quicquid est necessarium homini tam quoad corpus quam quoad animam necessitate perpetua; ideo dicit Apostolus quod gracias agit Deo non de bonis fortune vel bonis nature sed de tribus bonis gracie: *In gracia*, inquit, *Dei que data est vobis in Christo Jesu.* Et ad conformem sensum gaudenter loquitur de ipsis Corinthis, quando dicit *quod in omnibus divites facti estis*, ubi loquitur non dubium de spiritualibus diviciis et non de habundancia stercorum. Si enim attenderemus ad legem Domini et statum primeve ecclesie, deberemus de talibus diviciis et clerici specialiter condolere. Plus enim gaudebat Apostolus quod Hebrei divites in Christo rapinam bonorum suorum cum gaudio susceperunt quam gauderet de tota dotacione ecclesie sub papa Silvestro tempore Constantini. Nam affluencia temporalium nichil valet ecclesie nisi de quanto ipsam ceperat in spiritualibus diviciis, hoc est, virtute et gracia; quod raro vel nun-

1. Cod.: perfidius. 12. Cod.: prelacia sed. 13. Cod.: sintillam. 23, 24. Cod.: quam quo animam. 28. Cod.: dicit deest. 34. Cod.: Hebrei di divites.

26. I. Cor. I, 4. 29. ib. 5.

quam evenit, cum ecclesia Christi et apostolorum ditissima caruit bonis illis.

The Church is tested by its preference for spiritual or temporal riches.

Signum ergo evidens est quo tendit affeccio ecclesie ex hoc quod temporalibus vel spiritualibus diviciis delectetur. Fides quidem est quod spirituales divicie temporales, quia ille ditant et exaltant hominem quoad Deum sed alie deprimunt quoad ipsum et exaltant quoad diabolum et ad mundum. Et sic per priores divicias facti sunt christiani fideles in Christo sed per posteriores divicias facti sunt divites in mammona sive diabolo. Ideo de Corinthis dicit Apostolus *quod in omnibus divites facti sunt in Christo;* nam intelligendo materialiter certum est quod divicie que sunt spiritus sunt infinitum meliores quam divicie corporales, et loquendo formaliter in infinitum melius est ditari virtutibus quam ditari affluencia temporali.

The condition of spiritual endowment is that it is granted in all ways sufficiently,

Condicio autem ditacionis spiritualis est illa quod plene spirituales divicie quantum sufficit sunt connexe; ideo dicit Apostolus *quod Corinthi facti sunt divites in omni verbo et in omni sciencia, sicut testimonium Christi confirmatum est in eis.* Videtur enim quod Corinthi sicut communiter in primitiva ecclesia habuerunt in accepcione Spiritus Sancti noticiam omnis lingue, sed securius dicendum videtur quod ipsi fuerunt divites *in omni verbo* de articulis fidei *et in omni sciencia* habituali et actuali, sicut tercio habuerunt illa non perfunctorie *sed* tamquam *testimonium Dei* in suis memoriis *confirmatum*, ita quod nichil necessarium ad perfeccionem status viandi desit illis Corinthis; habuerunt enim de fide, de virtute et gracia quantum sit necessarium viatori pro beatitudine acquirenda, cum in universis principiis in quibus habebant omnia, habuerunt per graciam virtutem applicandi particularia, quantum pertinuit viatori; et cum due maneries diviciarum non sint utiles nisi de quanto sunt congrue ad suos terminos inducendos, patet excellencia et sufficiencia diviciarum spiritualium supra alias temporales. Nam regulariter assistente copia diviciarum | temporalium alius modus illarum deest et quantumcunque habundans quis fuerit, certitudo et securitas harum deest, omnino contrarium evenit in diviciis aliis. Ideo non proprie sunt divicie sed defectus.

whereas one kind of temporal wealth may be present where another is lacking.

Fol. 288a

25. Cod.: verbo de de. 29. Cod.: Corintheis.

27. I. Cor. I, 6.

Cum ergo omnis viatoris possessio nichil valet nisi de quanto habilitat ad coronam pro die iudicii possidendam, patet veritas prioris sentencie. Ideo dicit Apostolus: *Ita ut nichil vobis desit in ulla gracia, expectantibus revelacionem domini nostri Jesu Christi, qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine in die adventus domini nostri Jesu Christi.* Cum autem divisiones graciarum sunt et Paulus dicit quod Corinthi habent plenitudinem sufficiencie gracie quantum sufficit viatori, ideo dicit *quod nichil eis deest in ulla gracia.* Quamvis autem gradus et multa habenda in posterum ipsis non tunc infuerunt, tamen cum illis circumstanciis non tunc erant necessaria nec eis defuerant. Habens enim hereditatem terrenam et copiam terre fructuum atque reddituum (quantum nunc congruit) non dicitur deficere propter hoc quod nunc non adest copia fructuum pro alio tempore subsequentis; sic multo magis est de spiritualiter divite, sed sicut mundo dives positus in adopcione eligeret temperatam copiam temporalium congruentem et non globum monstruosum ex istis diviciis et aliis succedentibus pro temporalibus futuris, ergo multo magis est de donis Spiritus Sancti qui operatur omnia in omnibus ad mensuram. Nam in die iudicii habebunt sancti revelacionem non solum de adventu Christi sed de suo iudicio finali, qui erunt salvati, et per consequens habebunt sancti revelacionem de penis et premiis que se quuntur; et omnia bona intrinseca vel extrinseca iam nobis attinencia nichil nobis proficiunt, nisi de quanto preparent ad hunc diem; ideo firmatus in hac fide aptat se et sua continue ad hunc finem.

There are differences in gifts of grace, but each man has all he needs for the time.

Spes autem iustorum in hoc consolatur quod credunt Deum confirmare sine crimine finalis impenitencie usque ad diem iudicii et viatoribus confirmatis in ista fidei constancia plus prodesset quam omnes mundane divicie vel seculares noticie quas est possibile viatorem acquirere, ideo defectus fidei quo solum attendimus ad sensibilia presencia sicut bruta est causa quare scienciam illam contempnimus et circa alia solliciti sumus. Quis dubitat quin divicie pro suo fine ultimo mundanam

The hope of the just is that God will confirm them against the sin of final impenitence.

8. Cod.: sunt Paulus dicere. 24. Cod.: revelacionem de penis et premiis que sequuntur. Vid. l. 26. 38. Cod.: simus. 39. ultimo; hic aliquot verba exciderunt: scilicet attendunt ad sive habent.

4—7. I. Cor. I, 7, 8.

Worldly glory is narrow, momentary and uncertain.

gloriam que est particularis, momentanea et caduca? particularis dico, quia, licet quidam stulti laudant propterea mundo divitem, alii tamen plures et sapienciores ipsum increpant tamquam stultum. Dico secundo quod illa gloria est momentanea, quia diu erit, antequam mundanus in istis diviciis gradum excellentem attigerit et ipse a casu habito ac divite a mundo mortuo, statim eius memoria sepelitur et pro tempore quo est laus vel memoria mundi recencior parum aut nichil prodest diviti iam defuncto. Et dico tercio quod diviciarum temporalium gloria est caduca, quia infiniti casus mundi possunt contingere qui divicias tales a divite miserabiliter possunt eripere. Nam et idem est iudicium de mundana gloria quoad bella vel alia laudabilia fundata in bono corporis naturali. Bona autem virtutis et gracie expectant longanimiter diem finalis iudicii et tunc universaliter et eternaliter et firmitate perpetua premiantur. Quis ergo *habens* hanc *fidem ut granum sinapis* non transitoria illa ac noticias humanas dimitteret et spirituales divicias ac noticiam fidei affectaret?

Spiritual gifts are lasting.

Antichrist maintains that the laws of the Church should vary with the fashion of the ime.

Circa hanc epistolam dubitatur utrum regulas prelacie et militantis ecclesie oportet secundum variacionem temporis variari, et videtur quod sic ex praxi prelatorum ecclesie. Nec videtur racio quare pro diversitate loci est in opere variandum, quin per idem pro diversitate temporis; ideo cum omnia argumenta que possunt capi ex fide scripture vel opere sanctorum priorum uno flatu diaboli dissolvuntur, sequitur quod pro diversitate temporis diversimode est agendum. Ideo dicit Antichristus quod, sicut modus suus operandi et regulandi illi tempori congruebat, sic modus vivendi prelatorum presencium istis nunc congruit. Nec ex eorum discrepancia sunt prelati hodie reprobandi, sed quantum ad illam Antichristi instanciam cavenda est imprimis fallacia consequenter; ipsa enim est fallacia extra diccionem que competit numero superborum. Concedendum est itaque quod praxis viancium tam prelatorum quam subditorum est secundum diversitatem temporis variata, sed cavendum est de ista turpi fallacia diaboli; ergo
Fol. 288b est sic varianda. Scimus quidem ex fide | quod si per impossibile fuerit per processum temporis taliter va-

26. Cod.: cum deest. 28. sequitur; cod.: s. 29. Cod.: temporis pro.

18. Matth. XVII, 19.

rianda, tunc est varianda; sed econtra non sequitur. Cum autem omnis veritas fundatur in aliqua influxibili veritate, patet quod omnes articuli fidei et omnis veritas causata reducibilis est ad illam; cum ergo Deus racione eternitatis sue sit presens omni tempore preterito et futuro, patet quod eius iusticia regulabit qualitercunque homo in successione temporis variaret.

The more evil the days are,' the more we should strive to work righteousness.

Cum ergo ex fide scripture in fine temporis dies mali sunt, et sic debemus tempus redimere, patet quod est stulto stulcior qui credit quod propter maliciam debemus male agere sed pocius propter eius maliciam debemus instancius et caucius pro operacione iusticie providere. Debemus ergo pro variacione temporis in nostris operacionibus variare, quia plus occasione periculi precavere et instante conflictus striccione cum nostris hostibus virilius decertare. Cum ergo nos sumus *in quos fines seculorum devenerunt* et per consequens propinquiores Dei iudicii, debemus agere virilius et cavere caucius et desiderare fervencius nostrum terminum ultimatum. Ideo pro istis tribus debemus in nostris operibus variare. Cum ergo illa veritas conneccionis sit invariabilis et eterna, quod si Deus hoc magis desiderat et sic nobis utilius, tunc debemus magis ad illud attendere, et si ab experiencia et consuetudine Antichristi dies nostri in deterius transmutantur, debemus placencie Dei et nostre utilitati pro variacione temporis plus inniti; et ultimo cum veris sequitur quod debemus plus preparare nos ad disposicionem securantem pro die iudicii. Sed Antichristus mendax non audet negare quin illa disposicio stat in constanti observancia legis Christi. Ideo debemus nunc ipsam observare constancius et arguere ac punire acucius delinquentes. In hoc consisteret nostra varietas propter variacionem temporis et non ad deterius declinando.

The clergy is bound to be specially earnest in well doing,

Sed cum ecclesia militans dividitur in hec duo, scilicet in clerum et populum, clerus autem debet esse pars Deo propinquior et in virtute ac observancia legis Dei plebeis superior, illustrans partem inferiorem ecclesie, sicut astra illuminant speram terre, patet quod clerus ad illam periculositatem temporis magis

6. Cod.: reglimabit. 17. Cod.: in quo. 24. Cod.: si deest. 27. Cod.: ultima.

17. I. Cor. X, 12.

attenderet et per consequens dum tempus habet operetur bonum morum instancius et specialiter circa instruccionem brachii secularis. *Sed Jordanis conversus est retrorsum*, cum (ut sepe supra ostenderam) sunt duodecim filie sanguissuge in brachio clericali, quos quidam sic nominant: pape, cardinales, episcopi, archidiaconi, officiales et decani, rectores, presbyteri seculares, religiosi possessionati et mendici, clerici et questores. Isti autem duodecim post dotacionem ecclesie et postquam clerus sit ad *cupiditatem* temporalium *que est radix omnium malorum* secundum Apostolum inclinatus, sunt tortores temporalium et ad onus ecclesie, non profectum. Suggunt enim vitam ecclesie quia sanguinem tam naturalem quam spiritualem et de officio priori quo veherent spiritus secularium ad celestia per predicacionem evangelii parum curant.

but they have become twelve daughters of the horseleech, who prey upon the Church.

Ideo generaliter loquendo seculare brachium caveret de talibus tamquam lupis et non foveret eos in suis maliciis per ministraciones temporalium que magis affectant, quia tunc indubie dampnabiliter ipsis in antichristivo crimine consentiret. Deus autem providebit sibi de clericis et observantibus legem suam qui versucias Antichristi detegerent, censuras suas fictas non esse timendas ostenderent, et promissiones fallaces de absolucionibus et indulgenciis declinarent; quod si in potencia seculari confidant et simplices alterius brachii de bonis fortune spolient, Deus movebit superiores brachii secularis ad coactive ypocritis resistendum. Et supposito quod ipsi resistunt stante veritate et perseverante paciencia triumphus gloriosus et corona patrie consequetur.

The temporal power should restrain such.

Nec video in quo clerus plus quam in deteccione illius secularis Antichristi posset apud Dominum promereri. Nam in hoc et propter hoc fuit Christus passus et mortuus et ad dandum indubie exemplum posteris, ut ipsi in casu consimili paciantur, sed quid refert persequi Christum in suis naturalibus vel persequi legem suam? Principium quidem debet esse fidelibus quod superfluit in ecclesia esse papas vel prelatos cesareos qui plus intendant lucro temporalium quam profectui aut saluti anime populorum. Christus enim

The best work the clergy can do, is to unmask Antichrist.

1. Cod.: attenderent. 3. Cod.: sed sed. 19. Cod.: ministratores. 21. Cod.: consentirent. 31. Cod.: detencione.

3. Ps. CXIII, 3. 10. I. Tim. VI, 10.

instruxit clerum mundo pauperem et abiectum; cuius causa vel racio tantum vel plus hodie moveret ad idem, si illa ypocrisis in clero subvertit ordinacionem

Christ and His apostles set the example of poverty.

Domini in hac parte. Nam Christus servavit hanc regulam de summa pauperie tam vita quam verbis, post ipsum autem successerunt apostoli qui tam vita quam scriptis eandem regulam confirmabant et post per multos centenarios annorum successerunt sancti qui eandem veritatem perceperant et | specialiter beatus Jeronymus (ut alibi diffusius allegavi). Concordat autem norma usque hodie quod nemo potest extinguere copiosa temporalium que inducit sollicitudinem et cogitacionem eorum. Cum autem homo sit tantum finite capacitatis et apprehensionis in anima, patet quod tanto est incapabilior ad legem Dei et spiritualia

Fol. 288c

Now prelates are esteemed merely for their wealth.

contraria temporalibus capessendum. Olim autem fuit regula christiana quod plus abiciens hec temporalia et sollicitudinem eorum intentus legi Dei et bonis spiritualibus foret maior, sed hodie est econtra quod habens nudum nomen prelati et copiam temporalium, de quanto falsius nomen habuerit cum maiori copia, de tanto debet reputari in seculari iudicio esse maior.

Et illa heresis tacta fuit de Romanis diaconis tempore Augustini et usque hodie excecat magnam partem ecclesie, et (ut breviter dicatur) non est aliquod officium laudabile in clero cesareo quin in contrarium ex parte diaboli sit eversum, ut predicacio eversa est in ioculacionem, sancta conversacio in ypocrisim et iusta operacio in diaboli iniquitatem ypocritice simulatam, et (ut breviter comprehendam) totus clerus sapit avariciam spirituali regimine et officio pretermisso.

Some of these 12 classes need only to be put an end to;

Descendendo autem particulariter ad illa duodecim officia status cleri pateret luce clarius quomodo eorum quilibet sit eversus. De quibusdam autem cum non habeant fundacionem in primitiva ecclesia non est cura, nisi quod celerius destruantur, cuiusmodi sunt questores,

others, ordained by Christ, to be reformed.

fratres et omnes privati ordines possessionatorum cum prelatis cesareis. De aliis autem fundatis ex ordinacione Christi in primitiva ecclesia videtur multis quod status stare debeant et persone corrigi, ut secundum primitivam regulam conversentur. Et ad illum finem labo-

8. annorum; cod.: aliorum. 9. Cod.: et twice. Cf. Trial., pag. 296.
11. norma; cod.: viva. 12. Cod.: que deest.

rare debet tota ecclesia, clerus secundum racionem et secundum solucionem obiectuum, seculare brachium per temporalis suffragii subtraccionem et cumulacionem inconveniencium in defensione consensuum, totus autem mundus orando, operando, subtrahendo et quomodocunque Spiritus Sanctus consulit sanctam ecclesiam adiuvando.

## SERMO LIII.

*Renovamini spiritu mentis vestre.* Eph. IV°, 23.

Meaning of the terms used in the text.

Pro exposicione illius epistole oportet primo notare terminos et equivocaciones eorum; cum enim renovari sit idem quod iterum novari, patet quod tunc homo renovatur spiritu, cum iterum novatur in virtute et gracia sicut olim. Quamvis autem hoc posset intelligi generaliter de renovacione humani generis in primo homine, tamen vix unum reperies quin in baptismo vel paulo post habuit graciam et virtutem a quibus cecidit per peccatum et per consequens est ad statum illum florificatum virtutibus renovandus. Sic enim dicit Psalmista quod *iuventus* interioris hominis *renovabitur ut aquile* (ut mistice concorditer a sanctis exponitur). *Spiritus* autem nunc pro spiritu, nunc pro homine interiore et nunc pro vento accipitur, sed accipiendo spiritum tercio modo dupliciter potest intelligi vel pro potencia anime in qua spiracionem a Spiritu Sancto ipsa recipit vel pro ipsa essencia anime ut a Sancto Spiritu inspiratur. Et licet iste significaciones in parte conveniant, tamen loquendo de eis formaliter variantur. Et patet quomodo primum preceptum sive consilium Apostoli est implendum; quondam enim quando fuimus baptizati, fuimus purgati a crimine et donis Spiritus Sancti repleti, sed frequenter postmodum per recidivacionem a statu illo excidimus; ideo necesse est nobis secundum mentis

2. Cod.: solacionem. 8. In marg. superiori fol. 288c: *Renovamini spiritu mentis vestre* ad Eph. IV°. Renovantur diruta ut reparentur, ut patet in edificiis Macch. IV°, 36. *Ecce contriti* etc., preterita ne obliviscantur vel ut rememorentur, ut patet de amiciciis I. Macch. XIII°, 1. *Et vidit Jonathas* etc., emortua ut reviviscant vel revirescant, ut patet in vegetabilibus, et vetera ut iuvenescant, ut patet in reptilibus et volatilibus exemplum de aquila et serpente. 24. tercio modo; cod.: III° me° (= medio). 29. Cod. concilium. 32. Cod.: residivacionem.

8. Dominica decima nona post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 360—362. 20 Psalm CII, 5.

The renewal must be of the inward man.

spiritum renovari. Quamvis autem mens dicatur equivoce, tamen in proposito accipitur pro ipso spiritu secundum racionem qua Deum meminit vel actu intrinseco essenciali quo meminit semetipsum. Sic enim homo interior est terminus secundum tres potencias, scilicet memoriam, racionem et voluntatem ad similitudinem primarie trinitatis.

Sed quia non sufficit veterem hominem exuere nisi homo indumenta habuerit quibus poterit novum induere, ideo secundo subiungit Apostolus: *Et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est.* Nam secundum evangelium Johannis I°, 13 illi *qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt*, ut sic nascuntur *secundum Deum*, et per consequens cum Deus ex infinitate sue gracie non permittit quemquam secundum eum nasci, nisi ipsum virtute induerit, patet quod concreat virtutes secundum quas creatura sua que est novus homo debet indui.

To justify the wicked is as hard as to create a new world.

Et cum secundum sanctos tantum vel magis sit impium iustificare sicut novum mundum creare, quia primum est a distancia infinita cum resistencia et secundum a tanta distancia sine resistencia, patet quomodo signanter dicitur *novum hominem* secundum Deum *creatum.* Quamvis enim in vulgari dicitur quod princeps creat potentatus qui sibi subserviunt, tamen ille modus loquendi est improprius ab infinita Dei similitudine exemptus; verumptamen plus accedendo ad sensum Apostoli verum est quod nemo potest novum hominem | indui secundum virtutem, ut flores terre nascencium, nisi induat dominum Jesum Christum. Ipse enim est Dei virtus et Dei sapiencia quem oportet substerni in qualibet virtute morali posterius inpingenda. Ideo Rom. XIII°, 14 dicit Paulus: *Induimini dominum Jesum Christum.* Et patet quod non mirum si corpus suum (quod est persona Christi) spirituale esse habuerit in sacramento altaris, cum oportet totum Christum in mente indui in quolibet virtuoso. Sicut ergo Christus secundum naturam corporalem est quadrans, ut secundum naturam spiritualem est circulus, ita sunt quatuor virtutes anime que consequuntur.

Fol. 288d

We must put on Christ.

13. Cod.: sed ex voluntate. 15. Cod.: infinite. 24. Cod.: princeps credat. 39. Cod.: quatuor, ut; ib. virtutes ae (= anime) consequuntur.

10. Eph. IV, 24.

*The four cardinal virtues:*

*1. Justice. God is the primal justice.*

Virtutes autem cardinales nominantur famosius iusticia, prudencia, fortitudo et temperancia. Justicia autem descripcione duplici scilicet materiali et formali describitur. Materialiter autem dicitur unicuique tribuere quod suum est, quod autonomatice soli Deo convenit, cum solus ipse sic potest debite singulis tam largiter impertiri, et cum in eo non sit habitus distinctus in sua essencia, patet quod essencia divina sit virtus iusticie et per consequens prima iusticia.

*Sophists object that God does not give every man all that is due to him.*

Obiciunt autem sophiste contra istam sentenciam prime iusticie, secundum quod non attribuit unicuique quod est suum, cum multi homines ad tantum sunt frustrati a suo debito quod carent illo secundum perpetuas iniurias, ut patet de multis casibus in humanis legibus, sed sciant garruli quod secundum artem propriam sunt in illa argucia superati; nam secundum principia fidei Deus tribuit pro suo tempore unicuique dampnato vel salvato, ymmo cuilibet individuo unitatis create quicquid habuerit; cum ergo quelibet res talis individua habet multa, patet quod cuilibet creature tribuit aliquid quod est suum. Quis enim dampnatus habet cor vel animam vel aliam partem corporis vel quodcunque accidens sine ipso? Sed ulterius accedendo ad dubium sophistarum queritur si Deus tribuit unicuique creature quod est suum; et patet ex propria arte sophistarum hoc esse verum ut primum; nam si aliquid sit suum, sequens est quod illud habeat, ut patet ex vi construccionis possessorie, et quod Deus illud sibi attribuit, et per consequens quelibet creatura habet quidlibet quod est suum. Sed tercio gravant sophiste si quelibet res habeat quidlibet quod debeat esse suum, et videtur quod non, quia hoc dato nec Deo nec homini fieret iniuria contra quod clamat patule totus mundus. Sed quantum ad illud tercium obiectum sophisticum respondeo, concedendo quod omnis homo et per consequens quelibet creatura habet quidlibet quod debeat esse suum; probatur de homine cui fit perpetua iniuria, in quo casu potissime capi deberet instancia, ut puta quod habere deberet iure hereditatem vel aliquod temporale convocaret perpetuo, ut beatitudinem perpetuam aut virtutes vel media ad illam quibus

*All that any man has comes from God.*

*Worldly injustice does not prove that a man has not really his due.*

3. Cod.: discripcione. 10. Cod.: autem sollite (= sollicite). 14. Cod.: multis canibus. 30. gravant; rectius: querunt. 31. Cod.: sed quelibet res.

eciam caret perpetuo, et tunc de illo probatur quod habet a Deo quicquid habere debeat, et per consequens quicquid debeat esse suum; supponendo primo sophistice illud famosum quod omne quod fuit vel erit est pro tempore suum, et tunc arguo sic sophistice: Nemo debet habere nisi quod Deus vult ut ipse habeat, sed si Deus vult ut ipse habeat, necesse est pro aliquo tempore, quod ipsum habet, cum *omnia quecunque voluit Dominus fecit in celo et in terra.* Si ergo sit iustum vel debitum quod homo quicquam habeat, pro aliquo tempore ipsum habet; ideo errant mundani putantes quod homo iniuriatus secundum leges suas frustratur a complecione iusticie pro suo perpetuo. Multos enim prescitos secundum ius suum reputant esse dignos possessione rei pro qua placitant et tunc apud primam iusticiam sunt indigni. Multi enim predestinati sunt digni possessione temporalium que numquam habent civiliter, sed habent eam fertilius et melius in iure poli. *Justorum* enim *sunt omnia* (ut suppono) et considera quod Deus facit utrobique secundum suam invincibilem iusticiam recompensam. Prescitus enim existens in gracia secundum presentem iusticiam deberet habere beatitudinem et multa accidencia que media forent ad illam; non tamen debet habere illam, sicut nec Deus vult quod ipsa habeat, cum eius torpor et negligencia sit in causa; sed debet habere dampnacionem perpetuam, cum hoc sit de Dei beneplacito et sic iustum. Et de habicione illius pro suo tempore est securus.

He may be unworthy before God. If predestinate and worthy, he possesses in a better way than by civil ownership.

Patet eciam quomodo tam Deo quam homini fit multiplex iniuria, et cum tam Deus quam homo habet non quicquid deberet, sed quicquid debeat esse suum. Omnis enim iniurians habet quamcunque penam quam debet habere pro sua iniuria, et ita videtur quod quilibet, sicut perpetuo iniuriatur sibi ipsi et cuilibet in celo, sic perpetuo habet penam pro tali iniuria, ut perpetuo est iniustus. De qua pena non ipse sed beati habentes fructum de quolibet, de quo iniuriatum est illis habent gaudium sempiternum.

Both God and man have what rightly is theirs, not what rightly should be theirs.

Sed redeundo ad sentenciam grossiorem iusticie, cum secundum Aristotelem | V° Ethicorum iustum Fol. 289a

8. Cod.: quod deest.

8. Ps. CXXXIV, 6. 40. Ethic. Nicom. V, 2. Opp. tom. III, 557.

constitit in quatuor, patet quod quatuor sunt extrema duarum linearum ad modum crucis transversatilium, in cuius extremis quatuor consistit iusticie complementum. Prima autem linea longitudinis iniciatur a Deo et transiens per hominem terminatur in abiectissima creatura. Linea autem latitudinis iusticie incipit ab amicis et procedens per hominem ad inimicos progreditur. Et sic tribuendo supremo extremo prime linee, hoc est, Deo latriam et quicquid est sibi debitum, completur iusticia. Tunc enim tribuitur secundum inferius extremum eiusdem linee omne debitum rei inferiori homine, et sic secundum aliam lineam a dextris amicis tribuitur eis debitum et a sinistro latere perfecte tribuitur debitum inimicis. Et in istis lineis potest materia iusticie ad libitum dilatari.

Justice is, as it were, the four points of a cross.

The upright passes from God to the lowest creature and the arms from friends to enemies.

Loquendo autem de descripcione iusticie dicta formaliter dicunt logici quod iusticia est virtus moralis, secundum quam homo dicitur formaliter esse iustus, ut illa descripcio sit communis tam viris quam feminis dicunt theologi quod omnis femina secundum interiorem hominem est ipse spiritus et sic iustus vel iniustus, nec oportet timere sophistas vel grammaticos in hac parte. Sumitur autem hec descripcionis forma ab Aristotele qui in Predicamentis describit taliter qualitatem et secundum hanc formam facile est describere virtutem quamlibet vel peccatum.

Formally treated, justice is the moral virtue by which man is just.

Secunda autem virtus cardinalis est prudencia, quia licet homo habuerit communem iusticiam nisi habeat prudenciam pro complemento iusticie nichil valet. Oportet ergo pro complemento iusticie annecti prudenciam. Est autem prudencia virtus aptans media ad iusticie complementum, et illa debet pro reddenda Deo iusticia per supremam partem crucis ascendere, quia impossibile est quod iusticia debita servetur Deo, nisi servetur eciam cuilibet creature, cum *in ipso sunt omnia*, et hinc dicitur Joh. III°, 14 quod *sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Christum in cruce*. Nec dubium quin totum hoc fiebat ex summa prudencia. Unde Matthei X°, 16 movet ipse

2. The second cardinal virtue is prudence, which is needed to make justice valid.

2. Cod.: literarum. 27. Cod.: virtus twice.

24. Predicamentis, i. e. in Categoriis. Cf. Categoriae, cap. VIII. Opp. tom. III, pag. 5. 35. Rom. XI, 36.

quod *simus prudentes sicut serpentes*, quia indubie nemo potest sine prudencia Christum induere.

3. Third virtue, fortitude without which man cannot do justice.

Sed cum non sufficit habere has duas virtutes nisi tercia virtus cardinalis fortitudo scilicet habeatur, ideo oportet secundum ipsam girare circulum vite nostre. Quomodo (rogo) iret viator a complecione unius iusticie ad aliam nisi haberet fortitudinem sic agendi? Sed illa non videtur mihi fortitudo naturalis corporalis aut animi sed habitualis aut moralis fortitudo spiritus ad constanter et hilariter operandum; et hinc dicitur fortitudo quartum donum Spiritus Sancti (Ysaie XI°). Nec sufficit virtuoso habere talem fortitudinem nisi cum hoc habuerit temperanciam fortitudinem regulantem;

4. Fourth virtue, temperance, needed to keep fortitude in the right way.

sicut enim habens fortitudinem corporis sed carens modo operandi, fortitudinem illam destrueret infra breve, sic habens fortitudinem moralem nisi habuerit temperanciam citissime deviaret. Nec est illa temperancia (ut mihi videtur) virtus sumendi cibaria, sed generaliter virtus applicandi fortitudinem moralem ad opus cum morali modestia. Et patet quod quicunque habuerit unam illarum quatuor, habet quamlibet, cum necessario sint connexe. Dilataciones autem illius materie et proprietates huius virtutis quadruplicis relinquo aliis applicandum.

All virtues are connected.

Cum ergo omnes virtutes sunt connexe, sicut et vicia, patet quod nunc possunt intelligi per unam virtutem et nunc per duas vel quotquot homo voluerit secundum pertinenciam ad hortandum. Ad hoc enim valet applicacio specierum virtutis, ut talis virtus distinccius atque intencius habeatur. In hoc autem potest homo in una virtute alium vel se ipsum excellere, cum multe virtutes habentur ad graciam vel caritatem sed in potencia, unde Apostolus dicit quod *novus homo creatus* a Deo per graciam producitur *in iusticia et sanctitate veritatis.*

The philosophers say that justice includes all virtue.

Et hinc dicunt philosophi quod iusticia est omnis virtus, quia reddens unicuique sibi debitum, quantum est in potestate hominis, facit enim quomodolibet virtuosum; et sic intelligendum est de sanctitate que est firmitas declinandi a malis et adherendi bonis non solum quoad humanum iudicium sed specialiter quoad arbitrium veritatis. Quod autem philosophi distinguunt de iusticia distributiva et commutativa (ut

1. Cf. Trialogum, pag 132. 11. Is. XI, 2. 32. Eph. IV, 24.

patet V° Ethicorum), patet theologis quod solum raciones iusticie vel intenciones eius per tales terminos exprimuntur. Qui vero est vere virtuose deiformis distribuit Deo et universitati sue quicquid honoris vel amoris debeat sibi dari; nec talis iusticia distributiva solum particulariter inest magnatibus, sed cuilibet virtuoso, cum oportet | eum ut sic cum Deo in premio commercari, et sicut oportet in iusticia illa quatuor considerare, scilicet: hominem iustum et Deum, meritum suum et premium, licet premium secundum proporcionem irracionabilem modo quo congruit liberali excedat meritum.

Fol. 289b

Out of grace men may do some good works but are not virtuous.

Et est istis patet quod multi extra graciam habent bonam consuetudinem ad opera bona de genere inclinantem, licet non sint propter defectum caritatis vel gracie virtuosi. Unde secundum Gregorium super Joh. XV°, 11: *Hoc est preceptum meum* etc.: *precepta multa sunt et unum, multa in ramis, sed unicum in radice*, quia cum plenitudo legis sit caritas sive dileccio, patet quod nichil mandat Christus radicitus nisi ut Deus debite diligatur, sed ex illa radice procedunt multe virentes virtutes que non servant florem viredinis nisi in radice caritatis fuerint stabilite; ideo hic dicit Apostolus: *Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra.*

Lying includes all sin.

Mendacium autem in sua analogia secundum Anselmum et alios pro peccato quolibet potest sumi, cum quanto homo peccaverit, est mendax, quomodo satanas contrarius veritati est pater mendacii non solum in se ipso sed in quolibet peccatore. Et racio est, quia cum mentiri sit contra mentem ire et in mente illa sit necessario prima veritas, patet quod vel nemo potest ire contra Deum vel esse sibi contrarius, vel homo de quanto peccat est contrarius veritati.

All sin is lying, since all things proclaim their service to God by their very being.

Similiter, cum quelibet res dicit se ipsam naturaliter et obligacionem et debitum servicium Deo suo, et cum in quantum peccat deficit, patet quod in quantum peccat est mentitus.

35. Cod.: peccat est contrarius veritati, peccat est contrarius. Hic locus corruptus est.

1. Eth. Nicom. V, 5: Opp. tom. III, pag. 568. 17. S. Gregorii. In Evang lib. II, hom. XXVII. Opp. tom. I, 1560. 24. Eph. IV, 25. 28. Cf. infra pag. 462.

Every man in sinning is false to his conscience.

Similiter, cum quilibet in quantum peccat est contrarius menti sue ymmo illi consciencie qua vult naturaliter beatitudinem, patet quod omnis peccator in quantum huiusmodi est mentitus. Vocale autem mendacium est modicum ponderandum nisi subsit prius mendacium in mente et realis discrepancia obligacionis hominis ad Deum, quod mendacium communiter consistit in opere et in passionibus anime ante vocem formatam.

We speak truth if we love our neighbour as we ought;

Ad illum utique sensum debemus *deponere mendacium*, quia a malo peccati quantum sufficimus declinare, et debemus secundo *loqui veritatem cum proximo;* quod facimus, licet muti sumus, si proximum diligimus ut debemus. Et iste sunt due radices iusticie, cum Psalmo XXXVI°, 27 dicitur: *Declina a malo et fac bonum, inquire pacem* etc. Solum autem talis inquirit pacem, cum tota mundi turbacio oritur ex peccato, et ille solum pacem perfecte sequitur qui plus animam

and then each member of the Church helps the others.

amat quam aliquod temporale. Racionem autem omnium illorum Paulus complectitur, cum sic dicit: *Quoniam sumus invicem membra* alicuius hominis, quia tocius humani generis secundum esse suum naturale; quod genus est secundum Porphyrium unus homo; sed membra infirma quandoque nocent toti corpori et magnam partem eius inficiunt. Si autem sumus membra ecclesie ut debemus secundum quartam existenciam virtuosam in homine, manifestum est secundum principium Apostoli quod debemus in nobis utilibus taliter nos iuvare; nam sic loquendo veritatem supportamus et iuvamus nos ipsos reciproce, quod est magnum iuvamen ad currendum expedicius viam ad patriam.

Not even to save the world may we tell a lie.

Et ex istis patet sentencia quam Augustinus, Anselmus et ceteri sepius inculcant quod non est menciendum propter salvacionem humani generis sive mundi. Mendacium enim in quantum sic est peccatum grave vel leve, ut mendacium iocosum vel officiosum. Inter ergo eius genera levissimum est peccatum ad minimum veniale (ut docet Augustinus in libello suo Contra Mendacium). Ideo (ut declaravi alias) in latitudine

14. Cod.: cum deest; fortasse: de quibus Psalmo XXXVI° dicitur; ib. Cod.: XXXIII°.

22. Porphyrii Introductio cum aliis commentariis in Aristotelem scriptis (ed. Ven. 1562). De genere cap. II, vol. I, 2$^{b}$. Cf. Trialogum, pag. 78. 24. Anselmi, lib. Exhortat. Opp., ed. Gerberon, pag. 193. August. vide infra. 38. S. Aug. Opp. tom. VI, 419.

mendacii non est medium virtuosum. Quomodo (queso) placeret aliquis veritati contrarium faciens?

Anger differs from lying in that it may be righteous, when directed against sin and not against the person of the sinner.

Et patet cum hoc multipliciter simul et semel quod contingit ipsum menciendo dicere veritatem, sed quia affectus hominis secundum iram communiter perturbatur, ideo docet Apostolus quomodo dispariter ira se habet ad mendacium; contingit enim hominem virtuose irasci, ideo dicit conformiter ad Psalmum IV°, 5: *Irascimini et nolite peccare.* Cum enim sit in peccatore duplex racio, scilicet racio qua naturam consonat, quod est laudabile et a Deo, patet quod omnis debet quemcunque secundum illam racionem de tanto diligere quia diligendo sic naturam opificis opifex ille qui est Deus diligitur, et cum odire et diligere sint in parte contraria, patet quod dupliciter contingit hominem odire alium licite et illicite. Illicite quando odit naturam vel ipsum secundum racionem qua est Dei fabrica, nam quicunque aliam creaturam sic oderit odit Deum, quod inseparabiliter est malum peccati, odire vero licitum et laudandum est odium quo quis odit peccatum in proximo vel se ipso. Et talis ira precipitur in Apostolo et Psalmista.

It is difficult to keep the distinction in act, since we are apt to be moved by private spite.

Sed quia difficile videtur racionem nature hominis et racionem peccati sui a se invicem pure distinguere, ideo subiungit Apostolus: *Sol*, inquit, *non occidat super iracundiam vestram.* Contingit enim sicut | scimus ab experimento et scripture testimonio hominem irasci alteri pure propter hoc quod peccat in Deum, faciendo sibi iniuriam quem homo plus diligit quam aliam creaturam; et per consequens ut sic peccat in totam ecclesiam. Contingit eciam faciliter hominem irasci alteri propter appetitum vindicte proprie vel impedicionem alicuius privati commodi temporalis. Primo modo Christus, ipsa ymmo divinitas homini est irata, cum Psalmista orat Psalmo VI°, 2: *Domine neque in furore tuo corripias me.* Et isto modo creditur Moysen iratum fuisse ydolatris in adoracione vituli (Exod. XXXII°), et sic contingit de aliis hominibus licet raro. Tunc autem sol iusticie vel splendencia racionis occidit supra iracundiam passionati, quando plus propter inordinatum appetitum vindicte proprie quam propter appetitum vindicte iniurie facte prime iusticie quis irascitur,

Fol. 289c

The sun (of righteousness) goes down upon our wrath, when we are angry on our own account.

25. Cod.: non subiungit. 35, 36. Cod.: Domine ne ne in furore (recte: ira) tua.

quod sepe evenit in expertis caritatis, qui *ea que sua sunt querunt* et diligunt. Et illa sentencia declarata catholice necessaria foret iudicibus, quia ipsi sepe conmiscent cupidinem et passionem indebitam, eo quod *ea que sua sunt querunt* communiter. Nec video quomodo faciliter quis pugnaret pugna corporali cum alio nisi iratus fuerit illicite cum homine quem impugnat. Et quia in tali passione laceratur communiter vestis anime, sic quod diabolus intrare poterit faciendo sua ultima esse unum, quia voluntates que sunt ultime virtutes vel actus sue essencie in qua concordia necessario est peccatum, patet quam periculosum est sic diabolo dare locum. Ideo dicit Apostolus: *Nolite locum dare diabolo.*

In personal anger the robe of the soul is torn and the devil finds admittance.

Sed finaliter cum iracundia consistit communiter in operacione incommoda, dissuadet opus tale illicitum: *Qui furabatur*, inquit, *iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem pacienti.* Ubi videtur quod illud preceptum Apostoli specialiter dirigitur ad furantes. Ipsi autem debent generaliter occupacionem furti sui dimittere et laboricio manuali intendere, cum fructus inde consequens dupliciter sit laudandus, scilicet ex preservacione a furto in persona propria et relevamine a penuria ex misericordia de persona alia.

The apostle forbids theft.

Et hic patet quod fratres apostatando transgrediuntur mandatum Apostoli, cum mendicando communiter ypocrisi rapiunt aliena, quod est deterius quam furtum commune. Et ideo cum non habent a Deo naturalem potenciam et tempus ad taliter operandum, patet quod mendicacionem talem debent dimittere tamquam furtum et laboricio manuali intendere (sicut diffuse declarat Augustinus in De Operibus Monachorum). Non enim excusari potest taliter mendicans ab ocio increpando tam ex oneracione simplicium pauperum quam ex ocio membrorum naturalium et corporalium et potencie corporalis, nisi forte doceri poterit quod omnia sua naturalia continue melius quam taliter occupantur, quod videtur tempori mendicacionis sue et insolenti sue desidie repugnare. Apostolus enim adinvenit sibi tempus ad taliter laborandum (ut patet Act. XX° et secunda ad Thessal. ultimo).

The friars in begging disregard this prohibition.

4. Cod.: ea quod. 19. Cod.: diligitur ad. 32. Cod.: in deest. 40. Cod.: ad twice.

2. Phil. II, 21. 13, 16. Eph. IV, 27, 28. 32. S. Aug. Opp. tom. VI, 475.

# SERMO LIV.

*Videte quomodo caute ambuletis.* Eph. V°, 15.

In ista epistola docet Apostolus quomodo christiani debent spiritualiter ambulare; si enim cum magna cautela previdenda est ambulacio corporalis, ubi posite sunt insidie ad nocendum corpori vel temporalia spoliandum, quanto magis cavende sunt insidie diaboli qui tamquam *leo rugiens circuit* viam nostram ad devorandum animam et ad bona nostra spiritualia (que sunt infinitum meliora quam corporales divicie) destruendum. Revera si in illa cautela sumus negligentes, defectus fidei est in causa, et per consequens sumus stulti; ideo dicit Apostolus quod *debemus ambulare non quasi insipientes sed quasi sapientes.* Que (rogo) foret maior insipiencia quam viatorem tam fragilem gratis se subicere et ligare contra hostem tam callidum, tam malivolum et subtilem, sicut est diabolus cum suis complicibus; quicumque quidem se irretit peccato gratis sternitur ipsi diabolo consuetudine crimine vinculatus. Sed Proverb. IV°, 25 scribitur: *Palpebre tue precedant gressus tuos.* Per palpebras vero videtur intelligere visionis acuitatem secundum quam viator prospicit periculum de longinquo, ad hoc enim valent palpebre intuentis. Sed quia adquisicio noticie cautelose et fortificacio in virtute multum proderit, ideo nos viantes, quia ab istis excedimus peccato desidie, debemus (ut mandat Apostolus) tempus redi | mere, *quoniam*, inquit, *dies mali sunt.* Unde Gregorius V° Moralium VIII°: *Tempus redimimus, quando ante actam vitam quam lasciviendo perdidimus flendo reparamus.* Et (ut sentenciat Augustinus) oportet perdentes tempus suum precedens in viciis plus inniti virtutibus et abstinencie a peccato, quia dum sic facimus, tempus prius perditum per operam plus fructuosam redimimus, quia occasione accepta de perdicione temporis gracia Dei facit ipsum nobis proficere. Illi eciam tempus redimunt qui despiciendo curas seculi paciuntur illis iniuriari in bonis temporalibus, ut lucrentur fructum spiritualem, quia hec est

*We must watch against the snares of the devil.*

*We are apt to sloth.*

Fol. 289a

14. Cod.: sed sed. 16. Cod.: se deest.

1. Dominica vicesima post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 362—365. S. Gregorii Opp. tom. I, 172.

To redeem the time we must give ourselves to spiritual things.

cautela que pacificaret ecclesiam quoad litigia atque pugnas; cum autem malicia magna hominum multo instat retrahens a progressu ad patriam, et ex cautela diaboli lubrificata et tenebrata est via viancium, ideo racio exigit quod diligencius, stabilius et cautelosius ambulemus; ideo dicit Apostolus *quoniam dies mali sunt.*

The important point is that our affections should be rightly placed in the law of God,

Cum autem pes hominis sit sua affeccio, patet quod in firmitate illius pedis homo potissime stabilitur. Habeat ergo homo affeccionem ad legem et honorem Dei (quantum sufficit) exaltandum et quoad bona propria vel privata pro bonis caritatis prioribus deprimenda et in caritate legis Domini stabit fixus. Ideo Psalmo XXXV°, 12 orat propheta: *Non veniat michi pes superbie et manus peccatoris non moveat me.* Ex superbia quidem qua propria excellencia inordinate appetitur, insurgit primus insultus diaboli, ex quo armatura militis Christi et specialiter fidei vecorditer proicitur et oppressus cuilibet manui inimici substernitur. In istis ergo diebus malis daret operam ad pedem affeccionis impetuosis desiderantibus infigendum. Et quia stulticia nostra magis consistit in confidencia humane prudencie que est fallax regulariter contrarie nominanda, ideo dicit Apostolus: *Propterea nolite fieri imprudentes sed intelligentes que sit voluntas Dei,* nam qui desertis aliis innititur Domini voluntati sine errore declinacionis habebit quod appetit, sed humana prudencia sepe inducit oppositum, ideo imprudencia dici debet. In lege autem Dei rectitudo voluntatis eius exprimitur, ideo fidelis continue meditabitur istam legem.

not trusting in human prudence, but understanding God's will.

We must be on our guard against drunkenness.

Sed quia in vescibilium intemperancia consistit maior pars insolencie mundanorum, ideo subiungit Apostolus: *Nolite,* inquit, *inebriari vino* etc. Luxuria quidem magis silvestricat et furibundum facit et vivere bestialiter viatorem. Ideo cum luxuria sit in ebrietate vini ut causa, singulariter annectitur quod *in vino est luxuria;* cuius occasio est cavenda. Sed pocius debent spirituales *spiritu impleri,* ut in isto *loquentes* audacter sibi ipsis et aliis *in psalmis* (qui ad bene operandum movent), *in ympnis* (qui laudem Dei sonant), *in canticis spiri-*

We should be filled with the spirit,

1. Cod.: que deest. 20. impetuosis; in petrosis (?). 36. Cod.: cavendam. 37. Cod.: spiritus.

6. Eph. V, 16. 23. ib. 17. 32. ib. 18. 38 et seqq. ib. 18, 19, 20.

*always rejoicing and giving thanks.*

*tualibus* (qui iocunditatem patrie celestis annunciant), *cantantes* alacriter in spem gaudii *et psallentes* specialiter in caritate Domini, et illa debent fieri *in cordibus fidelium Domino* mundo abscondite, sed omnino recta intuicione. Si autem cum istis canticis intrinsecus assint continue opera caritatis, tunc erunt viantes *gracias agentes semper pro omnibus et in nomine domini nostri Jesu Christi Deo et patri.* Qui enim vivunt in caritate continue et perseveranter gracias agunt semper in nomine humanitatis Christi ut medio, et hoc Deo trino ac patri hominis ut dilecto.

*We must be subject one to another, following Christ in humility.*

Et ex istis sequitur conclusio quoad hec mutualis caritativa subieccio; ideo dicit Paulus: *Subiecti invicem in timore Christi.* Quis queso non timeret conversacionem et subieccionem exemplarem Christi, cum fuit minister summus apostolis lavans eorum pedes et quidquid in ministerium spirituale sonuerit, dum tam salubre exemplum respuerit? Nec potest aliquis viator de excellencia super fratrem suum se extollere, ne iustus inferioribus sit subiectus, cum nullus viator scit si maior vel minor alio fuerit apud Deum; quod si de maioritate sua revelacionem habuerit, tanto gratancius ad similitudinem Christi humilius subiectus erit. Christus enim dicitur lavasse pedes Scarioth et non obstante quod fuit diabolus sibi multipliciter ministrasse. Hoc enim licet sibi ad salutem vel beatificacionem non profuit, tamen generi universali et nobis cuilibet profuit ad exemplum, fuitque ad dampnacionem prelacie cesarie iam instantis, qui habent pro maximo inconveniente quod prelatus mundo superior suo subdito quantumcunque bonus reputatus fuerit sit subiectus. Et illa obediencia carent religiosi privati, cum docentur ex suis tradicionibus frivolis suo superiori quoad hec licet diabolo | (Fol. 290a) singulariter obedire; sed fraternalis subieccio que fieret in nomine Domini tamquam Deo proscribitur, cum mundus cum regulis suis attenditur et lex Christi contempnitur.

*We may not refuse subjection to another because we think him less righteous than ourselves.*

*Justification of the saying that*

Unde in concilio Terremotus dampnatum fuit ut heresis quod *Deus obedivit diabolo,* non recolendo de

12. hec; cod.: .h.; mutualis; cod.: mutu[a]. 20. Cod.: viator sit. 33. hec; cod.: .h. 34. Cod.: diabolus. 38. In marg.: 1.

13. Eph. V, 21. 39. Cf. Fascic. Ziz., pag. 278. Concl. VII: Item quod Deus debet obedire diabolo. Cf. Fasc. ziz. pag. LXIV.

God obeyed the devil.

Christ obeyed Iscariot,

fide scripture Josue X° quod *Deus obedivit voci hominis* nec quod Christus obedivit Scarioth, non obstante quod simul fuit Deus et homo, et Scarioth tunc fuit diabolus. Et si fingatur quod talis ministracio in sensibili signo non fuit obediencia propter maioritatem Christi ad Scarioth, quomodo non destrueretur per illud cuiuscunque virtuosi operis exercitacio maioris ad minorem quoad Deum. Et cum ignoratur regulariter si prelatus vel subditus maior fuit quoad Deum, nullus debet subducta revelacione obedire temporali prelato, cum ignorat si debet sic facere iuxta illam ficticiam.

and submitted to be tempted of the devil.

Similiter, Christus fuit passus et temptatus a diabolo (ut patet Matthei IV°), quare ergo non sibi humanitus obedivit? Non enim sequitur: Si Christus negavit adorare latria ipsum diabolum, tunc negavit sibi in aliquo obedire, quia iuxta hoc nulla foret obediencia nostris prepositis faciendum, cum latria sit illis negandum. In hoc ergo quod Christus permisit se sic differri a diabolo fecit sibi maiorem obedienciam vel humilitatem quam subiectus monachus facit suo abbati sive preposito. Christus enim non solum obedivit Deo sicut nec sibi solummodo ministravit, cum Apostolus: *Dico autem Jesum Christum ministrum fuisse circumcisionis.* Melius ergo fuisset hiis dampnatoribus decrevisse quiditatem sacramenti eukaristie cum sua fundacione, cum de illis est tanta heresis tam in prelatis quam subditis seminata. Sed hereses infectivas ecclesie dicti satrape nutriunt et occultant, veritates autem catholicas despiciunt et contempnunt.

Some of the condemnations are catholic, but they are of conclusions which no catholic has maintained, and are meant only for a slanderous imputation.

Quantum ad dampnacionem atque catholicacionem factas in illo concilio Terremotus, patet ex dictis quomodo alique sunt catholice et alique plene heretice; catholice sunt ille que sunt de heresibus quas mendaces ex se et patre suo finxerant quas nullus catholicus vult tenere. Talia enim fingunt de viris catholicis, ut suam famam denigrent, ac si hereticarent quod Deus est diabolus vel quamcunque aliam heresim manifestam:

1. Cod.: voci h. 7. Cod.: exercicio. 8. Cod.: sed prelatus. 12. In marg.: 2. 22. Apostolus; adde: dicit. 24. Cod.: dampnacionibus. 34. Cod.: fixerant.

1. Josue X, 14. 22. Rom. XV, 8. 31—32. Que hic sequuntur in 'Defensione Wyclyf post damnationem suam in concilio Londoniensi' invenies. Fasc. ziz. pag. 283.

parati consequenter per falsos apocryphos testes imponere fidelibus, ac si ipsi forent ipsarum perfidi inventores.

Proofs that the substance of bread remains.

1. It remains in other bread.

Primum ergo dampnatum ut heresis stat in isto quod *substancia panis materialis vel vini manet post consecracionem in sacramento altaris.* Assumptum patet ex hoc quod post multas consecraciones in sacramento remanet substancia panis materialis aut vini in multis aliis locis; nam nimis insanum foret asserere quod eo ipso quod consecratur aliquod sacramentum altaris quod omnis substancia panis aut vini destruitur.

2. Unconsecrated bread or wine may be mixed with that which has been consecrated.

Sed secundo obiciunt sophiste propinquius, ponatur quod A sit sacramentum altaris sub forma panis et quod ipsum servans prioritatem (sicut fecerat prior panis) intinguatur in vino non consecrato, quod est satis possibile et contingens, sicut casus triplicis decretalis de commixcione albi vini sive ante consecracionem sive post in vocatis accidentibus, tunc arguitur illo modo: substancia vini remanet in porositatibus post consecracionem in sacramento Eukaristie quod supponitur esse sacramentum altaris. Cum igitur illud sit veritas, licet sit prelatis dubia, videtur nimis magna stulticia illam veritatem dampnare tamquam hereticam. Infinite sunt tales instancie sophistice quas fideles multiplicant docentes plane quod non est heresis veritates illas asserere, cum sensus sit probabilis.

3. More seriously; Christ did not destroy the substance of the bread and wine.

Tercio obiciunt theologi fideles realius illum panem quem Christus accepit in manibus, benedixit et fregit, fecit eciam postmodum corpus suum, sed ille panis fuit substancia panis materialis, et manet post consecracionem in sacramento altaris; et idem est argumentum de vino in calice; et pro antecedente notandum est quintuplex evangelium testans quod Jesus accepit primo panem in manibus, secundo benedixit et tercio fregit antequam protulit hec verba: *Hoc est corpus meum.* Cum igitur ante plenam probacionem verborum illorum non fuit hoc sacramentum confectum, ut omnes loquentes catholice concedunt concorditer, sequitur quod substanciam panis materialis fecit Christus esse postmodum corpus suum. Et ad hoc multiplicata sunt alibi argumenta: primo per hoc quod omnis essencia est

Arguments: *a*) All essence is substance.

1. Cod.: falsos apostolos. 3. In marg.: 1. 8. Cod.: insane. 11. In marg.: 2. 15. contingens. Cod.: conti[s]; ib. Cod.: triplici. 26. In marg.: 3. 29. Cod.: et deest. 36. Cod.: ut omnes ut omnes.

4. Fasc. ziz. pag. 277.

*b*) Every thing subject to conditions of matter is material.

substancia, secundo per hoc quod omnis res est (eciam accidens conservans condiciones materiales) ut sic res materialis, tercio per hoc quod operaciones illius sacramenti testantur super substancia rei materialis, cum reficiunt et inebriant corporaliter et sicut res consimiles varie transmutantur.

*c*) The consecrated elements are subject to conditions of matter.

Fol. 290[b]

Totum ergo subterfugium stat in illo quod tam panis quam vinum secundum se totum in consecracione desinit et de illis solum | accidencia manent. Contra quod multiplicata sunt alibi plurima argumenta; ymmo videtur fidem scripture impugnare illam ficticiam. Non enim dicit Christus: Hic est corpus meum, sed hoc est corpus meum, demonstrans indubie illum panem quem sumpsit in manibus, quia aliter foret nimis sophisticus impertinenter precipiens quod ederent ex hoc omnes, quia certum est quod panem illum materialem et non nude accidencia postmodum manducabant.

Christ did not say 'Here is my body' but 'This is my body'.

He did not offer mere accidents to eat.

Evidence from the doctors, the mass and the Corpus Christi hymn.

Et ad idem sonant dicta sanctorum doctorum de millenario Christi, ut patet de Ambrosio, Jeronymo et Augustino cum eis similibus, qui dicunt concorditer cum evangelio quod panis est et fit corpus Christi. Et concordat usus et cantus ecclesie quos prelati predicti pro verecundia non audent dampnare, quia tunc oporteret nova officia ecclesiastica pro servicio huius sacramenti venerabilis ordinare, quia hoc temere presumpto et antiquo servicio destructo, diu foret antequam ecclesia participaret hoc venerabile sacramentum. Ideo (ut sepius allegavi) non solum in canone misse patet ista sentencia quod panis et vinum nobis fiant corpus et sanguis domini Jèsu Christi, cum illam oblacionem non licet fingere aliam quam illas materiales substancias; et idem patet de recenciori cantu ecclesie quo sic canitur:

*Verbum caro, panem verum*
*Verbo carnem efficit,*
*Sitque sanguis Christi merum,*
*Et si* etc. —

Talia autem verba multa et sensus tam antiquos quam modernos recenciores ecclesie esset sacrilegium

7. In marg.: Nota. 12. In marg.: 1. 18. In marg.: 2. 37. Et si, adde: *sensus deficit.*

28. In canone misse. Cf. Serm. LXI partis secundae, vol. II, pag. 454. 32. De recenciori cantu see ibid. pag. 459.

condempnare tamquam heretica, cum sint in antiquo dierum et cum sanctis tam communiter approbata.

The sacrament is spiritually and really Christ's body and blood.

In ista materia asserui propter raciones multas consimiles tamquam probabile quod hoc sacramentum spiritualiter et realiter est corpus Christi aut sanguis, et interrogatus ulterius concessi quod ipsum sacramentum est naturaliter substancia panis aut vini materialis. Nunc autem taceo hec duo nomina substancia et materialis, non quia credo illa nomina dissonare naturaliter a veritate rei predicte, sed quia non video ad quid cum istis nominibus oneraretur ecclesia; ideo remaneo in verbis brevioribus in fide scripture expressis, concedendo quod hoc sacramentum est panis quem frangimus, et sic dicit Apostolus, qui accepit sensum suum a Domino; semper autem exspecto declaracionem satraparum et specialiter fratrum in illa materia qualis panis vel cuiusmodi sit hoc sacramentum, vel si concedi debeat quod est panis; quod si omnes isti negaverint, ego tamen usque ad mortem concedam ut fidem ecclesie per Deum in suo Apostolo reseratam quod hoc sacramentum est panis et quod ille panis est vere et realiter corpus Christi, quia utrumque docet fides evangelii, considerans quod concilium illorum satraparum fuit incompletum et stolidum, quia formaliter ipsi agitati fuerant et indispositi ex tremore timido Terremotus.

Wyclif will not use the words 'substance' and 'material', which are a needless burden to the Church, but asserts that the sacrament is bread and the bread is Christ's body.

The council condemned as an error that tithes are alms.

Sed aliud quod deteriorarunt dicti satrape tamquam erroneum sed inconvenienter non determinarunt tamquam hereticum fuit illud *quod decime sunt elemosine et quod parrochiani possunt propter peccata suorum curatorum eas detinere et ad libitum aliis conferre.*

Sophistical arguments in behalf of this conclusion.

Pro ista sentencia que indubie si sit error est heresis, sophiste arguunt multis modis, probando quod sit indiffinita vel particularis sapiens pro multis suis partibus veritatem.

Certum quidem est quod non est dampnabile sed summe catholicum quod aliquis est Deus, et tamen non pro omnibus suis individuis est verum sed solum pro unico quod superat omne genus.

2. Cod.: et. et. 5. Cod.: aut sanguinis. 20. In marg.: Nota. 26. Cod.: dicte satrape.

28. Cf. Fasc. Ziz., pag. 280, 281. Concl. XVIII: Item, quod decime sunt pure elemosyne et quod parrochiani possunt propter peccata suorum curatorum eas detinere et ad libitum aliis conferre.

1. The rector may distribute them in charity and then they are alms.

Arguunt autem sophiste sic, primo: Iste decime Petri laici secundum se totas donantur a rectore Paulo laico indigenti et hoc secundum sinceram intuicionem. Quomodo ergo non pure elemosine, ymmo priores quam alia elemosina data fratri?

Totum antecedens suppono tamquam possibile et ambiguum istis satrapis, si sit verum.

2. All we have is alms from God.

Secundo instant logici per hoc quod ille decime et omnia bona fortune sunt pure elemosine quoad Deum, cum omnis homo vel rex est mendicus Dei (ut sepe asserit Augustinus), et per consequens, si fructuose aliquod tale bonum a Deo accipit, ipsum est pura elemosina quoad Deum, ergo hoc est pura elemosina.

Tercio instant logici quod omnes decime sunt secundum se et quamlibet eius partem elemosine, nec est alia racione quam elemosina si sint secundum se totas elemosine, tamen sequatur si sunt alio modo vel aliter quam elemosine, nec tunc sunt aliter quam ille ipse.

Serious argument: What the apostles received was alms; the gift has become continuous, but that does not change its nature.

Sed accedendo ultra limites sophiste querendum est, antequam ecclesia dotata fuerat, utrum alimenta et tegumenta donata apostolis fuerunt pure elemosine vel ex obligacione humani debiti donabilia alia racione, et cum non sit fingenda racio quin erant pure elemosine sicut Christus pro se et suis apostolis acceperat, videtur quod, sicut ante introductam consuetudinem erant pure elemosine, sic et post, cum consuetudo eiusdem rei secundum racionem omnino consimilem non variat speciem racionis. Sic enim possent fratres | vendicare ex consuetudine ultra puritatem elemosine debitum quoad Deum, et fundare humanum titulum pure ex continuacione talis elemosine est omnino contrarium racioni elemosine; ergo perpetue observat racionem puritatis elemosine quam in principio habuit, cum condicionata obligacio non destruit puritatem; unde non video racionem quare machinari debet ista veritas, nisi ut Antichristus contra Christi sentenciam diabolice dominetur. Vendicat enim ex titulo vacuitatis pro decimis taliter placitari, sicut frater vendicare possit ex diuturna et corrupta continuacione secundum talem quantitatem vel circumstancias mendicare.

Fol. 290[c]

Sed caute debet ecclesia obstare principiis Antichristi. Non enim color si prelatus vel curatus perficit corpo-

28. Cod.: Sicut. 33. Cod.: habuerunt.

rale ministerium quod debet propterea ex civili titulo divicias vendicare, tum quia ex parte decimantis quam ex parte curati debet tale ministerium gratis dari et non ex commutacione civili, cum non exigitur, sed pocius repugnant equivalencia talium mutatorum, tum eciam quia nemo gratis dat aliquam elemosinam nisi expectet ex iure poli debite recompensam, et in peregrinacione, in oracione, in cantu, in predicacione cum ieiunio et vigiliis cum eis consimilibus consistit ministerium corporale, et fruicionem spiritualem illorum non licet civiliter vendere vel mutare, ymmo (ut dictum est superius de literis fratrum) hoc temptans vel asserens blasphemat. Et hec racio quare non requiro ut civiliter debitas oblaciones aut decimas sed ut pure elemosinas gratis datas.

A prelate or curate has no civil right to payment for his ministry.

Alms should be given for the sake of a reward in heaven, while the priest's spiritual services may not lawfully be sold.

Fol. 347ª

## SERMO LV.

*Confortamini in Domino et in potencia virtutis eius.* Ad Eph. VI°, 10.

Ista epistola docet fideles viantes quomodo debent pugnare spiritualiter contra diabolum; sed quia ista pugna non potest perfici sine Dei adiutorio speciali, ideo hortatur in illo adiutorio confortari. Est enim iste dominus potentissimus, paratissimus atque largissimus de quibus inopes suffragandi debent racionabiliter confortari. Ideo nedum hortatur Apostolus *confortari in Domino sed in potencia virtutis eius;* habet enim potenciam et virtutem solo verbo superandi diabolum, verbo suo creavit ipsum et singulas alias creaturas, oportet tamen videre quomodo caute ambuletis propter astuciam temporis. Ideo dicit Apostolus: *Induite vos armaturam Dei.* Cum autem armatura Dei sit virtus et iuxta dicta nemo potest virtutem induere nisi induerit dominum nostrum Jesum Christum, patet quomodo oportet fun-

In our war against the devil we are to trust in God's might.

To put on the armour of God is to put on Christ.

7. Cod.: recompense. 13. Cod.: ut civile debite. 27, 28. rectius: cum verbo suo.

15. Explicit prima pars epistolarum et tercia in ordine. S(ermones) isti: *Confortamini in Domino* etc. Ad Eph. VI°. *Confidimus in domino Jesu.* Ad Phil. X°. *Imitatores mei estote.* Ad Philipp. III°. *Non cessamus* etc. Ad Coloss. I°. *Ecce dies veniunt.* Jerem. XXIII° (dict)os sermones post .... ad tale signum ⊖+⊖ (fol. 347ª). 16. Dominica vicesima prima post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 365—368. 30. Eph. VI, 11.

damentaliter illam virtutem induere; et cum illa virtus sit armatura invasiva acutissima et armatura defensiva tutissima, patet quod sibi est tota victoria ascribenda. Cum autem virtutes morales que sunt qualitates de prima specie sint modi quibus armatura qui est Christus homini alligatur, patet quod oportet ipsas attendere. Ideo propter duplicem racionem et duplicem induicionem mandat Apostolus quod homines secundum duplicem naturam induant hanc duplicem armaturam.

We must put on Christ both bodily and spiritually.

Debet enim homo tam corpore quam anima et Christum et eius modum induere. Finis autem gracia cuius debemus sic virtutes induere foret victoria superandi diabolum. Nec est hoc modicum, quia ipse est in spiritualiter pugnando contra virtutes creatura potissima et eius victoriam consequitur merces largissima. Habet autem consuetudinem primo hostem per quem invaditur spiritualiter prosternendi; ideo statim secundum rectitudinem affectus spiritualium et temporalium qui sunt pes dexter et sinister primo omnium est attendendus, et huius pedis infirmitas est sananda. Ideo dicit Apostolus: *ut possitis stare adversus insidias diaboli.*

The armour is needed for its beauty and its service.

Est autem hec armatura virtutum necessaria propter honestatem splendencie virtutum in spectaculo et propter necessitatem iuvandi in prelio, et hoc specialiter cum diabolus sit potens, malivolus, callidus et astutus. Ideo dicit Apostolus *quod non solum est nobis colluctuacio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequicie, in celestibus.* Quamvis autem debemus pugnare spiritualiter contra carnem et mundum, tamen illa pugna est levis in comparacione ad insultum diaboli; utrobique tamen capit diabolus membra et partes hominum ad ipsos cum armis propriis superandum; hec est enim victoria superborum. Sed Job XLI°, 24 dicitur *non est potestas super terram que ei comparetur.* Ipse enim est rex super omnes filios superbie. Ille ergo pugnat adversus carnem qui carnale desiderium in esculentis mitigat temperanter, et ille pugnat adversus sanguinem qui appetitus venereos mitigat, spiritus et sanguinem refrenando; quorum utrumque est facile in

The devil fights men with their own weapons.

9. Cod.: induantur. 16. Cod.: invadit. 21. Cod: versus. 27, 28. Cod.: carnem — potestates adversus deest. Addidi e textu Eph. VI, 12. 34. Cod.: Job XI°.

26—29. Eph VI, 12.

comparacione ad cautelas diaboli tam cum carne et sanguine quam eciam cum omnibus mundi delectacionibus hominem invadentis. Pugna enim nostra est contra ipsos diabolos; et cum de quolibet novem ordinum aliqui ceciderunt, signanter dicitur *quod nostra colluctuacio est adversus principes et potestates.* Sed non habent nobiscum illud officium quod beatis spiritibus limitatur. Sunt tamen aliqui inferiores et aliqui superiores, sed omnes secundum sua desideria sunt super demoniacos principantes. Non enim credo esse unum diabolum quin uno tempore vel alio ex invasione particulari vel principali secundum aliquem hominem principetur. Potestates autem intelligitur superiores diaboli genti vel provincie principantes vel dominantes. Sed secundo describit Apostolus ex eorum superancia maius dominium, cum nacta victoria ad suum libitum regant mundum. Non autem bene regunt creaturam sensibilem vel insensibilem sed inclinant superatas ad tenebras peccatorum; et illas tenebras specificans Apostolus vocat *mundum* modo quo Iª Joh. II°, 16 dicitur *omne quod est in mundo* etc. Intelligendo autem mundum abstracte pro mundanis a diabolo superatis, patet quod omne quod est in mundo ut sic est aliquod istorum trium | peccatorum, cum per universitatem huius triplicitatis correspondenter ad hostes hominis complet diabolus suum mundum. Iste autem est mundus tenebrarum quem diabolus ita regit. Sed tercio tangitur condicio diaboli hominem omnimode superantis, cum dicitur quod *luctamur contra spiritualia nequicie in celestibus, non solum luctamur contra* inferiores diabolos qui dicuntur *principes et potestates* hominem invadentes nec solum contra medios diabolos hominem ut captivum ducentes et regentes per latitudinem sue vie, sed tercio luctamur contra summos diabolos qui sunt spiritualia bona Dei quoad suam naturam, sed consencientes nequicie primi apostate in celestibus. Constat quidem quod primum peccatum Luciferi commissum est in celo (ut patet Ys. XIV°, 12) cum peccato superiores angeli consenserunt, et illos quoad bonum nature vocat Apostolus spiritualia, sed quoad consensum apostate vocat eos *spiritualia nequicie*, et quia totum hoc perpetratum est in celo, ideo vocat eos *spiritualia nequicie in celestibus.*

Fol. 347b

We are said to wrestle against principalities and powers, because among the fallen angels are some from each of the nine orders.

'This world' means the wicked who have yielded to the devil.

The wicked spirits in high places are the chiefs of the fallen angels.

8. 9. Cod.: secundum omnes.

The apostle's division of demons: 1. Principalities which fight against kingdoms or persons. 2. Victorious devils 'the rulers of this world'. 3. 'Wicked spirits', who consummate wickedness in the foreknown.

Sed oportet quod notetur logica Apostoli ad habendum subtilitatem et ordinem verborum suorum. Dividit enim totum exercitum demonum in tres partes. Prima est ad certamen spirituale inchoancium, et illi vocantur *principes et potestates* qui decertant cum regnis, cum communitatibus aut personis. Secunda est demonum superancium et hos vocat Apostolus *huius mundi rectores* secundum has tenebras peccatorum. Tercia vero pars est demonum nequiciam consumancium in prescitis et hos vocat Apostolus *spiritualia* etc. Et quilibet istorum trium ordinum primo instar angelorum stancium dividitur in tres partes; et nota quod Apostolus loquens de duabus partibus dicit quod est fidelibus colluctuacio adversus illas, quia nondum cum illis est consumata victoria, sed est spes discertantibus sive inchoent sive substernentur de victoria per virtutem et graciam domini nostri Jesu Christi. Unde Christus Matthei IV°, 10 et XVI°, 23 vocat ipsum *diabolum* et Petrum *sathanam*, hoc est, veritati primarie adversantem. Oportet enim in adversacione quod sit renitencia quedam utriusque partis, sed loquendo de tercia parte huius exercitus dicit quod est colluctuacio contra *spiritualia* etc., quia ad tantum superat eorum nequicie et super hominem exaltatur quod solum innitendum est Dei sentencie et sic finaliter superatis. Et ita est Dei iudicium expectandum. Ideo dicit tacendo renitenciam contra ista spiritualia, sed non adversus illa est hominibus reluctandum.

The exact force of the words used as to these wicked spirits.

Vocantur autem (ut dictum est superius) in neutro genere *spiritualia* ad denotandum naturas et artem primi opificis que sunt bona, et subiungitur intransitive *nequicie*, ad denotandum quod in illis est nequicia consumata, et annectitur tercio *in celestibus* vel propter consensum eorum ad peccatum primi apostate vel quia summe excellunt in gradu sue nequicie superatos. Ista autem pars tercia dicitur pugnare cum homine, non in quacunque causa sed ad victoriam finaliter consumandam; et sic tollunt generaliter a communitatibus plene perversis virtutem generaliter et specialiter fidem et caritatem cum aliis noticiis veritatis. Nam sicut secundum philosophos architector est ille qui induit formam artificis ultimate, sic archidiabolus est ille qui induit deformitatem ultimam in homine desperante. Et

3. In marg.: 1. 6. In marg.: 2; ib. Cod.: communibus. 8. In marg.: 3.

One devil may have different names.

Derivation of such names.

sic idem diabolus in numero potest nunc esse Sathan et nunc Belial vel diversarum condicionum, ut diversis nominibus nominatur. Dicitur enim diabolus a *dia* quod est duo et *bolus* morsellus, quia mordet et devorat tam corpus quam animam in prescito. Vocatur autem Sathan quod interpretatur adversans, eo quod taliter prime iusticie adversatur. Dicitur ergo Belial quod interpretatur apostata et quarto dicitur Leviathan, quia ad partem sinistram Domini in finali iudicio ducit suos; et sic de multis aliis nominibus secundum proprietates diaboli sibi datis. Propter ista movet Apostolus accipere armaturam non ferri vel metalli alterius nos gravantem sed armaturam spiritualem alleviantem suos armatos, cum ducunt finaliter perseverantes in illis ad celestia tamquam premium.

The world refuses the spiritual armour, which is light and lifts to God; and takes the dark armour, which is heavy and draws to hell.

Fol. 347c

Unde quod mundus accipit armaturam opacam | dimissa hac armatura est signum evidens quod multi spissim descendunt ad inferos et pauci raro ascendunt ad celos, cum armature contrarie sunt sic capte; nam armatura Dei cum sit levis, subtrahens ab inferioribus ducit hominem ad Deum et beatitudinem consequendam, armatura autem opaca cum sit gravis, ducit hominem ad centrum et per consequens ad diabolum et penam perpetuam consequendum. Ideo dicit Apostolus: *Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecte stare.* Loquitur Apostolus de armatura celesti, cum describit posterius; vocat autem diem malum diem conflictus cum ipso diabolo vel diem novissimum, in quo iudicantur ad penam gravissimam per diabolum finaliter superati. Prima dies mala licet sit Deo certa, est tamen nobis incognita ut secunda, ideo propter Dei certitudinem ille dies nominatur ab apostolo masculine. Ille autem tercio dicuntur *stare perfecte* qui usque ad finem renunciant diabolo et omnibus pompis eius, sic tamen quod continue sint Deo flexibiles et sic simul humiliati sub potenti manu Dei et recte elevati contra versucias Antichristi.

Nominat autem Apostolus sex armaturas quarum quinque sunt defensive et ultima invasiva, sed omnes

3. In marg.: Diabolus. 5. In marg.: Sathan. 6. Rectius: totaliter. 7. In marg.: Belial. 8. In marg.: Leviathan. 15. Cod.: tamquam prime.

4. Cf. Wyclif, De Diabolo et Membris eius, Pol. Works, pag. 362. 24. Eph. VI, 14.

Six pieces of armour mentioned by the apostle.

illas oportet intelligi mistice et spiritualiter secundum quod spiritualiter interior homo induitur secundum dispares potencias has virtutes.

1. The girdle of chastity to refrain the flesh.

Prima ergo armatura quam Paulus commemorat est zona sanctimonie qua corpus primo omnium est cingendum; ideo dicit Apostolus: *State ergo succincti lumbos vestros in veritate.* Stat autem qui conservans caritatem insultibus diaboli non succumbit, lumbos mentis cingit castitatis zona qui secundum virtutem temperancie stringit debite lumbos mentis, ubi patet quod Apostolus loquitur de spirituali armatura non corporis, cum aliter istam zonam ante armaturam cingentem premitteret. Primo tamen debet interior homo hostem suum domesticum refrenare, quia per illum communiter diabolus invadit forcius; ideo Luce XII$^{o}$, 35 dicit Christus: *Sint lumbi vestri* etc. Nec refertur vel contrariatur ista sentencia verbis Apostoli, cum succinccio corporalis non valet nisi primo originetur in mente et nisi precingat indebitos luxus corporis; ideo in lumbis corporis sunt tam renes quam corporis crassitudo (ut notat Gregorius), et ideo dicit Petrus I$^{a}$ Petri I$^{o}$, 13 *propter quod succincti lumbos mentis vestre, sobrii perfecte sperate in eam que offertur vobis graciam.*

They who serve the flesh do not stand in the truth.

Illi autem qui infideliter serviunt carni vel femine sunt a veritate falsissime elongati, cum sint ydolatre, colentes carnem cui subiecti sunt tamquam domino; ideo ⌜dicit Apostolus quod *venter gulosorum est suus Deus,*⌝ et hinc precipit quod fideles stent succincti lumbos in veritate et non infideliter succumbant hosti tam fragili. Unde quia hoc peccatum carnis est sepe absconditum, lubrificans vel humectans exteriorem hominem cooperante diabolo, dicit Job XL$^{o}$, 16: *Sub umbra dormit* etc. Illi quidem gulosi in quibus habundat lubricitas carnis iacent in luxuria absconditi sicut porci, sed oportet quod in illis sit humiditas, sicut communiter est in radice calami.

Et sic est prima armatura cingulum castitatis, cingens tam interiorem hominem quam exteriorem, ne profluat in libidinem sed non ficte sicut fatue virgines habentes

4. In marg.: 1. 7. Cod.: stat autem quod. 19. Cod.: luxos. 22. Cod.: sobrie.

6. Eph. VI, 14. 20. S. Gregorii In Evang. Lib. II. Hom. XXII. Opp. tom. I, pag. 1535. 27. Phil. III, 19.

vasa sine oleo (de quibus dicitur Matthei XXV°, 3). Lampades nostre mentis sunt potencie a carnis petulancia reservate. Sed si desit devocio et finis, recta intencio termini, non obstante observancia boni de genere lampades sunt extincte. Et sic monet Apostolus ad stabilitatem operis, ad puritatem affectionis et ad rectitudinem intencionis que sunt necessaria, cum sumus in lubrico, in luto et in humo.

2. The breastplate of righteousness.

Secunda armatura est *lorica iusticie* que conservat maiorem partem interioris hominis, ideo dicit Apostolus: *State, induite loricam iusticie.* Sicut enim lorica ferrea undique cathenatur circulis, sic iusticia in suo genere undique cathenatur secundum lineam longitudinalem et latitudinalem, secundum racionem circuli infiniti (ut dictum est de prima virtute cardinali). Et patet quod non | sufficit rectum facere nisi intencio circuli circumcingat. Fol. 347d

3. The sandals which guard the feet, i. e. the affections.

Tercia vero armatura est pedum, id est, affeccionum interioris hominis calciacio. Ideo dicit Apostolus: *State calciati pedes in preparacione evangelii pacis.* Ad hoc autem obligantur evangelizantes et singuli christiani; evangelizantes qui non principaliter propter affeccionem temporalium vel iurisdiccionis aut fame statum pronunciant evangelium. Tales enim qui ea intencione predicant nec excuciunt pulverem pedum nec verbum evangelicum volante vento superbie in auditorio manet fixum. Populus autem evangelizandus debet preparare affecciones suas ad audiendum evangelium pacis, cum eo fine debet predicacionem audire, ut pax habeatur cum Deo et homine; et tunc sunt affecciones interioris hominis calciate, quia desiderando mundo patencia fierent nude.

4. The shield of faith.

Sed quia fides est necessaria cuilibet viatori, ideo quarto subnectit Apostolus: *In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Scutum autem hoc fidei habet pro basi articulos Trinitatis et alios fidei articulos ordinate depictos; qui si nervis caritatis sint fortiter colligati, possunt extinguere omnes temptaciones hostis triplicis que sunt quasi tela ignea intentive impellencia per artem diaboli agi-

1. Cod.: XXIX°. 9. In marg.: 2. 18. In marg.: 3. 35. Cod.: omnium.

11. Eph. VI, 14. 19. ib. 15. 34. ib. 16.

This is needed only in this life.

tata. Debet autem hoc scutum portari in sinistra parte temporis nostri, scilicet temporis viacionis, quando sinistra dura viando patimur et non expectare tempus in quo spiritualiter morimur vel perpetuo premiamur. Tunc enim evacuatur fides tamquam inutilis. Ideo Canticorum II°, 6 dicitur: *Leva eius sub capite meo* etc. In statu vero nostre peregrinacionis in quo continue subiacemus periculis, necessarium est scutum fidei caritatis vinculis omnibus actibus nostris atque potenciis fortiter colligatum. Aliter enim foret fides informis tamquam scutum nimis tenue vel in defectu articulorum credendorum infideliter perforatum vel informiter collocatum. Nam omnibus istis tribus modis in defectu scuti fidei viator per tela diaboli spiritualiter est occisus. Istud autem scutum triangulare stabile et integrum in soliditate est armatura pro defensione tutissima, cum undique tegit interiorem hominem pro statu vie, sic quod non est possibile evacuatis istis tribus defectibus ipsum ledi ab hostibus spiritualibus vel offendi. Malignus autem non tangit talem repens in hominem per rimas vacuas; ideo I^a^ Joh. V, 18 dicitur: *Malignus non tangit eum.* Nec est hoc scutum nimis tenue, si fuerit ut granum synapis acerba fortitudine tribulancium inspissatum. Ideo dicit Christus Matthei XVII°, 19: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc, et transibit et nichil impossibile erit vobis.* Sed tercio multum prodest quod hoc scutum pro suo tempore caritati conformiter sit acceptum, quia Jacobi II°, 19 dicitur: *Demones credunt et contremiscunt*, nam fides eorum non perfecte fundatur in Trinitate nec colligatur indissolubilibus vinculis caritatis; ideo non mirum si dicat Apostolus quod in omnibus bellis spiritualibus sumat viator tale scutum fidei, cum sit maxime necessarium viatori.

Defects that may spoil the shield.

Faith must be informed with charity.

5. The helmet of salvation; i. e. the hope of bliss.

Quinta autem armatura qua caput tegitur est galea; ideo dicit Apostolus: *Galeam salutis assumite.* Tunc autem assumit racio galeam salutis, quando in spem beatitudinis procedentis a capite qui est Christus debite se involvit. Sicut enim racio est supremum in homine, sic spes beatitudinis exaltat pugnantem, si a capite ecclesie sit descendens.

21. Cod.: Joh. IV°. 34. In marg.: 5.

10. Cf. Sermones I, 89. 35. Eph. VI, 17.

6. The weapon of attack: the sword of the Spirit.

Sed quia nimis miserum foret et superacionis indicium viatorem cum hoste spirituali contendere et uti solummodo istis quinque armis defensivis, nisi quandoque prudenter invaserit hostem suum, ideo sexto et ultimo annectit Apostolus armaturam invasivam cum dicitur: *State assumentes gladium spiritus quod est verbum Dei.* Nam Deus format linguam in ore hominis ad loquendum in caritate operis, ut patet ex anathomia multiplici mistice intellecta. Unde Matthei X°, 9 promittit Dominus: Fol. 348a *Nolite cogitare quomodo aut quid* | *loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini,* quia Luce XXI°, 15 dicit Veritas: *Ego enim dabo vobis os et sapienciam* etc. Nec solum est iste gladius taliter invasivus, sed eciam incisivus, quia spiritum a carne dividit, cum dicitur ad Hebreos IV°, 12: *Vivus est enim sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad divisionem anime et spiritus;* unde anathomatici notant quod lingua ad modum gladii est formata. Nec solum est sermo iste prostrativus aut incisivus sed eciam occisivus, quia Isaie XI°, 4 dicitur: *Spiritu labiorum suorum interficiet impium.*

When we speak the words of Christ, it is God who speaks in us.

Nec dubium quin non proprie et primo loquuntur homines verba Christi sed prius et verius Deus ipse, cum Matthei X°, 20 dicit Christus: *Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris mei, qui loquitur in vobis.* Unde quidam asserunt quod peccatum lingue in prelatis principaliter dicit duo, primo superacionem plenam a diabolo, cum arma invasiva in predicando evaginare non audeant, secundo quod sunt de exercitu diaboli qui loquuntur fabulas, mendacia, detracciones et verba similia venenosa. Unde comparantur verba loquencium sagittis gladiis atque telis.

Most of all should prelates be thus armed.

Circa hanc epistolam dubitatur utrum prelati qui debent esse in prima acie spiritualis exercitus debeant armari simili modo quo hic dicit Apostolus. Nec dubium quin sic, quia si existens in prima acie belli sit ineptus ad pugnam, raro vel nunquam victoria consequetur, cum ipse prostratus gignit in exercitu posteriori vecordiam, ipse vulneratus vel occisus impediet inficiens ne residuum exercitus posset hostes invadere et omnino pro-

11. Cod.: Luce XX°. 15. Cod.: vivax. 33. In marg.: Dubium.

6. Eph. VI, 17.

ditorie consenciendo hostibus parabit illis media quomodo facilius et plus subdole exercitum poterunt superare. Et hec racio quare christianus exercitus est tantum hodie superatus. Et quamvis non debemus de dampnacione proximi temere iudicare, tamen ex verbo, opere et taciturnitate prelatorum et vocate ecclesie supponendum videtur atque probabile quod sint diaboli incarnati. Unde quidam asserit quod sunt secundum formam qua hic dicit Apostolus tripartiti, sic quod papa et cardinales sunt *spiritualia nequicie in celestibus*, episcopi et curati sunt *mundi huius rectores* et inferiores clerici sunt *principes et potestates.*

Our prelates imitate the devil's pride rather than Christ's humility.

Cum enim sunt duo extrema ex quibus debeant iudicari viatores, videndum foret si prelati nostri vivunt Christo similius quam ipsi diabolo. Christus enim fuit summe humilis, sed diabolus summe superbus. Cui ergo istorum extremorum prelati moderne ecclesie pocius simulantur? Evidens videtur ex gestu, verbo et opere, quod plus simulantur regi superbie.

They are not careless of riches as was Christ, nor simple in living.

Christus secundo fuit summe incupidus temporalium atque pauper: isti autem videntur econtra esse cupidi zelo bonorum spiritualium pretermisso. Cuius ergo exercitus sunt duces aut milites iudicandi?

Christus tercio fuit in vescibilibus ac usu temporalium summe parcus: isti autem videntur esse in usu talium maxime prodigales. Cuius ergo domini sunt famuli sive servi? Videtur indubie quod sunt filii patris diaboli et de eius familia.

We must be careful not to consent their evil ways.

Sed quia ignoramus conversionem eorum vel exitum, non videtur de sua dampnacione temere iudicandum. Sed istud videtur sanum atque catholicum quod christianus non communicet cum eis in sacramentis aut sacramentalibus sed pocius caveat de eorum perfidia, ne sequendo eos aut capiendo exemplum ab eis deserat legem Christi et omnino in eis consenciat aliquo sex generum consensus, sed totam pugnam suam spiritualem contra diabolos convertat in ipsos. Si enim Scarioth propter occisionem duplicis nature proprie et alios quos pervertit sit diabolus, quanto magis prelati predicti cum plus participant racionis diaboli?

15. In marg.: 1. 20. In marg.: 2. 24. In marg.: 3. 26. Cod.: Cuius ergo domus.

10. Eph. VI, 12.

# SERMO LVI.

*Confidimus in domino Jesu* etc. Ad Phil. I°, 6.

In ista epistola ostendit et exemplificat Apostolus caritatem, quomodo prelati in signis se habere debeant ad suos subditos et econtra. Dicit ergo primo quod ipse et socii sui *confidunt in domino Jesu qui cepit in eis opus bonum et perficiet usque in diem Jesu Christi.* Opus autem hoc bonum est conversio istarum gencium que excedit omnia edificia | (Fol. 348b) vel questus seculi, id est, Deo singulariter architectonice tribuendum. Deus autem singulariter incipit, continuat et terminat istud opus, et cum non posset stulte quicquam incipere, sed oportet quod inceptum suum complecius virtuose continuet et laudabiliter consumet, patet quod humilis, meritoria et laudabilis confidencia in Domino est opus taliter inceptum Deum complecius consumare. Et hec racio quare noscentes se fundari in sancto proposito de rectificacione ecclesie confidunt quod Deus (cum sibi placuerit) in die iudicii vel ante laudabiliter consumabit. Scimus quidem quod exercitus diaboli non finaliter prevalebit. Unde dies iudicii finalis dicitur singulariter dies domini Jesu Christi, quia in illo die ipse habebit finalem tractatum cum hostibus et consumatis eorum maliciis pacem suam perpetuo confirmabit. Sic enim dicuntur Dies Marchie vel Dies Marchiatus concordis eorum hominum qui erunt in illis tractatibus capitales. Ideo dies ante finale iudicium vocantur dies hominum, sed illa vocatur singulariter dies domini Jesu Christi, unde dies seculi vocat Apostolus dies hominum (ut patet I^a^ ad Cor. IV°, 3). Sed diem Domini vocat diem finalis iudicii (ut patet hic et sepe alibi), quia in illa die sua sentencia prevalebit, que licet semper prevaleat, tamen illa sentencia est nunc mundo abscondita.

*The 'good work' is the conversion of the nations.*

*Since the work is God's, it must be completed.*

*The last judgment is called the day of Jesus Christ, as treaties are called after those who have the chief hand in them.*

Applicat autem Apostolus significacionem sue caritatis suis conversis dans exemplum prelatis sic faciendi: *Sicut*, inquit, *est mihi iustum hoc sentire pro omnibus*

2. Vulgate: *Confidens hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu.* 6. Cod.: ipsi. 22. In marg.: Dies Domini. 29. In marg.: Dies seculi. 30. Cod.: II. Cor. IV°.

1. Dominica vicesima secunda post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 368—370. 25. Dies Marchie, see Walsingham II, 41, 108. 36. Phil. I, 7.

The Apostle desired to gain grace which God might distribute to His spiritual children.

He does not say that they will share his merit, but that God will complete the work in them.

*vobis, eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis et in defensione et in confirmacione evangelii socios gaudii mei omnes vos esse.* Quod autem ista sentencia quam Paulus dicit suis filiis sit debita atque iusta, ex hoc evidet quod pater cui revelatum est ipsum esse in caritate predestinacionis debet communicare et specialiter cum suis filiis beneficium devocionis et cuiuscunque actus meritorii quem datori primo placuerit ipsis dare. Nam ad istum finem debet caritativus instancius provideri ut Deus fructum meriti secundum quod sibi placuerit filiis suis distribuat. Et ista sentencia foret notanda fratribus qui blasfemant quod concedendo participium sui meriti secundum quod sibi placuerit filiis suis distribuant et tamen nesciunt utrum ipsi vel persone quibus concedunt sint meriti talis habiles quoad Deum. Sed Antichristus extollitur *super omne quod dicitur Deus* secundum Apostolum. Et nota quod Apostolus secundum istam formam moderat verba sua, quod non concedit vel diffinit ipsos fore participes sui meriti, sed sentire pro omnibus illis humiliter quod per graciam Christi opus suum inceptum finaliter consumabit. Unde videtur multis quod sentire in proposito accipitur pro reputare sive supponere, licet alii dicant probabiliter quod sermones suos singulariter dirigit ad illos quorum sibi finalis perseverancia revelatur.

Nec Apostolus diffinit participium suorum meritorum (ut fratres faciunt) sed promittit gratis quod eos habeat in corde, diligendo ipsos caritative et proficiendo eis quantum Deo placuerit. Et eodem modo in vita triplici consequente; cum enim scivit quod promeruit vinculatus et in defensione legis Dei multipliciter tribulatus et in evangelizacione suis filiis confirmata, optat quod illi in omnibus participent suo merito, non ut retribucionem accipiat premii temporalis, sed quia reputat ipsos esse socios et omnes simul esse futuros participes gaudii sempiterni. Debet enim fidelis in tribulacione sua ac sociorum in Domino habere magnum gaudium de quanto sperat ipsos participare per tale meritum premium sempiternum.

Et ne credatur Apostolum in hiis verbis fingere vel adulari iurat pro sinceritate sue sentencie: *Testis,* inquit, *est mihi Deus quomodo cupiam vos omnes in visceribus*

12. Cod.: quod deest.  14. Cod.: distribuat.

16. I. Thess. II, 4.  40. Phil. I, 8.

*Jesu Christi.* Fuit enim Apostolus plenus gracia et perfectus in caritate. Ideo concupivit vel desideravit (si Deo placuerit) *quod omnes illi,* ymmo omnes homines *forent spiritualiter in visceribus Jesu Christi.* Sicut enim viscera misericordie deitatis vocantur potencia miserendi vel (ut placet aliis) potencia ecclesie sponse Christi, sic quod viscera illius ecclesie non sint plena putredine Fol. $348^c$ sed capacia ac gignitiva seminis verbi Dei | et sic caritativus cupit fideles esse in visceribus Jesu Christi, de quanto cupit ipsos esse spiritualiter genitos in membra ecclesie secundum actum misericordie a capite ecclesie in eius viscera procedentem, vel (ut placet aliis) ille ordinate cupit proximum in visceribus Jesu Christi qui cupit ipsum stare in ordinacione ecclesie quam disposuit dominus Jesus Christus; et ita sicut omnia interiora membra hominis concava atque latencia vocantur viscera, sic omnes ordinaciones Christi latentes in suo corpore (quod est ecclesia) vocantur viscera Jesu Christi. Et sicut viscerum aliqua sunt intestina, aliqua matrix, et ita de aliis, sic alique sunt ordinaciones de prescitis et alie de predestinatis.

The bowels of Jesus Christ are His ordinances contained in the Church.

Omnis autem se conformans voluntati divine debet cupere de quolibet intra ecclesiam ipsum stare in ordinacione domini Jesu Christi, verum tamen optare debet et orare ut stet constanter tamquam membrum ecclesie predestinatum ad gloriam; ideo dicit textus: *Et hoc oro ut caritas vestra magis ac magis habundet in sciencia et in omni sensu, ut probetis ut sitis sinceri sine offensa in die Christi.* Non autem orat ut nostri ecclesiastici quod tribuatur eis lucrum putridum temporale sed ut ad honorem Dei et utilitatem ecclesie maior virtus theologica que est caritas in suis affectibus augeatur.

The Apostle prays for the increase of their charity.

Nec sunt audiendi infideles deliri qui falsificare nituntur ista verba Apostoli, primo per hoc quod nulla est caritas una multorum et secundo per hoc quod nulla caritas potest augeri vel minui, cum propter innovacionem in partibus continue foret nova.

Objections:
1. There cannot be one charity in many persons.
2. Charity cannot be changed, or it becomes new.

5. Cod.: potenciam. 10. Cod.: cupit deest. 19. matrix; ita cod. 20. Cod.: sicut. 28. Cod.: et sitis; ib. in marg. sup. fol. $348^b$ et $348^c$: *Sitis sinceri et sine offensa* ad Phil. I°; hic nos movet Apostolus ad tria, primo ad vite mundiciam, ne diligamus sed fugiamus libidinem, secundo ad mutuam amiciciam, ne offendamus sed diligamus invicem, tercio ad faciendum iusticiam, ne circumveniamus nec opprimamus aliquem. 33. In marg.: Obieccio.

26. Phil. I, 9, 10.

Answers: The first objection would destroy the unity of the Church.

Primus obiectus est infidelissimus, quia tolleret unitatem corporis ecclesie et per consequens omnium suorum accidencium. Secunda autem instancia est patencius fatua, cum ignorat quomodo quadratum circumpositum gnomone crevit, sicut vulgus vere concipit quomodo acervus vel cumulus vere crevit. Ergo multo magis caritas manens continue idem subiecto et obiecto potest in distinccione et intencione sine adquisicione suarum parcium maiorari.

The second is simply foolish.

The moral virtues must be accompanied by the intellectual which shew us the chief good.

Sed quia virtus moralis non proficit sine virtute intellectuali nec econtra, sicut nec valet affectus hominis sine intellectu nec econtra, ideo subiungit Apostolus: *ut habundet caritas vestra in sciencia et in omni sensu.* In sciencia quoad speculativam noticiam et in omni sensu quoad noticiam practicam ad opera sensibilia dirigentem. Ceca quidem foret caritas nisi sciret quomodo est Deus et quomodo est proximus diligendus. Finis autem habundancie caritatis atque noticie est, ut pocioribus cognitis ipsa relictis minus bonis effectualiter approbentur, quia *non mediocriter peccat qui magis bono* cognito et eque facili cognoscenti illo *postposito appetit minus bonum*, quia per idem liceret Deum propter minus bonum maius bonum deserere, cum in maioritate boni relucet sapiencia Dei nostri, sic quod ille qui cum istis paribus ipsum maius bonum deserit, de tanto deserit Trinitatem. Nam in hoc quod Dominus dat potenciam ad maius bonum eque faciliter acquirendum, ostenditur potencia Dei patris, et in hoc quod Deus dat sapienciam ad proficiendum et crescendum in virtute, ostenditur sapiencia verbi Dei, et in hoc quod Deus tam gratis offert homini magis bonum, ostenditur benevolencia Spiritus Sancti. Et sic tota Trinitas stultum in eleccione huiusmodi gratis dampnat, et si viatores pro tempore vie sic approbant pociora, non dubium quin tunc in die iudicii erunt sine crimine in se ipsis et sine offensa. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Nam omnis beatus est post illum diem secundum capacitatis sue ultimum saciatus, quia de beatitudine accidentali dicitur Luce VI°, 38: *Mensuram bonam et*

1. In marg.: Responsio. 11. Cod.: intellecū. 35. Cod.: sine carie crimine. 36. Spacium unius linee vacuum.

13. I. Phil. 9. 20. Decreti tertia pars, dist. V, cap. XXIV.

*confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Beatitudo vero essencialis replebit totam capacitatem hominis sibi correspondentem, et sic beatus post hunc finem undique est repletus, sed medium necessarium ad utramque replecionem in racione cause multiplicis est dominus Jesus Christus, ut Deus plene et sine fine laudetur active a sic fruentibus | et glorificetur ex claritate sue fabrice, cum gloria Dei ostenditur iudicio naturali. Laus enim dicitur laudancia actualis, sed gloria dicitur claritatis excellentis indicacio naturalis. Nec mussitandum est quod in Deo ista poterunt ab invicem separari. Et patet sentencia sequentis textus Apostoli ac eius conneccio ad priora, dum dicitur: *Repleti fructu iusticie per Jesum Christum in laudem et gloriam Dei.*

Fol. 348[a]

Distinction between praise and glory.

Dubitatur hic utrum liceat viatori zelare pro resuscitacione ordinacionis Christi in sua ecclesia militante. Nec dubium quin sic ex ista fide textus Apostoli; nam primo dicitur quod iustum est Apostolum et per idem quemlibet fidelem hoc sentire pro omnibus christianis, ut direccius sequendo Christum eligant pociora. Similiter Apostolus et quilibet fidelis debet ad sensum expositum cupere omnes proximos in visceribus Jesu Christi, sed iuxta non cupit eos in illis visceribus nisi affectando quod de illis Dei ordinacio impleatur, ergo etc. Similiter Apostolus debet sicut quilibet christianus orare, ut Christi ecclesia et clerus specialiter crescat in caritate, probet pociora et finaliter sit mundus in conspectu Dei et sine offensa proximi. Sed cum ad hoc principaliter exigitur in via observancia legis Christi, patet veritas dubii propositi, unde nisi propter commixtionem infidelium hoc non foret dubium, sed ut fides a singulis acceptandum. Ad oppositum tamen istius dubii sic arguitur: Stante veritate predicte sentencie oporteret quod totus clerus dotatus dotacionem illam desereret, omnes novelle religiones mendicancium desertis suis tradicionibus ad religionem puram Christi et eius legem attenderent, ymmo quod totum brachium seculare et omnes persone ecclesie complecione sentencie istius insisterent. Sed quid plus perturbaret ecclesiam, quid

We should desire the revival of Christ's ordinances.

Some say this would trouble the Church.

2. In marg.: Beatitudo duplex { essencialis, accidentalis.
15. In marg.: Dubium. 18. In marg.: 1. 20. In marg.: 2. 25. In marg.: 3. 28. Cod.: hoc deest. 32. In marg.: Ad oppositum.

13. Phil. I, 11.

plus confunderet leges papales et Romanam curiam et (ut dicatur planius) quid plus offenderet in episcopos, religiosos, possessionatos et mendicantes? Cum ergo supponendum videtur quod, si istud foret racionabile ad quod omnes dicti clerici tenerentur specialiter adiuvare, novitates suas relinquerent et in pauperie apostolica religionem Christi acciperent, sed hic cum facto eorum concluderet quod omnes illi sunt Antichristi discipuli conglobati et (ut ipsi arguunt) periret ecclesia.

W. holds to his faith that Christ's ordinance is best.

In ista materia seminavi multas catholicas veritates, nec adhuc dubito sed credo ut fidem quod ordinacio Christi in clero suo est pocior quam aliqua ordinacio ipsam sequens, sive fuerit ordinacio cesarea, sive papalis. Et iterum credo ut fidem quod facilius foret clero statum pauperiei quem Christus instituit in mundo accipere quam statum cesareum noviter introductum.

Ex quibus videtur iuxta recitata superius quod non mediocriter peccat clerus, postponendo pro istis abieccioribus pociora, quia (ut dictum est) aliter offendunt graviter Trinitatem.

Similiter, non dubium quin clerus sic foret in se sincerior in defensione et confirmacione evangelii promcior et ab offensa secularis brachii et cleri subiecti elongacior. Ergo iuxta istam epistolam est status iste abiecto contrario amplectendus.

Poverty promotes sincerity.

Quantum ad sinceritatem, quis dubitat quin status pauper a macula conservat, ut patet de Christo et suis apostolis, qui fuerunt propterea sinceri, ubi Judas et sui complices mundo divites fuerant maculati.

Endowment corrupts the clergy,

Quantum ad secundum patet quod Christus et sui apostoli, ymmo viri apostolici consequentes fuerunt in defensione et confirmacione evangelii dotatis posterioribus promciores, ymmo vere loquendo dotacio talis cesarea facit multum clerum ineptum ad evangelizandum et inclinat eos tam ad viros evangelicos quam ipsum evangelium contempnendum.

and causes offence in the Church.

Et quoad tercium non dubium quin precipua causa offense et contencionis ecclesie stat in ablacione temporalium et specialiter pauperum et iniuste occupancium. Cum ergo dotacio cleri causat potissime istam ablacionem, videtur quod gignit in ecclesia offensionem.

10. In marg.: Responsio. 11. In marg.: 1. 14. In marg.: 2. 17. In marg.: 3. 21. In marg.: 4. 26. In marg.: a. 28. Cod.: sinceres. 30. In marg.: b. 36. In marg.: c.

Quis rogo dubitat, cum Deus ordinavit in militante ecclesia tantum finitas possessiones et predia quin, si clerus haberet de illis parcius, foret secularibus | Fol. 349a minus onerosus et sic relinquens omnia instar Christi foret contencionum ecclesie sedativus?

Si enim Apostolus commendat Hebreos ex sua paciencia ac sedancia licium ex hoc quod rapinam bonorum suorum cum gaudio susceperunt, quanto magis commendaret Apostolus iam vivens in clero si donaciones ac possessiones superfluas et iniustas voluerit gratis dimittere? Cum ergo hoc foret melius, supposita bonitate alterius sequitur ex dictis quod offendunt graviter Trinitatem, qui hoc facilius et melius dimittunt et aliud gravius et turbativius prosequuntur.

Friars and monks are bound to uphold poverty,

Et istam senteneiam fratres et cuncti possessionati defenderent. Omnes enim isti paupertatem, castitatem et obedienciam singulariter profitentur et propterea contendunt se esse secularibus meliores; maior paupertas, generalior castitas et obediencia facta Christo foret melior quam sua triplicitas simulata. Ideo predictum statum evangelicum ut longe pociorem quam alterum tenentur defendere.

On this very point the friars claim to surpass the possessioners.

Et eadem est racio de mendicantibus qui ex hoc contendunt quod sunt possessionatis clericis meliores; ymmo nullus mendicus negabit nisi forte Judas apostata quod religio sua et ordo foret multum imperfeccior in casu quo exproprietatem desereret et dotacioni avare intenderet.

The laity should enforce poverty.

Et confirmatur ex mendicacione fratrum, quia non posset salvari a peccato dampnabili nisi exoneracio a temporalibus foret meritoria atque bona. Aliter enim spoliarent et imperficerent populum a quo tot bona accipiunt mendicando. Totus ergo clerus cuiuscunque status fuerit senteneiam istam debet defendere racione.

Nec dubium quin totum seculare brachium debet ipsam defendere, secundum potenciam coactivam, pauperes autem plebei debent ipsam defendere per subtraccionem vocate elemosine et generaliter tota ecclesia oracionibus ac suffragiis promerendo. Debemus enim orare cum Apostolo pro statu ecclesie cleri, *ut caritas sua magis ac magis habundet*. Nec dubium quin magis

6. In marg.: 1. 9. Cod.: tam vivens. 15. In marg.: 2. 23. In marg.: 3. 29. In marg.: 4.

habundaret sequendo Christum et sanctum de ecclesia primitiva propinquius; ymmo cum Veritas testatur sibi ipsi omnibus modis non est aliqua veritas vel falsitas quin testatur istam sentenciam: veritas tamen directe et falsitas indirecte.

To induce men to follow Christ is far better than to make them friars.

Quomodo queso non erubesceret fratrifactor tam copiose inducere homines in suum ordinem sub fuco sanctitatis quod talis ut sic mundum deserit propter Christum quin longe evidencius et copiosius totus clerus mundum sancti desereret in casu quo secundum formam evangelii dotaciones suorum temporalium relinqueret et secundum formam religionis Christi predicaret et viveret? Cum ergo hoc foret magis bonum et satis facile in tota ecclesia daret operam ad eius hortacionem et complecionem, videtur quod fratres dimissa fratrifaccione privata debent isti magis bono intendere, nam predicare et consulere publice et private ad complecionem istius veritatis evangelice foret ipsis facile. Sed pater eorum propter superbiam et privatum commodum sic ligat illos oppressos quod non audent pro fama et stercore temporalium istam sentenciam evangelicam publicare.

The lay power has a right to enforce poverty,

Dubium tamen diffusum est utrum seculare brachium debet clerum suum ad istum statum secundum coactivam potenciam coartare. Sed ego non dubito quin sic (ut diffuse alibi est probatum); nam servus hominis facientis cenam novissimam tribus vicibus legitur exivisse (ut patet Luce XIV°) et tercia vice mandatur a Domino exire *in vias et sepes et compellere intrare* ad istud convivium. Servus ille videtur esse seculare brachium quod in servicio isto post tantam inobedienciam Deo in fine seculi factam Domino suo pertinentissime deserviret; *exiret* ergo publice per totum mundum, ubi est clerus ambulans in lata via diaboli, *et in sepibus* ubi est clerus altitudine dominorum secularium, sed inartificialiter irretitus, et *compelleret* clerum, non per eorum occisionem sed per spinarum subtraccionem que sunt facula qua diabolice sunt combuste, *intrare* in viam regiam et strictam directe ducentem ad celum. Nec video quomodo isti domini servarent Christo ecclesie et ipsis clericis caritatem nisi istud officium diligencius | exequantur. Fol. 349[b]

22. In marg.: Dubium. 38. Cod.: ducente.

28. Lucae XIV, 23.

*without fear of excommunication.*

Nec timende sunt excommunicaciones, predicaciones vel invasiones istis opposite, quia (ut dictum est) homo debet esse in causa Dei audacissimus, nec perseveranti in illa nocebit adversitas. Quis ergo timeret exequi quod Deus precipit eciam ipso diabolo reclamante? Scio tamen quod ad tantum invaluit Antichristus, quia in primis fuit clerus contentatus de pauca elemosina temporali, cum (Matthei VI°) Christus precipit nolle thesaurizare pro talibus eciam usque in crastinum. Sed postquam Antichristus excessit quoad cleri elemosinam in multitudine, in magnitudine, in diuturnitate, baptizate sunt elemosine scilicet quod titulo mundano sunt debite, et cum non sint pura dominia, non restat nisi quod sint pura spolia Antichristi.

Nec horreret fidelis magis perfidum simulatum quam quod licitum fuit ac meritorium clerum ab ordinacione Christi quam observavit in persona propria declinare, sicut et totus mundus debet ad hoc multipliciter procurare, ab ordinacione vero diaboli, cesaris vel Antichristi nulli hominum liceat procurare, infringere vel contradicere propter censuras in omnes tales acutissime fulminandas. Quis (rogo) unquam audivit talem blasphemam insaniam aut quomodo possent patencius Antichristi discipuli iudicari quam pro Christi ordinacionis destruccione sedule procurare et pro continuacione ac defensione ordinacionis contrarie acutissime laborare?

## SERMO LVII.

*Imitatores mei estote* etc. Ad Philipp III°, 17.

*The Apostle teaches that he is to be imitated as far as he follows Christ.*

In ista epistola hortatur Apostolus fideles quomodo ipsum imitari debent et annectit secundum quam formam debeant apostolos et viros apostolicos imitari. Omnes enim illi sunt fratres in Domino et possunt sine repugnancia omnes et singuli simul et semel Christum in moribus imitari. Nec vult Apostolus quod aliter ipsum vel quemcunque alium imitentur nisi de quanto ipse recte secutus fuerit ducem exercitus christiani dominum

9. talibus; temporalibus (?). 15. In marg.: I.

27. Dominica vicesima tertia port Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 370—373.

Jesum Christum; ideo dicit I[a] ad Cor. XI°, 1: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Christus enim coraula noster est ubique, et omnes christiani fideles tenentur ipsum imitari in gradu dispari, ideo nec ex parte ducis nec ex parte sequentis repugnat sed consonat quod ipsum christiani singuli imitentur. Sed cum sint duces contrarii, non solum dux capitalis Christus sed eciam omnia eius membra debent diligencius annotari, ideo subiungit Apostolus: *Et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.*

We may all learn from each other.

Sicut enim omnes christiani debent mutuo se iuvare, sic et in rectitudine imitari; nec oportet quod quilibet fidelis imitandus vel doctus exemplariter quomodo debemus agere vel in rectitudine itineris sequi Christum sit maior quolibet exemplando, quia sicut christiani in aliquibus se excellunt, sic in doctrina et exemplacione reciproce obligantur; nam assecurati quod quicunque sequuntur Christum secundum formam evangelicam illos debent secure circulariter imitari: ideo noticia imitacionis Christi est primo omnium attendenda. Qua habita est quilibet illius forme tam in virtute quam moribus imitandus; si autem fuerit de forma curie contrarie, est tamquam apostata fugiendus.

We must shun hose who walk wickedly.

Unde quia multi sunt et patuli in corea diaboli ambulantes, ideo subiungit Apostolus: *Multi,* inquit, *ambulant, quos sepe dicebam vobis (nunc autem flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* Illos autem debemus aufugere et nichil quod

To bad prelates we must give only the obedience of resistence or flight.

precipiunt perficere nisi de quanto in sentencia concordant cum exercitu christiano. In nullo autem debemus sequi ipsos in moribus, ideo (ut dixi superius) sunt duo duces notandi, Christus scilicet atque diabolus, et respiciendo ipsorum modos vivendi contrarios videndum est utrum prelati nostri vivant diabolo similius sive Christo. Et ista regula quietaret Dei filios de obediencia christiana, cum virtute vere obediencie debeamus tales aufugere et Christo in omnibus obedire. Ideo (ut sepe dixi) obediencia resistiva vel fugitiva est in istis periculosis temporibus maxime attendenda; et ista regula

36. In marg.: Obediencia duplex.

9. Phil. III, 17. 25—29. Phil. III, 18, 19.

excuteret tradiciones infundabiles et excommunicaciones rapaces | quibus hodie ecclesia oneratur.

Fol. 349c

We should have pity even on the wicked.

Nec mirum quod Apostolus plenus gracia flevit pro talibus, quia Psalmo CXVIII°, 136 scribitur: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Et Jeremie IX°, 1: *Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum.* Flevit enim Apostolus pro eorum perdicione, cum homo viando debet compati eciam ipsis diabolis, sed magis debet flere pro aliorum intoxicacione. Unde propter quatuor mala dicitur Apostolum istorum pseudodoctorum nequiciam deflevisse, quia inimicantur cruci Christi, virtutem eius contempnendo, Christi imitatores persequendo, alios per suas observancias illicitas retrahendo et voluptuose ac cruci Christi contrarie vivendo. Et ideo consequens est quod finis talium prelatorum sit interitus dampnacionis perpetue, cum oportet finem proporcionari mediis ad eundem.

Nec mirum si fingere debemus istos ydolatras, quia secundum peccatum castrimargie *Deus eorum est venter suus* quem gulose preponderant; ideo oportet quod deficiente Deo suo Deus iustus mercedem eis retribuat; ideo adiungit Apostolus *quod gloria sua est in confusione,* nec solum in mundialiter gloriando sed specialiter in fructum illius glorie ponendo. Et idem est iudicium generale de omnibus *qui terrena sapiunt;* nam gloria omnium talium vertetur in confusionem maximam, cum in iudicio finali ligatis manibus et pedibus in tenebras exteriores transmittentur.

Our prelates are led by earthly wisdom.

Et notet (rogo) considerator fideliter status ecclesie utrum prelati nostri sint in isto casu de corea diaboli vel in capitulo Christi et sui Apostoli; et secundum hoc debet obedire eis proporcionabiliter et imitatorie eos sequi. Ipsi enim videntur duci per fallaciam, sapienciam mundanam, que est mere stulticia apud Deum, et terrena, animalis et diabolica secundum Jacobum (de qua ad Rom. I° et Baruch III°, 12). Quanto enim quis illi plus innititur tanto confusius deicitur. Unde hic nominantur voluptuosi, superbi et avari correspondenter ad tres proprietates mundane sapiencie quam Jacobus III° capitulo commemorat.

12. In marg.: Nota quatuor. 1, 2, 3, 4. 23. Cod.: confusionem. 26. Cod.: gloriam.

Our conversation is in heaven when our affections are set there,

Sed quia opposita iuxta se posita magis apparent secundum philosophos iuxtaponit Apostolus conversacionem verorum apostolorum, ut a pseudoapostolis melius discernantur: *Nostra,* inquit, *conversacio in celis est;* ex quo patet quod repugnat statui eorum quod sint voluptuosi, cupidi vel elati. Et istam religionem debent privati religiosi nostri attendere. Cum autem apostoli nostri non sapiunt terrena, relinquitur quod anima eorum, non mens sapiat celestia, et cum anima verius sit ubi afficitur quam ubi informat sine affeccione subiecti, patet quod ipsi in celestibus conversantur. Cum autem anima sit eadem persona cum homine, patet quod querentes que sursum sunt et non que super terram vere sunt in celis.

and if so, we shall rest in perpetual bliss.

Nec dubium fideli quin post istam presentem tribulacionem eciam apud mundum oppressionem oportet ex fide alium finem sequi. Unde dicit Apostolus: *Unde et salvatorem expectamus dominum nostrum Jesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue secundum operacionem qua possit eciam sibi subicere omnia.* Si enim fideles conversantur in celis propter Christum qui est in dextera Dei sedens, cum affeccionem illam usque in finem continuatam non deserent, patet quod post mortem conversacionem illam cum Christo in celis sincerius confirmabunt; et cum oportet corpus in fine resurgere et animam ipsum perpetuo actuare, patet cum isto principio omne corpus compositum situatur naturaliter in situ quem appetit natura in ipso dominans, quod oportet tales in beatitudine perpetua quietari; ideo dicit Apostolus *quod Christus reformabit corpus nostrum,* quod quondam creando formaverat et iam est vile et incurabile; ad hoc enim potest, cum habet potenciam subiciendi eius imperio singulas creaturas. Sicut ergo Christus solum per se ascendit in celum, sic post exaltacionem suam trahet omnia membra ecclesie ad se ipsum. Nec hoc erit sibi difficile, cum natura potens in tali celesti homine ad habitacionem celestem potissime inclinatur. Non enim est aliquis articulus fidei contrarius, sed consonus racioni, quia si foret racioni contrarius,

32, 33. Cod.: incuriabile.

4. Phil. III, 20. 17—21. ib. 20, 21.

Fol. 349[d] foret falsus et sic non articulus fidei christiane |, cum veritas non necessitat ad credendum falsum contrarium veritati.

The Apostle appeals to his friends to aid him.

Sed quia prodest habere multos testes in materia fidei, ideo Apostolus rogat tres personas, duas feminas et unum virum quod ipsum adiuvent in hac parte. Per hoc enim tolerabunt hostes facilius et ex societate iocundius et copiosius merebuntur. Et sic debemus nostros fratres rogare de spirituali adiutorio in causa Dei, cum hoc foret illis meritorium, nobis iocundum et Deo magis honorificum, et ita debemus mendicacionem suorum temporalium abdicare, cum preponendo illam indicamus nos utriusque partis expertes et temporalium inquisitores precipuos et cultores. Sic enim in maiori anxietate fecit Apostolus quem debemus in conversacione et opere imitari.

Three grades of charity.

Dicit ergo primo exhortacione generali: *Itaque fratres mei carissimi et desideratissimi; gaudium meum et corona mea, sic state in Domino carissimi.* Sunt autem fratres Apostoli per communem fidem carissimi propter triplicem caritatem. Dividitur enim caritas ecclesie in tres gradus quorum primus et infimus communiter plebeis convenit denominans ipsos filios Dei caros. Secundus gradus iustis seculi potentatibus convenit ipsos communiter denominans cariores. Tercius autem gradus clero convenit sequenti Christum propinquius ipsos denominans fratres et filios Dei carissimos. Sed cum sepe contrarium evenit, dicendum videtur quod status inferiores sepe supererogant et status superiores a dignitate sua exorbitant. Apostolus autem talibus fratribus carissimis sermonem dirigens vocat eos carissimos et desideratissimos. Desideratissimos quidem non solum, quia desiderat hic in via propter fructus spiritualis participium tanquam filios visitare sed eo principalius quo desiderat finaliter in patria habere socios et concives. Et ad istum sensum vocat eos Apostolus gaudium suum et coronam suam sub Deo causaliter obiective. Hortatur autem sic stare

1. Cod.: sic sit. 18. Cod.: mei deest. 19. In marg. sup. fol. 349[c] (with mark of reference): *State in Domino* ad Phil. II[to]. Stare solemus ad obediendum velocius cum ministramus, ad intuendum remocius quod ignoramus, ad resistendum forcius seu robustius cum dimicamus et ad apprehendendum facilius quod optamus vel desideramus. 22. In marg.: 1. 23. In marg.: 2. 25. In marg.: 3.

17. Phil. IV, 1.

(ut superius per ipsum est eis regula recitata) et tunc erunt in Domino carissimi qui in iudicio non potest deficere, sicut sunt carissimi in hominis reputacione, et specialiter si in gradu illo perfeccionis finaliter perseverent.

The Apostle's appeal to Evodia and others.

Ideo subdit Apostolus: *Euodiam rogo et Cinthicem deprecor id ipsum sapere in Domino, eciam rogo et te, germane compar, adiuva illas que mecum laboraverunt in evangelio cum Clemente et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite.* Istas autem duas mulieres scilicet Euodiam et Cinthicem primam rogat, et secundam (de qua magis timet) obnixius deprecatur id ipsum sapere in Domino, hoc est, sapere eandem doctrinam non solum speculative, sed specialiter affeccione et devocione; solebant enim iste mulieres evangelizantes specialiter suscipere et fovere; sed rogat virum quendam germanum quem Apostolus vocat comparem, quia in evangelizando consocium, ut adiuvet dictas mulieres fragiles et eis consimiles salutari doctrina et confirmacione conversacionis sancte priorum. Ipse enim mulieres ministrabant Paulo et Clementi cum ceteris adiutoribus Dei atque ecclesie in vite necessariis atque hospicio. Asserit autem Apostolus quod istorum adiutorum Dei et ecclesie nomina scripta sunt in libro vite, hoc est, in verbo Dei ad vitam perpetuam eternaliter inscribuntur. Ille autem liber dicitur liber vite, tum quia est prima vita, tum eciam quia omnibus viventibus creaturis vitam communicat.

Proper names may be arbitrary or may answer to qualities possessed by the man.

Et notat Lyncolniensis cum aliis quod dupliciter potest intelligi nomen proprium scilicet vocale et reale. Nomen vocale est nomen impositum ex accidencium colleccione que non est in alio reperire. Nomen autem reale est colleccio bonitatum quam non est in alio formaliter reperire: Et intelligunt non solum relacionem secundum idemptitatem specificam nec secundum idemptitatem individuam sed secundum conformitatem plene consimilem. Tale autem nomen eternaliter scribitur in libro vite, dum eternaliter ad beatitudinem approbatur. Unde vane contendunt sophiste si talis homo eternaliter inscribitur in libro vite, dum eternaliter ad beatitudinem

6, 11. Cod.: Euchodiam. 24. In marg.: Liber vite. 29. In marg.: Lyncolniensis. 31. In marg.: 1. 32. In marg.: 2.

6–10. Phil. IV, 2, 3. 30. Cf. Serm. P. I, pag. 39.

vel ante mundi constitucionem a Deo eligitur, tunc talis homo est eternaliter et ante mundi constitucionem. Sed hec vana contencio per hoc dissolvitur quod quacunque creatura signata concedendum est hoc esse ante Fol. 350a mundi constitucionem et eternaliter, quia | secundum esse suum ydeale, secundum quod est essencialiter ipse Deus; et tamen negandum est aliquam creaturam esse eternaliter vel quamlibet temporaliter esse Deum, unde (ut patet alibi) est turpissimus paralogismus propter variacionem supposicionis, si hoc est Deus et hoc est ista creatura, tunc ista creatura est Deus. Concedi tamen debet quod iste homo est in Deo vel secundum esse suum ydeale vita eterna et Deus. Et ad conformem equivocacionem concedi potest, quod ista creatura vel iste homo fuit electus a Deo ante mundi constitucionem, cum Deus ipsum elegit ante mundi constitucionem secundum esse ydeale vel intencionale Dei, et tamen non fuit ante mundi constitucionem, quia tunc fuisset in esse suo individuali ante tempus, quod repugnat fidei de quolibet puro homine, hoc est, de quolibet qui non est alia natura quam humanitas.

The wealthy should not harbour friars or other sturdy beggars.

Sed dimissa ista contencione sophistica dubitatur utrum potentes seculi debeant fratres et alios mendicos validos generaliter hospitare. Et videtur quod sic, quia hoc foret generaliter opus misericordie et in sanctis mulieribus per Paulum in ista epistola commendatur.

Sed certum est quod hoc est hereticum et multorum discolorum in ecclesia gignitivum, quia sic fratres et cuncti mendici validi possunt licite ociari et secure habere sua alimenta et tegumenta a divite quocunque quem voluerint visitare; sed quid magis contrarium racioni? tunc in brevi fierent impotentes, et ultra statum innocencie multiplicarentur ad tempus discoli mendicantes.

Friars are not hospitable to each other.

Poor men may take example from them.

Similiter, fratres cum habent propria alimenta et tegumenta, forent ad istam regulam precipue obligati, sed constat quod nec in hospitalitate nec in cibariis suscipiunt sed vix fratres de ordine proprio, cum alienigenas de suo ordine faciunt solvere plus quam debent. Cum ergo vita eorum debet esse exemplar aliis pauperioribus in seculo, videtur quod seculares tam pau-

22. In marg.: Dubium. 27. In marg.: In oppositum. 28. In marg.: 1. 35. In marg.: 2.

peres non debent fratres in hospitalitate tam divites in hospicium suum recipere, specialiter cum fratres tam spissim edificantur quod communiter infra decem miliaria homo domum fratrum inveniet. Et consonancius foret quod domus fratrum ordinis hospitaret fratrem alterius ordinis quam quod foret a paupere seculi hospitatus; ergo frater non debet taliter superflue hospitari.

Friars should seek shelter with the monks.

Et idem est argumentum de domo possessionata que racione multiplici plus obligatur ad opera misericordie et plus quam secularis fratribus similatur. Quomodo ergo non caperent mundiales exemplum de talibus religionis private et specialiter quoad eos, quibus debet affeccio esse maior; quod si dicatur quod isti plus se odiunt, manifestum est quod tunc sunt peiores aliis et religionis vane, indignificantes se ipsos ut vivant ex divino suffragio vel apud aliquos hospitentur.

They have so much wealth that they should not burden the poor.

Similiter, cum habent temporalia ad excessive edificandum sibi domos superfluas et ad faciendum alia opera extraordinaria sumptuosa, videtur quod de tali pecunia, ne sint onerosi pauperibus, debent ex tali extravagancia se iuvare; sic enim legitur sanctum Thomam in India quasi innumerabilem pecuniam regis Gundofori dedisse pauperibus, quanto magis ordo fratrum innuens se in perfeccione supra apostolos de bonis propriis fratribus suis in evangelizacione laborantibus quod est opus maxime meritorium ministretur. Per hoc ergo quod tam patenter est in illis *est et non*, negantibus in hoc Christi morale principium: *Omnia quecunque vultis ut faciant vobis homines hoc et facite illis*, videtur patens pluribus, quod sunt filii Belial et non Christi. Que ergo communicacio est cum illis?

To harbour them is to encourage them in their bad customs.

Quantum ad istud dubium videtur mihi quod nunquam vel raro sunt fratres huiusmodi vel alii mendici validi taliter hospitandi, specialiter cum non debent sic vivere et per consequens foventes eos in alimentis et tegumentis ad vitam sic reprobam se ipsos constituunt criminis eorum participes.

Et si dicatur quod elemosinantes hoc nesciunt, patet ex fide evangelii quod tota ecclesia debet *a falsis pro-*

17. In marg.: 3. 31. Cod.: communicacione. 32. In marg. inf. fol. 350ª without mark of ref.: Contra validos mendicantes.

22. Cf. Wyclif, De Ecclesia, pag. 369. 27. II. Cor. I, 18. 28. Matth. VII, 12. 39. Matth. VII, 15.

*phetis istis attendere* et ex conversacione ac operibus Fol. 350[b] eorum ipsos cognoscere | et specialiter cavendo de eius simiali similitudine qua in conquestu et illis que mundum sapiunt excedunt apostolos; sed in parcitate vite, in sincera evangelizacione, in domorum et possessionum appropriacione apostolis maxime deformantur. Que ergo racio similitudinis, si sancte mulieres debent tales viros evangelicos qui non habent propria domicilia recipere in suis hospiciis, ergo per idem debent recipere istos fratres?

They leave Christ's law instead of living like the apostles.

Aliud autem sequitur per locum a simili quod, si apostoli in tribus predictis fuerant inter homines conversati, ergo a pari vel maiori fratres debent senescente mundo et crescente in avaricia similiter conversari. Sed certum est quod relinquendo hoc melius sive bonum et adherendo seculo (quod est deterius vel malum) moraliter a lege Christi apostatant. Que ergo foret elemosina nutrire taliter apostatantes? Ideo quando arguunt quod facienda sunt septem opera corporalis misericordie, conceditur, sed probabiliter supponitur quod sic nutrire fratres in alimentis et tegumentis non foret opus corporalis misericordie vel elemosine, sed pocius foret opus misericordie spiritualis seducciones tales frivolas Antichristi extinguere tam negando quam eciam fratrum fallacias declarando. Quis (rogo) susciperet in suum hospitem illum virum quem probabiliter crederet tam se ipsum quam suam familiam horribiliter vulnerare et ipsis dormientibus crudeliter strangulare? Si ergo hoc causam det in corporali periculo, multo magis in periculo spirituali, cum ex fide sit cognitum quod infinitum periculosius est communicare cum animam in crimine vulnerante quam cum viro corpus quantumlibet crudeliter occidente. Ideo nichil infidelius quam tenere quod non refert cui detur corporalis elemosina, sed precipue huius quantitas est pensanda. Nam ex diffinicione Christi *mulier paupercula mittens quadrantem in* etc.

True mercy would be to put an end to their falsehoods.

Alms may not be given to unworthy subjects.

Quantum ad racionem elemosine Christus eciam et apostoli erant valde parci aut nulli in elemosina huiusmodi corporali; nec refert cui pauperi vel diviti, cognato, habundanti vel egenti, bono scilicet proficienti spiri-

39. cognato; hic duo verba desunt: vel alieno.

36. Lucae XXI, 2.

tualiter ecclesie vel reprobo nocenti reipublice quantumcunque, prodigo vel latroni, quis distribueret racione misericordie elemosinas huiusmodi corporales. Sed quid magis hereticum aut blasphemum? Blasphemum dico quia implicat quod non refert sive serviatur Christo proficiendo sue ecclesie sive diabolo, membra sui corporis nutriendo. Blasphemia ergo foret de Christo credere quod sit dominus donans servis suis temporalia ad distribuendum ipsa elemosinarie aliis nisi eciam dederit regulam quibus et qualiter sunt ipse elemosine taliter parciende. Et hinc tam signanter in evangelio docetur quomodo fidelis debet elemosinare abscondite et quibus, quia pauperibus membris Christi, quos evangelium specificat per *pauperes cecos, pauperes claudos, et pauperes debiles* Luce XIV°, 13, ubi oportet quod iste terminus pauperes cum tribus terminis sequentibus triplicetur; quia elemosinare episcopum cecum vel mundo divitem, claudum avarum, prodigum et in diviciis seculi quantumcunque potentem, et sic de debili quantumcunque fluente temporalibus ad onus et augmentum sui criminis foret non elemosina sed crudele flagicium Antichristi. Videant fratres si sint *pauperes ceci, pauperes claudi et pauperes debiles,* et tunc sed non aliter paciuntur racionem accipiendi opus misericordie corporalis; sed iniuriando hiis tribus Christi pauperibus non obstante quod sophistice nomen paupertatis accipiunt, manifestum est quod furtive iniuriantur sancte matri ecclesie atque Christo.

They should be given to the poor who are blind, lame, or infirm.

Friars are thieves who have climbed into the fold.

Nec valet obiectus quo tollitur ab eis furtum per hoc quod sophista allegat ipsos patenter et gratis accipere elemosinam taliter mendicatam, quia Joh. X°, 1 dicit Christus quod omnes quotquot venerunt sine eius auctoritate in suam ecclesiam sed *ascendentes aliunde* supra ostium *fures sunt et latrones.* Sed scrutentur (rogo) fratres vel alii ubi secte sue introitus in lege Domini est fundatus, quin pocius ascendendo supra Christum qui est ostium magnificant quod excedunt Christi discipulos multiplici racione. Excedunt enim (ut asserunt) nostros | episcopos quos dicunt ex dotacione non imperfici sed perfici, et cum ipsi episcopi tenent

Fol. 350c

5. Cod.: qui implicat. 12. Cod.: abscondito. 20. Recte: affluente.
29. In marg. inf.: Contra mendicantes validos.

14. Cf. Serm. Pars IV, Serm. XIII (Serm. Mixt. XIX).

vicem apostolorum, patet quod oportet ipsos dicere consequenter quod excedunt ipsos apostolos.

They say their rule of life is better than the apostles'.

Similiter, ut inquiunt, observant omnia que observarunt apostoli et super que excedunt apostolos in observanciis vestium et vescibilium, vigiliarum multarum et votis plurimis. Ideo cum non dimittunt maius bonum propter minus bonum, ut oportet ipsos concedere, patet quod oportet ipsos consequenter concedere quod excedunt ipsos apostolos.

They claim to distribute merit,

Similiter, cum fratres concedunt literas fraternitatum, sic quod homines confratres sui participent sua merita, quod apostoli facere non poterant nec Christi humanitas hoc presumpsit, videtur quod supra hoc humile ostium Christi ascendunt aliunde.

and to give absolution more than Christ or the apostles.

Similiter, ipsi concedunt plenas absoluciones auctoritate patris sui et quod semel celebrando in loco quem elegerint liberabunt animam quam optaverint de purgatorio vel inferno. Cum ergo hoc nec sit a Christo nec ab apostolis exemplatum, patet quod aliunde ascendunt supra ostium; et eadem est racio quam fingunt de sanctitate suarum vestium sanctitatem tunice inconsutilis excedentem.

They set themselves above Christ.

Similiter, cum secundum ordinacionem Christi et Dei non debet esse supra apostolos status aliquis nisi status Dei et hominis Jesu Christi, videtur quod fratres singuli pretendunt se equiparari statui isti summo et status superiores eorum sunt maiores ac perfecciores inferioribus (ut ipsi asserunt), patet quod oportet ipsos concedere in gignendo filios perfecciores ipsis apostolis dominum Jesum Christum superare.

Tali ergo quinario diabolico circueunt terram et perambulant eam colligendo in corbonam patris sui mundanas divicias. Fratres ergo qui supra Christum sic ascenderunt sub racione qua involvunt se et alios tenebris peccatorum sunt fures nocturni et sub racione qua furtive latent in silvis sub umbra potentatuum se tegentes sunt latrones diurni; nec dubium quin indirecte spoliantes ex campo scripture et minera ecclesie sunt proditores atque sacrilegi et ita (ut patet superius) sunt manifesti heretici et raptores.

3. In marg.: 2. 10. In marg.: 3. 15. In marg.: 4. 23. In marg.: 5. 32. Cod.: corbanan.

## SERMO LVIII.

*Non cessamus pro vobis orantes et postulantes* Ad. Col. I°, 9.

How earnestly the Apostle prayed.

In ista epistola ostendit Apostolus tam affeccionem quam operacionem sue ecclesie, ut ecclesia dupliciter informetur. Dicit ergo ipsos Christi discipulos orare continue pro tota ecclesia secundum suam capacitatem et specialiter pro Colossensibus, quia cum preventi erant secundum Jeronymum a pseudoapostolis, pro ipsis constitutis in tanto periculo orare debet instancius. Nec repugnat viatorem orare incessanter, cum bene vivendo orat continue, quod competebat Apostolo, cum omni tempore scilicet nocte et die omne tempus includentibus oravit tam promerendo quam eis bonum vocaliter exoptando. Unde oracio dicit peticionem simplicem sed postulacio dicit allegacionem ad racionabilitatem consensus; et cum orare dicit desiderium non implecionem petiti, patet quantum moderni pseudodiscipuli excedunt apostolos. Non enim pomparunt apostoli quod quicquid oraverint impetrarent, cum Paulus ab isto defecerat pro se ipso, sed corde simplici vere affirmaverant quod habent affectum taliter postulandi. Fratres autem et orantes moderni diffiniunt quod illud quod postulant impetrabunt, nec tamen considerant dignitatem persone pro qua petitur vel que petit. In hoc enim *extolluntur super omne quod dicitur Deus.* Nec orarunt apostoli pro prosperitate seculi, pro victoria hostis corporis vel pro aliquo huiusmodi corporali, sed ut Colossenses impleantur agnicione voluntatis Dei in omni sapiencia et intellectu spirituali, ut ambulent digne, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes et crescentes in sciencia Dei. Primo quidem omnium est necessarium viatori ut cognoscat quid Deus velit per ipsum fieri, quod satis facile est fidelibus bene operantibus et in principiis fidei enutritis. Deus

The apostles did not assert that all their prayers were granted, as the friars do.

They prayed for spiritual benefits.

9. In marg.: Jeronymus. 15. In marg.: De oracione. 20. Cod.: oraverent. 31. In marg. fol. 350c: *Ambuletis digne Deo;* ad Coloss. Ambulandum est modeste ut nichil videant levitatis in moribus qui nos laudent, sapienter ut cum sunt semite plene raptoribus qui nos obsident, et festinanter cum sunt tenebre nocive viatoribus si nos occupent.

1. Dominica vicesima quarta post Trinitatem. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 373—378. 26. I. Thess. II, 4.

enim non deficit a revelacione facienda talibus nec habitis communibus fidei principiis est facile illis propter ignoranciam ociari.

The Apostle gave no letters of fraternity.

Et nota quod Apostolus licet multum ab illis destiterit, | non concessit eis literas fraternitatis, quia bene scivit quod hoc fuisset utrique parti superfluum et nocivum; ideo reliquit Deo applicacionem et distribucionem meriti, ut sibi placuerit, quia lucrum suorum temporalium non quesivit. Optat autem Apostolus illos impleri *in omni sapiencia* tam activam vitam quam speculativam plenius dirigentem et intellectum contemplandi, ut exinde habeant triplicem profectum in bonis, primo pro recte secundum practicam operando, secundo ut sint *placentes Deo* integro tam intencione quam opere, non ut *avis discolor* Jeremie, nec *duplici veste* induti Levitici XIX°, 19, sed tamquam arbores bone uniformi et simplici intencione fructificantes Deo et proximo, et per hec sint *crescentes in sciencia* de Trinitate, quia *sciencia* mundi *inflat* (ut dicitur I ad Cor. VIII°, 1). *Vani quidem sunt omnes homines in quibus non est sciencia Dei* (ut dicitur Sap. XIII°, 1).

Fol. 350d

What he desires is that 1. they may be filled with wisdom;

2. may be strengthened in all virtue;

Secundus profectus principalis Colossensium est *confortacio* in omni virtute sua secundum potenciam Dei, qua clare cognoscunt servos Domini non perire; noscentes enim hanc fidem in Dei virtuoso servicio confortantur, cum sciunt repugnare Dei omnipotencie quod in tali virtuoso opere vel deficiant vel a premio sint frustrati.

3. may have patience to endure joyfully.

Sed tercius profectus est *tollerancia* adversitatum *pacienter*, perseveranter et gaudenter (ut precipitur Jacobi I° et ultimo). Et utinam fideles persecuti a satrapis nostris saperent istam Apostoli doctrinam; ideo dicit Apostolus *quod in omni paciencia et longanimitate cum gaudio* sufferant et reportent istum fructum triplicem in Christo Jesu domino nostro.

Wickedness of persecution.

Dubitatur hic utrum licet satrapis fideles persequi tamquam hereticos sine forma in lege Domini exemplata. Et patet quod non, quia non licet aliquos persequi nisi explicita vel implicita in scriptura sacra. Licet autem maior pars heresis (scilicet blasphemia) precepta

13. Cod.: primo per; ib. in marg.: 1. 22. In marg.: 2. 29. In marg.: 3. 36. In marg.: Dubium. 39. In marg.: 1.

10 et seqq. Col. I, 10, 11. 15. Jer. XII, 9.

fuerit lapidacione puniri ex veteri testamento, tamen ex lege gracie non potest colligi quod aliquis combustione, decapitacione vel aliqua pena mortis propterea puniatur. Satrape tamen postquam dotacionem cesaream induerunt ad magnificandum potenciam suam secularem ultra cesarem, istam stulticiam diabolicam presumpserunt;

The king may not give prelates power to persecute.

nec videtur quod liceat regi committere illis procuratorie potestatem huiusmodi, tum quia potestas talis in clero non est in lege gracie exemplata, tum eciam quia per idem licet coronam regnorum suspendi et potestatem cuiuscunque liciti homicidii acceptare, quod notum est regalias regum extinguere; unde licet papa multos extinguat quos vocat hereticos, hoc tamen non facit nisi ex potestate cesarea non ex Christo. Christus enim (ut Luce IX°, 55, 66 legitur) quando apostoli voluerunt hereticos patentes correspondenter ad veterem legem extinguere, sic dixit: *Nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas perdere sed salvare.* Cum enim dominantes seculi non habent noticiam regularem, quando foret tempus plus oportunum ut plus lucrifiat spiritui, videtur quod repugnat legi gracie subducta revelacione hominem regulariter sic occidi. Si ergo ad rogatum Jacobi et Johannis istos tam patenter hereticos eciam miraculose ad similitudinem legis veteris non licebat occidere, multo magis non licet pontifici christiano ex falso testificato et temeraria presumpcione occidere christianum;

If persecution were lawful, the prelates should be its first objects.

non enim sciunt quid est heresis. Sed tracta hac regula in consequenciam forent ipsimet (ut plurimum) occidendi, cum tantum exorbitando a vita Christi sunt heretici graviores; nam IV° Reg. I° de Helia legitur quomodo rogavit quod duo quinquagenarii cum suis principibus propter levem heresim comburantur, quod et factum est, ut Dominus imperavit, sed satrape Antichristi presumunt supra Christum et legem veterem fideles occidere ex falso testimonio in materia quam ignorant.

Consequence of giving prelates such powers.

Similiter, si liceret sic occidere hominem quem pretendunt esse hereticum | liceret illis in casu occidere (Fol. 351a) regem suum et totum eius consilium baronum et militum. Et cum possunt ex cautela diaboli habundare

3. Cod.: propter e. 38. In marg.: 2; ib. quem deest; addidi.

31. IV. Reg. I, 10—12.

in potencia suorum complicum eciam plus quam brachium seculare, videtur quod liceret illis in casu totum brachium seculare extinguere. Tantum enim possent contra regem suum terrenum propter affeccionem ad temporalia usurpare quod possent tantum et plus contra regem celorum et dominum omnium usurpare; et hoc ex levi seduccione diaboli. Sic enim possent dampnare ut heresim quod reges aut domini possunt auferre temporalia ab ecclesia delinquente et per consequens dampnata potestate dampnare possent personas que illud effectualiter practizarunt, et sic non superessent in regnis reges vel magnates aliqui preter illos. Ex quibus videtur quod usurpant potenciam super Christum humanitus, cum fratres hoc implicant, et illi asserunt quod in potestate iurisdiccionis superant omnes fratres. Si ergo quoad potestatem spiritualem humanitati Christi equivalent et quoad potestatem secularem ipsum superant, cum Christus non potuit aliquem gradum secularis potestatis attingere, videtur quod de tanto in potestate superant dominum Jesum Christum.

Their judgments are fallible and some sure rule should be laid down to distinguish heresy.

Similiter, cum sint persone errabiles tam in suis iudiciis quam factis, videtur quod oportet regulam certam et infringibilem esse datam ex qua convincerent quiditatem heresis et alium quem punire voluerint in heresim incidisse. Non enim sufficit eorum testificacio vel fratrum falsa multiplicacio, quia cum omnes illi transformari poterunt in discipulos Antichristi, videtur quod hereticare poterunt dominum Jesum Christum. Ideo palpata undique heresis quiditate invenies fideliter quod sit dogma falsum scripture sacre contrarium pertinaciter defensatum; et sic scriptura foret illis regula ad heresim iudicandam. Si enim decretum pape sufficiat heresim condempnare, cum ipse sit persona peccabilis et scripture sacre posset esse sinister interpres, videtur quod posset dampnare ut heresim quod est catholicum et econtra. Oportet ergo quod scriptura sit sensu patula penes quam debet iudicari sensus hereticus, et oportet secundo quod persona patule defendat pertinaciter illum sensum.

Scripture is the only safe rule.

Et patet quod ignari scripture non presumerent istud opus; sic enim possent dampnari tamquam hereticum quod sacramentum altaris sit verus panis et

21. In marg.: 3. 40. In marg.: De sacramento altaris.

catholicare quod ipsum sit accidens sine subiecto vel quicquid voluerint, et cum Apostolus dicat regulariter quod sit panis, contingeret ipsos hereticare Apostolum et sic Christum.

A prelate who judges falsely of heresy is himself a heretic.

Et patet quam periculosum est cecum prelatum de heresi iudicare, quia supposito quod in hoc erraverit adiuncta pertinacia (quod contingit communiter), ipse iudex est ut sic hereticus, quia ut sic defendit pertinaciter sentenciam contrariam veritati. Ideo dicitur communiter quod accusans quemquam de heresi se obligat ad penam talionis. Ideo querunt communiter impetiti de heresi qui sunt illi qui ipsos accusant de heresi et probaciones eorum notant diligencius et impugnant. Et licet sepe deficiat iudicium terreni iudicis in hac parte, iudicium tamen primi iudicis nunquam deest, cum Luce VI°, 37 dicat: *Nolite iudicare et non iudicabimini.* Oportet enim iudicantem quemquam de heresi excercere illud iudicium propter sinceram caritatem ac misericordiam iudicati, quia ibidem in principio dicit Christus: *Estote misericordes, sicut et ego misericors sum.* Oportet ergo quod sic iudicans notet precipue quod puniat personam quam impetit citra condignum, quia Jacobi II°, 13 dicitur: *Iudicium enim sine misericordia illi qui non facit misericordiam; superexaltat autem misericordia iudicium.* Ille ergo prelatus qui nescit taxare proporcionem pene heresis ad peccatum, taceret a dampnacione heresis, ne forte puniret insontem vel reum ad condignum vel ultra.

Ideo in istis videtur mihi quod standum est sensui et verbis | scripture sacre in materiis tangentibus heresim, ut si homo a sensu variat, teneat saltem humiliter verba fidei paratus semper obedire sensui orthodoxo. Sed a tempore quo ecclesia plus obedivit privatis prepositis quam episcopo animarum, ut plus Romano pontifici quam evangelio Jesu Christi, surrepserunt hereses tam operis quam sermonis et specialiter in materia de sacramento altaris. Deus tamen ex speciali gracia ad tantum cecavit corda privatorum ordinum et hereticorum in ista materia quod nesciunt quid in natura sua sit sacramentum altaris secundum decretum Romani

Fol. 351b

How errors as to the host have grown up.

24. Cod.: qui facit. 34. In marg.: Nota. 38. In marg.: De sacramento altaris.

22. Lucae VI, 36.

pontificis; tempore tamen Nicolai II[1] valde catholice sensit Romana ecclesia in illa materia; sed a tempore Innocencii III[1] nescitur utrum catholice vel heretice senciebat; ad unum tamen cogunt obedienciarii ecclesiastici tamquam fidem, scilicet quod credatur accidens esse sine subiecto in hoc venerabili sacramento, sed nec afferunt racionem nec scripturam unde debeat ita credi, ideo fideles in Domino istud renuunt. Nam si Jeronymus et alii sancti doctores fugerunt inusitatos terminos in materia fidei, ne forte venenum lateret sub melle, quanto magis moderna ecclesia fugeret a seductivo satrapa capere tam terminos extra fidem scripture quam eciam sentenciam a scripture extraneam. Nam isti termini *accidens* et *subiectum* ad sensum loquencium in ista materia sunt satis extranea, et sensus superadditus scilicet quod sacramentum sit accidens sine subiecto est satis periculosus; qua ergo fronte necessitarent fideles ultra sufficienciam fidei ex scriptura hoc credere? Revera nec Christus nec sui apostoli nec secta Machometi ad fidem talem vel taliter perurgebant, cum ex fide scimus quod non sequitur: Si papa vel sua ecclesia sic diffinierit, ergo verum.

Accident and subject are not scriptural terms.

Similiter, quod accidens sit sine subiecto tam philosophi quam theologi renuerunt propter hoc quod non potest sic esse de Dei potencia absoluta, quod si sit verum, blasphemum est hoc credere; simpliciter ergo irracionabile foret satrapas sine evidencia fidem huiusmodi perurgere. Tunc enim ex sibi dubio necessitarunt ad credendum blasphemiam. Nam philosophi crediderunt concorditer quod hostia non potest esse sine subiecto. Augustinus eciam peritus in philosophia et valde catholicus in theologia sepe asserit ut per se notum quod accidens non potest esse sine subiecto. Que ergo necessitas sentenciam tam periculosam et tam extraneam seminare? Si enim non potest esse de Dei potencia absoluta (ut asserunt) sic esse regulariter in sacramento altaris, committit nedum mendacium de Christo sed manifestam blasphemiam, quia quicunque dixerit quod Deus regulariter in hoc sacramento servat accidens sine

The existence of accident without subject is declared impossible by philosophers, e. g. Augustine.

1. Cod.: catholico. 4, 5. Cod.: ecclesie ei. 13. In marg.: 1. 23. In marg.: 2. 31. In marg.: Nota Augustinum. 36. Cod.: ut deest.

1. Cf. Serm. Part. II, pag. 454. 31. S. Aug. Opp. tom. V, 1, 973; cf. ib. 338.

subiecto, dicit evidencius quod Deus potest hoc facere; quod si Deus non potest, patet quod blaspheme imponit Deo quod sibi non potest competere. Immo dato per impossibile quod sibi competeret, Deus se ipsum summe imperficeret atque destrueret. Quis ergo honor foret talem passionem Deo imponere, cum secundum Apostolum *Deus se ipsum negare non potest.* Et sic de multis que videntur in creaturis sonare potencie libertatem, ut Deus peccare non potest vel mentiri; sed homo potest faciliter. Sicut ergo non est honor sed summa blasphemia sibi imponere quod conservat accidens sine subiecto in hoc venerabili sacramento, et propter istam oracionem tacent fideles istud concedere, cum idem foret secundum philosophos et Augustinum ponere accidens esse sine subiecto et verificare contradiccionem, quod Deo propter sui perfeccionem non potest competere, quia tunc forent in eo *est et non*, et foret falsissimus in se ipso.

There are things that God cannot do, since they would be contrary to His nature.

To say that God can keep the accident without the subject is to say that He can make a thing be thus without being at all.

Quantitas enim non est nisi quantificacio substancie vel ipsam quantificari, qualitas autem non est nisi substanciam qualificari, et sic de aliis accidentibus respectivis. Idem ergo foret Deum servare accidens sine subiecto et servare quod alicui substancie accidit taliter se habere, et tamen illam substanciam omnino non esse quod est contradiccio manifesta.

Si autem dicatur quod | nec termini accidentis ita signant nec res accidentis est respectivum huiusmodi, sed res per se possibilis sicut substancia: quantum ad primam partem petunt fideles significaciones talium terminorum accidentalium ex fundacione sufficienti scripture vel racionis, quod cum nemo potest facere, in antiqua sentencia philosophica vel theologica quietantur. Fol. 351c

Et quantum ad secundam partem ficticie, declaratum est alibi quod, posito tali accidente per se possibili adhuc oportet ponere informacionem distinctam sine tali absoluto accidente per se possibili et quod sompniare tale per se accidens foret omnino superfluum, quod non potest Deo competere, et sic ut prius talis ficcio foret blasphemia manifesta.

Radicalis autem fundacio stat in isto quod Romana ecclesia sic determinat, sed ipsa non potest peccare et

14. In marg.: Augustinus. 26. Cod.: accidentis twice. 28. In marg.: 1. 32. In marg.: 2. 39. In marg.: Secunda ficticia.

7. II. Tim. II, 13. 17. II, Cor. I, 18.

The root of the matter lies in the fictitlous infallibility of the Roman church.

specialiter in materia fidei, ergo sic generaliter est credendum. Et inter omnes blasphemias que de Antichristo unquam surrepserant hec est maior, quia (ut sepe tactum est) si peccare non poterit in fide, tunc peccare non poterit, cum infidelitas (ut hic supponitur) generaliter consequitur ad mortale, et sic peccare non poterit, tunc extollitur super Christum, cum licet sibi vivere declinando a Christi religione, ut inpresenciarum cernitur, quod cum Christus non potuit, ideo de tanto extollitur super Christum.

Similiter, totus exercitus malorum angelorum peccare potuit ut suppono ex fide, sed ille exercitus positus in statu innocencie fuit longe maior papa, cardinalibus ac omnibus aliis prelatis sibi adherentibus; fuit eciam ex statu innocencie a peccato elongacior et in naturalibus suis potencior. Si ergo Romana ecclesia in non posse peccare excedit personam huius exercitus, non superest nisi ut multipliciter excedat Christum qui est *omne quod dicitur Deus,* quia tam deitas quam humanitas.

If this be granted, Urbanites and Robertines are alike impeccable.

Similiter, si illa ecclesia peccare non poterit, tunc divisa ut modo peccare non potest et pari evidencia qua nos Urbanite concedimus quod ipse cum suis cardinalibus peccare non potest, Robertini concederent quod ipse cum suis cardinalibus peccare non potest. Et sic haberemus duas personas simul militantis ecclesie que peccare non poterunt. Nec dubium quin persona aggregata ex hiis sit eque vel plus peccabilis, sicut altera illarum parcium per se posita, cum nocent sibi ipsis ex peccato multiplici iuxta se posite.

Nec est racio quare tota Romana ecclesia determinare posset ut fidem quod hoc sacramentum sit accidens sine subiecto, quin per idem determinare posset quod sit panis vel quecunque substancia vel natura accidentalis quam voluerit assignare. Possibile est ergo quod Urbanite et Robertini sint in ista materia sibi ipsis contrarii. Cui ergo illarum ecclesiarum foret in hoc racionabiliter credendum?

We say the sacrament is in nature bread.

Unde querunt instanter nostri satrape et specialiter fratres de Anglia quid in natura sua sit sacramentum altaris. Nos autem dicimus cum sancto Apostolo et quadruplici evangelio quod est panis. Sed querunt ulterius utrum sit substancia panis materialis; quod

4. In marg.: Prima racio. 10. In marg.: Secunda racio. 19. In marg.: Tercia racio. 29. In marg.: Nota de sacramento altaris. 38. In marg.: Questio.

18. II. Thess. II, 4.

dampnarunt; et utinam non in hoc Christum et suos

Evidence of the Missal.

apostolos, cum ecclesia Anglicana dicit quod usus illius ecclesie in secreta medie misse Natalis Domini quod *sicut homo genitus, idem refulsit Deus, sic hec terrena substancia nobis conferat quod divinum est.*

Nec dubium quin intelligendo per hanc terrenam substanciam substanciam materialem intellexit illam esse sacramentum altaris, ut patet in secreta misse ferie quarte Quatuor temporum in Septembri. Si ergo Christus accepit panem materialem et fecit ipsum esse corpus suum, ut testantur quotquot sanctorum sentencie cum decretis, que foret auctoritas vel fidei constancia credere quod sit accidens sine subiecto, cum secte fratrum hoc negarunt, dicentes quod est quantitas vel qualitas subiectans alia accidencia sive nichil.

Istam ergo blasphemiam de inpeccabilitate Romane ecclesie placuit Deo dissolvere. Ideo teneamus pristinam libertatem et antiquos articulos fidei in Christo | fundatos Fol. 351d qui peccare non poterit vel suos fideles decipere.

Remedies against the oppressions of the prelates:

Sed horrendus timor incumbit quod satrape provinciarum necessitant fideles 'vel dic ad hoc vel ex tacencia dampnaberis tamquam hereticus et postea occideris', et a mundi principio non fuit maior persecucio vel minus colorata in alia secta. Ideo ego non video remedium nisi aliquod horum trium, primo orare pro

1. Prayer that God will enlighten them.

ipsis ut Deus in fide ipsos illuminet et quod in examinacione fidelium obtemperent racioni. Si propter antiqua crimina Deus non audierit vocem fidelium in hac parte, temporale remedium videtur pulsare temporales dominos

2. Appeal to temporal rulers.

et totam ecclesiam in iuvamen, dicendo illis quomodo nos dicimus hoc sacramentum esse corpus Christi in forma panis. Quando autem hoc negantes superinducunt novos articulos ut fidem ecclesie quos nescimus, illos autem vellemus acceptare gratancius, docto quod sic possemus sine offensa legis domini Jesu Christi sed

3. Patience under oppression with trust in Christ.

deficiente propter copiam temporalium munerum iuvamine in hac parte, ego non video nisi tercio maxime securum refugium ponere spem nostram in domino Jesu Christo, tribulaciones et mortes et cuncta que inferre poterunt humiliter paciendo.

25. In marg.: 1. 29. In marg.: 2. 37. In marg.: 3.

4. Sarum Missal ed. Dickinson col. 58. 9. *Deus qui de his terrae fructibus tua sacramenta constare voluisti* etc. Id. col. 540 (Matthew).

# SERMO LIX.

*Ecce dies veniunt, dicit Dominus* etc. Jeremie XXIII°, 5.

Quia ista est ultima dominica anni precedentis immediate antecedens ad dominicam primam Adventus anni sequentis, ideo aptavit ecclesia epistolas istas ad invicem sic quod ultima epistola anni prioris indicet prophecias legis veteris de adventu Christi futuri ad incarnacionem, et prima epistola Adventus Domini pro anno futuro indicet Dominum iam venisse. Innuit autem Jeremias causam adventus Christi in carnem, scilicet quod pastores perversi legis veteris perverse ducebant populum ad abyssum. Ideo cum nequicia pastorum non potest procedere infinite, necesse fuit Christum venire ad evacuandum istos apostatas et populum corrigendum. Et conformiter creditur has sectas privati ordinis confederari cum pseudoepiscopis quousque Christus veniat ad finale iudicium vel ostendat ante illud aliquod patens miraculum propter quod Christi populus servabat integre legem suam; ideo incipit vicesimum tercium capitulum Jeremie: *Ve pastoribus qui disperdunt et lacerant gregem pascue mee, dicit Dominus.* Ista autem sunt verba Dei de sacerdotibus et prophetis perversis in fine veteris testamenti. Sed post istam perversionem et punicionem prelatorum pro lege veteri propheta sic incipit: *Ecce* etc. Sicut enim etas hominis succedit uniformiter et invariabiliter, sic oportet dies mundi succedere nec solum necessitatur etas mundi que tempus est uniformiter variare, sed necesse est eventus seculi in illo tempore secundum legem consimilem procedere successive, nec oportet timere evidencias sophistarum de successione parcium temporis que non manent. Omnes quidem manent pro suo tempore et omnes antiquas oportet preterire et novas succedere; nec est sentencia ista calculancium astronomorum vel sompniancium virorum mendacium sed (ut testatur propheta) assercio Domini. Ideo Jeremias et ceteri non confirmant suam sentenciam per vicarium Antichristi, dicentes quod hec mandat Romanus episcopus vel alius eius vicarius sed *hec dicit Dominus.*

Christ coming made necessary by the perversity of the pastors of the old law.

1. Dominica proxima ante Adventum. Cf. Serm. Part. IV, Serm. XV. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold, II, pag. 375—376.
20. Jer. XXIII, 1. 25. ib. 5.

How prophets and apostles are taught by God.

In omnibus tamen istis oportet credere alicui sensui contingenti, ut sicut in lege veteri credendum est quod Isaias, Jeremias vel propheta alius habet sensum suum a Domino, quod est contingens, sic quod potest oppositum evenire, ita credendum est in lege gracie de auctoritatibus illius legis, ut de apostolis, quod sensum suum a Domino acceperunt. Per talem enim connexionem veritatum contingencium est populus connectendus cum Domino in veritatibus sempiternis, ut sicut prophete in lege veteri immediate crediderunt et noverunt quod habuerunt sensum suum a Domino qui non potest decipere vel aliquid ignorare, sic fuit de evangelistis atque apostolis licet excellencius in lege gracie, sic quod Apostolus non peciit demonstracionem quod Deus enarraverat sensum suum; nec debent fideles demonstracionem de | revelacione huiusmodi expectare, (Fol. 352a) sicut fuit in lege veteri, sed fide oportet in talibus connexionibus incipere. Et in istarum viarum principiis iacet magnum periculum cum pseudo possunt induere habitum prophetarum et apostolorum, sed conversacio et fructus finalis quare hec referunt certitudinem indicabunt.

All revelation is for the conversion of the people, who must judge of prophets and apostles whether they are genuine.

Nec video quin oportet utrobique aliquam revelacionem Dei procedere in populum convertendum, sic quod Deus utrobique immediate connectitur plebi sue, et sicut obediencia facienda preposito multum prodest subiectis, sic credulitas adhibenda prophetis atque apostolis auget meritum in credendo. Et sic senciendum est de merito resistendi pseudoprepositis; sicut enim in lege veteri non quilibet false simulans habuit spiritum prophecie, sic in lege gracie non quilibet false simulans habet graciam, noticiam scripture vel officium pastorale. Opera autem (gracia quorum sic faciunt) cum vita sua et omnino inspiracio Dei de veritate credenda certificant fidelibus quid et qualiter est credendum, ita quod multa milia satraparum quantoscunque se simulant in latitudine potestatis non valent sentenciam unam scripture vel inspiracionem quam Deus dignabitur fidelibus revelare, immo de facto maior multitudo talem attestatur evidencius maioritati false sentencie Antichristi.

Prophecia ergo Jeremie de Christo a Spiritu Sancto sub hiis verbis sibi ostenditur: *Suscitabo David germen*

42. Jer. XXIII, 5.

*iustum* etc., ubi planum est fidelibus quod Deus prophetice loquitur de domino Jesu Christo qui, sicut fuit fructus ventris David mitissimi regis ad literam, sic fit mistice et autonomatice manu fortis; ideo sicut Christus dicit Baptistam esse Heliam, sic debet credi dominum Jesum esse David. Longe autem prius ante Jeremiam David mortuus est ad litteram et pertinencius videtur intelligere litera David in accusativo casu quam dativo, licet sensus videantur paululum variare.

Christ is mystically David.

Sunt autem octo proprietates quibus David noster describitur atque cognoscitur. Prima est quod est *germen iustum*. Est autem humanitus germen patriarcharum et Marie virginis, quia licet per aliquos patriarchas viciosos descenderat propter inpeccabilitatem sui ex predestinacione sue unionis ypostatice viciari non poterat. Sicut enim aurum et lapides preciosissimi nascuntur in cateractis subterraneis turpibus et lutosis, sic eciam de Maria matre Jesu dicitur quod sicut lilium inter spinas, sicut rosa ex arbusta spinosa et sicut carnes munde lucii ex bufone, de parentibus culpabilibus processit, et sic non obest sed consonat eius filium processisse. Hamus tamen iste de primo parente processerat undique propter notandum misterium in qualibet persona que ipsum genuit; et sicut deitas sub unco carnis celata fuit in extremitate huius germinis per quam antiquus serpens diabolus caperetur, sic in qualibet parte huius germinis Dei predestinacio et Christi figuracio rutilarunt. Hoc ergo germen autonomatice dicitur *iustum*, quia in toto humano genere non fuit aliquis similiter iustus preter illum. Immo dicitur origo nostre iusticie sine qua non potest alius esse iustus. Ipse enim est per se rectitudo sive iusticia sine cuius participio non potest aliquis esse rectus.

Properties of the mystical David.

1. He is the righteous branch.

Secunda condicio David nostri est quod *regnabit rex*. Christus enim a primo instanti nativitatis sue secunde fuit rex super totum genus humanum et quamlibet aliam creaturam, quia constitutus est humanitus caput ecclesie et propter unionem ypostaticam et propter statum innocencie dominus huius mundi. Unde blasphemant ignari et cupidi qui ex isto textu ponunt ipsum

He shall reign as King.

His kingdom is spiritual.

8. litera; cod.: ly. 10. In marg.: Nota octo. 11. In marg.: 1. 16. Cod.: Sic enim. 20. lucii i. e. piscis. 34. In marg.: 3.

34. Jer. XXIII, 5.

regnare civiliter, quia iuxta fidem evangelii *non habebat* tantum proprietarie *ubi caput suum reclinaret.* Cum ergo civile dominium dicit ut sic proprietatem possessionis ultra statum innocencie et includit necessario peccatum veniale, patet quod non potuit Christo competere. In hoc ergo quod evangelium exemplificat *regni sui non fore finem* Luce I°, 33 manifestum est quod loquitur de regno spirituali cum omne temporale regnum oportet ante diem iudicii terminari.

3. His is wise *a)* in His Godhead, as the wisdom of the Father; *b)* in His manhood with the wisdom of the blessed; *c)* with the wisdom of the Spirit, *d)* with the wisdom of reason, *e)* and of experience.

Sed cum ad regem spectat sapiencia (ut patet de Salomone Christi figura) decens est secundum terciam proprietatem quod sit *sapiens.* Christus autem secundum duplicem naturam multiplici sapiencia rutilavit, nam secundum deitatem fuit abstracte sapiencia Dei patris (Fol. 352b) et secundum humanitatem sub racione | qua comprehensor videns omnia in verbo habuit creatam sapienciam, ut qualis est in beatis. Habuit eciam ex dono Spiritus Sancti infusam sapienciam (ut dicitur Isaie XI°, 2), et quarto dicitur habere sapienciam in proprio genere secundum racionem qua scivit naturaliter conclusiones celestes sequi in demonstracione quia ex proprietatibus cause. Sed cum sapiencia dicitur quasi sapida sciencia, quinto omnis experimentalis noticia quam Christus habuit *sapiencia* potest dici; et patet ex hac quintuplici sapiencia quam singulariter Christus fuit sapiens.

4. He shall execute judgment,

Et quia ad regem sic sapientem pertinet suum populum iudicare, patet quod Christus *faciet iudicium* gentis sue proporcionale suo dominio et sue sapiencie. Discernet enim fideles ab infidelibus, predestinatos a reprobis, vocando cunctos sed trahendo electos iudicio nobis occulto. Sed in die finalis iudicii patenter et universaliter iudicabit vel potuit civiliter iudicare.

5. and do justice.

Sed quia ad talem iudicem pertinet facere iusticie complementum, ideo quinto subiungitur quinta Christi condicio quod *faciet iusticiam in terra.* Ipse enim fecit omnem factam iusticiam, cum nulla creatura potest iuste quicquam agere nisi de quanto participet primam iusticiam. Sed humanitus fecit iusticiam in terra, quia nisi per adventum suum fuisset tota operacio humani generis menstruata, sic videlicet quod aliter nemo post

5. Cod.: non deest. 19. In marg.: 3. 22. Cause; cod.: ce. 26. In marg.: 4. 34. In marg.: 5.

2. Matth. VIII, 20. 35. Jer. XXIII, 5.

lapsum fuisset virtuosus et per consequens nullus iustus. Ipse ergo rectificando ovem quam ponebat in humeris (Luce XV°), iustificavit ovem centesimam, et ad hoc sonat dacio legis evangelice, tota conversacio humanitatis sue et iusticia in finali iudicio, quando dabit unicuique homini proporcionabiliter ut dignus erit. Nec solum continebitur iusticia sua intra limites terre moriencium, sed prosiliet usque ad terram vivencium, cum omnibus beatis dabit gaudium et quicquid fuerint digni recipere, ymmo supererogante per suam incarnacionem accibilem beatitudinem cumulabit.

6. His kingdom shall exist on earth as in heaven.

Et quia ad regem pertinet potestative regere regnum, ideo sexto subiungitur quomodo regnum Christi erit tam in via quam patria regulatum. *In diebus illis*, inquit, *salvabitur Juda et Israel habitabit confidenter.* Cum autem Juda interpretatur *confitens*, patet quam signanter signat omnes recte confitentes adventum Christi in carnem. De talibus enim dicitur (Joh. I°, 12): *Quotquot autem receperunt* etc. Et ista est confessio de qua (Rom. X°, 10) dicit Apostolus: *Ore autem* etc. Ideo signanter dicitur pro predestinatis viantibus quod *in diebus illis* etc., quia *in patria absterget Deus* etc., *et non erit amplius* etc. (ut dicitur Apoc. XXI°). Et filii Dei possunt in premio isto confidere, quia *si sunt filii, tunc* secundum Apostolum *sunt heredes* et per consequens confitenter possunt dicere et orare: *Adveniat regnum tuum.* Et nota quod sicut Jacob et Israel fuit eadem persona sic per ordinem nominata, ita eadem persona ecclesie est prius Jacob et post Israel, cum Job XIX°, 27 scribitur: *Quem visurus sum ego ipse* etc. Post luctum ergo cum angelo videbimus Deum clare.

7. The union of divine and human is expressed in 'This is his name etc.'

Septimo adiungitur unio divinitatis et humanitatis in Christo, cum dicitur: *Et hoc est nomen* etc. Per hoc autem quod dicitur quod hoc est nomen et non quod hoc erit, eternitas Christi exprimitur, cum diu post Jeremiam fuit Christus natus humanitus, et per hoc quod de futuro exprimitur quod vocabunt eum, eius mutabilis humanitas designatur, scilicet per hoc quod dicitur: Habebit nomen domini iusti nostri. Sed habebit perpetuo inseparabiliter illud nomen, quod cum non sit

12. In marg.: 6. 30. Cod.: luctam. 32. In marg.: 7. 38. Cod.: sed per.

14. Jer. XXIII, 6. 24. Rom. VIII, 17. 26. Matth. VI, 10. 29. Job. 33. Jer. XXIII, 6.

vocale sed reale, oportet movere beatos singulos ad sic vocandum. Et nota quod circa hoc nomen *Dominus iustus noster* contendunt plurimi, sed quia ista contencio est multum apocrifa, ideo dicam probabilem sentenciam modo quo talis sentencia est loquenda. Dicitur enim quod translacio Septuaginta et Hebraica veritas habent loco huius termini *Dominus* nomen Domini tetra-

The tetragrammaton.

grammaton, et secundum Radymoysen in libro de direccione propheciarum hoc nomen *tetragrammaton* (hoc est, quatuor literarum, quas cum earum vocibus ignoramus), cum non sit hoc nomen Deus, impositum est a Deo ad significandum cuidam eius essenciam absque respectu ad creaturam, et ideo est incommunicabile, sicut non est | hoc nomen *dominus* nec hoc nomen *Deus* (ut patet Exodi XXII$^{o}$); unde solis sacerdotibus Judeorum licuit nominare hoc nomen et non ubilibet sed in templo. Fol. 352$^{c}$

Quia ergo non habetur nomen latinum sibi synonymum, ideo translatores posuerunt loco eius hoc nomen *dominus* vel hoc nomen *Deus* sine determinacione, unde translacio Caldaica habet hoc nomen *Messias* loco huius nominis *dominus;* et sic viciant expositores aliqui sentencias modernorum Hebreorum, qui sic corrumpunt literam dominus Deus vocabit eum hoc nomen. Sed circa tales contenciones frivolas non debet fidelis contendere, sed ex fide capere quod Christus sit vere Deus et homo et quoscunque textus qui ad hoc sonuerint acceptare. Sed quia textus predictus Hebraicus reprobatus potest trahi ad istam, ideo ad sensum talem potest concedi, et historias recitatas superius potest qui voluerit credere vel supponere citra fidem.

8. He will give eternal bliss to His servants.

Octava condicio et ultima regis nostri est quod beatificat eternaliter servos suos, que condicio in isto textu exprimitur: *propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non dicent ultra: vivet Dominus qui eduxit Israel de terra Egipti, sed dicent: Vivit Dominus qui eduxit et adduxit semen domus Israel de terra aquilonis et de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, et habitabunt in terra sua.* Octava autem proprietas Domini alludens octave etati seculi beatitudinem includenti

8. Rectius: Rabi Moysen. 18, 19. Cod.: synononum. 35. Recte: vivit.

34 et seqq. Jer. XXIII, 7, 8.

premittit prefacionem ut prima. *Ecce*, inquit, *dies veniunt*, *dicit Dominus*, quod intelligitur de tota successione dierum qui veniunt usque ad diem iudicii. Alludit autem hic textus eciam historiis filiorum Israel quomodo a captivitatibus fuerant liberati, et utraque historia figurat liberacionem finalem qua predestinati erunt ab hoc valle miserie ad patriam celestem generaliter liberati. Prima autem historia patet in Genesi et Exodo et secunda patet in Jeremia et IV° Regum. Laudaverunt autem Dominum, exprimentes eius eternitatem vivificam, dum clamarunt: *Vivit Dominus*. Sic enim legitur I° Regum X°, 24 quod Saul in regem electo clamavit populus: *Vivat rex*. Vult ergo propheta dicere quod post diem iudicii non sic dicent: Vivit dominus qui eduxit Israel de Egipciaca servitute, nec dicent secundo: Vivit Dominus qui eduxit Israel de terra Aquilonis a captivitate Nabugodonosor, sed dicent tercio laudacione perpetua: Vivit Dominus, hoc est, regnat eternaliter. Irascantur populi quantumcunque voluerint, quia Dominus eduxit semen Israel, hoc est, ecclesiam in qua fuit predestinacio tamquam semen hominibus occultata de terra Aquilonis. Terra autem Aquilonis est terra in qua habundat aeris et passionum suarum turbacio et specialiter refrigescencia communis aeris quod significet mistice refrigescenciam caritatis. Nam in tota valle huius miserie non est nisi contenciosa turbacio et aeris pestilencialis inspiracio in comparacione ad amenitatem temporis supra nubes. Ideo cum supra statum innocencie reducetur ecclesia ad statum ecclesie triumphantis, signanter dicitur quod *Dominus adduxit et eduxit hoc semen* veri Jacob de terra vallis lacrimarum et cunctarum insularum ad quam ipsum Dominus de paradiso *eiecerat* ad terram vivencium vel triumphantis ecclesie ad quam sunt prius naturaliter ordinati. Causam autem quare Jeremias non moralizat historiam secundam explicite, videtur quosdam assignare propter hoc quod suo tempore fuit veritas rei geste. Hec autem terra

15. Cod.: dicens. 20. Cod.: qui Dominus eduxit. 22. In marg. sup. fol. 252c: *Habitabunt in terra sua* Jeremie XXIII°. Est terra quam gerimus, quam terimus et quam querimus. Prima est terra nostre nativitatis, secunda nostre captivitatis, tercia nostre hereditatis. Primam inhabitamus racione nostre condicionis primarie, secundam ut vallem nostre tribulacionis et miserie, terciam iure empcionis meritorie, donacionis voluntarie et dominacionis hereditarie.

19. Ps. XCVIII, 1.

vivencium vocatur terra sua naturalis, quia ad illum fuerunt a Deo finaliter et naturaliter ordinati.

*The secular ruler must imitate Christ.*

Dubitatur hic utrum gubernacio regis temporalis quoad regnum suum debeat ex gubernacione regis Christi in omnibus exemplari. Nec dubium quin sic, cum ex participio sapiencie huius regis oportet omnes reges terre, omnes seculares dominos, immo omnes alios christianos regulari (ut patet in prophecia huius epistole). Tres ergo sunt gradus sapiencie huius regis in regimine regni sui, primo quod omnes legios suos | defendit (Fol. 352d) potenter, cum sint materialiter regnum suum, secundo quod hostes suos destruit sapienter et specialiter inimicos suos domesticos, cum sint sui precipui inimici, et tercio quod legem et regaliam suam docet longanimiter, cum sine eius regimine non stat regnum; et ad ista tria oportet regem terrenum attendere, cum impossibile sit ipsum regnum suum regere sapienter sine tribus ab istis proporcionabiliter derivatis.

*1. He must defend his subjects,*

Quoad primum oportet regem terrenum legios suos potenter defendere, cum non foret aliter rex suorum nisi forte equivoce ad defensionem istam, cum non sit defensio spiritualis sciencie, sed pocius defensio corporalis, cum vendicat super corpore sui legii dominari, spectat ut rex non deficiat in regimine corporis sui legii quod multipliciter potest contingere. Primo si rex ex negligencia concedat suis subditis potestatem quomodocunque voluerint legios illos extinguere. Talem autem negligenciam voluntariam non audivi in rege aliquo christiano vel pagano, cum foret nimis supina stulticia. Ideo absit quod rex Anglie concedat inimicis suis domesticis potestatem ad legios suos sub fuco pravitatis heretice inquisicionis sic corporaliter extinguendum. Christus enim (ut dictum est) non habuit huiusmodi potestatem. Quis ergo color quod vendicantes se esse Christi vicarios illo titulo hoc optarent?

*and not delegate power to those who will hurt them.*

*Christ's teaching in His answer to James and John.*

Similiter (ut docet Luce IX°), Jacobus et Johannes qui videntur fuisse filii Zebedei extinccionem coloracius exoptabant, sed cum illi fuerunt apostoli qui singulariter cupiebant dominium ex procuracione petitoria matris sue, videtur quod omnes volentes secundum illam

4. In marg.: Dubium. 9. In marg.: 1. 11. In marg.: 2. 14. In marg.: 3. 25. In marg.: 1. 36. In marg.: 2.

3. Cf. Serm. part. IV, Serm. I.

fideles extinguere sunt filii superbie et perversitatis istorum apostolorum. Talem ergo licenciam non debet rex nunc approbare.

Christ spared His enemies.

Similiter, Christus quem oportet nos sequi quantum sufficimus, facile potuit hereticos maximos qui illum ceperant extinxisse. Cum ergo non fecit, ubi potissime debuit, videtur quod non auctorizavit licenciam suis vicariis taliter extinguendi.

Similiter, extinguere sic homines est speciale in brachio seculari sed cum prelati vendicant se esse sacerdotes Christi, videtur quod nullo colore eciam ad vendicandum Christum debent esse carnifices populi christiani.

The Pope's right to chastise heretics rests on his claim to a share in the empire.

England is not subject to the Empire.

Similiter, papa non potest sic castigare hereticos nisi titulo quo vendicat esse rex secularis medietatis imperii; cum ergo papa non dominatur sic super regno Anglie, sicut nec imperator habens plenum imperium unquam fecit, videtur quod papa non habet potestatem hereticos in Anglia taliter castigandi. Et hec racio quare nobiliores reges Anglie non sinebant in nomine pape intrare in regnum suum vocatos inquisitores heretice pravitatis, quia idem foret illud permittere et regnum suum domino pape subicere; cum si dominatur super corpus legii regis nostri, tunc dominatur cuilibet persone regni et per consequens toti regno.

Similiter, non licet viatori fratrem suum extinguere, nisi noverit statum suum occisioni competere, ut puta, si predestinatus fuerit quasi in statu optimo quo viavit, et si prescitus fuerit quasi in statu pessimo quo viavit; cum ergo status ille sit prelatis nostris incognitus, videtur quod non debent ad corrigendum hereticos ipsum presumere.

Since a man's final state is determined at death, the prelates should slay no one unless, by revelation, they know him to be desperate.

Assumptum declaratum est alibi per hoc quod Deus non potest aliquem viatorem occidere nisi secundum talem regulam: ergo multo magis non licet Antichristo vel eius discipulo quemquam occidere tanquam hereticum nisi aliquo tali modo. Si enim quis sit predestinatus, cum continue promerendo et meliorando procedit, est ex lege Dei in mortis articulo in statu optimo quo viavit; si autem prescitus fuerit, cum tunc demerendo et deteriorando procedit, est in mortis articulo in statu pessimo quo viavit, quia tunc primo peccatum

9. In marg.: 3. 14. In marg.: 4. 26. In marg.: 5.

finalis impenitencie est firmatum. Cum ergo hoc debent cuncti fideles cognoscere et specialiter prelati, videtur quod neminem debent occidere tanquam hereticum nisi de eius conversione fuerint ex certa revelacione omnimode desperati. Quomodo ergo occiderent inquisitores tales Luciferi christianos profitentes se velle credere quomodocunque docere voluerint esse de Christi fide credendum, ut salva fidelitate Christo servanda credere poterunt sine offensa | Domini dominorum; revera tales Antichristi in pluribus excedunt Christum qui cogere non poterit ad credendum, nec negare informacionem et consolacionem volenti ipsam recipere. Sed sicut tales Antichristi abdicarunt evangelizacionem inducentes privatam confessionem, sic abdicarunt ulterius fidei instruccionem inducentes condempnacionem luciferinam. Fol. $352^{e}$

Inquisitors put men to death unjustly.

Similiter, de lege Domini (Exod. XX°) ex precepto secunde tabule nemo debet fratrem suum iniuste occidere, sed certum est quod satrape sic dampnantes proximos iniustissime occiderunt illos, ergo sunt manifesti prevaricatores decalogi, excedunt seculares iudices perturbatores reipublice condempnantes, quia illi hoc non faciunt nisi ex turbacione reipublice sensibili et populo manifesta. Isti autem occidunt evangelizantes sine precio et rempublicam in Domino confortantes. Secundo iudices regum non condempnant quosquam ad mortem, nisi ex auctoritate et lege regis terreni; isti autem iudices Antichristi a nullo si non a diabolo habent auctoritatem taliter condempnandi. Christus enim taliter dampnare non potuit, nec reges vendicant sibi pertinere in causa huiusmodi condempnare. Tercio cum simulata sanctitas sit duplex iniquitas, manifestum videtur quod tales simulantes ex sanctitate tam dupliciter persequi christianos sine fundacione legali sunt iniustissimi homicide; et si aliqui erunt homicide irregulares regnorum perturbatores, contra quos reges et regna debent insurgere, hii sunt illi. De isto inferius.

9. Fol. $352^{e}$: Que adhuc sequuntur in foliolo, incausto non signato scripta sunt. 16. In marg.: 6. 19. In marg.: 1. 25. In marg.: 2. 30. In marg.: 3.

# I. Index of Bible-Quotations.


Gen. 1, 4 . . . . . . . . . . 3
— 3, 7 . . . . . . . . . . 208
— 3, 9 . . . . . . . . . . 241
— 3, 17 . . . . . . . . . . 332
— 3, 19 . . . . . . . . . . 110
— 16, 15 . . . . . . . . . . 169
— 16, 16 . . . . . . . . . . 169
— 21, 10 . . . . . . . . . . 176
— 22, 18 . . . . . . . . . . 402
— 26, 4 . . . . . . . . . . 403
— 28, 14 . . . . . . . . . . 403
— 47, 24 . . . . . . . . . . 212
Exod. 3, 17 . . . . . . . . . . 22
— 33, 20 . . . . . . . 291, 389
Levit. 1, 9, 13 . . . . . . . . 166
— 3, 3, 5 . . . . . . . . . . 166
— 19, 19 . . . . . . . . . . 503
Num. 16, 5 . . . . . . . . . . 366
— 16, 32 . . . . . . . . . . 292
— 21, 5 . . . . . . . . . . 366
— 25, 9 . . . . . . . . . . 366
Deut. 1, 46 . . . . . . . . . . 258
— 15, 4 . . . . . . . . . 108, 319
— 32, 4 . . . . . . . . . . 36
— 32, 35 . . . . . . . . [illegible]0, 104
Josue 10, 14 . . . . . . 234, 468
I. Reg. 15, 23 . . . . . . . . 45
II. Reg. 7, 14 . . . . . . . . 170
III. Reg. 5, 5 . . . . . . . . 170
IV. Reg. 1, 10 . . . . . . . . 504
— 1, 11 . . . . . . . . . . 504
— 1, 12 . . . . . . . . . . 504
— 17, 3 . . . . . . . . . . 259
— 18, 9 . . . . . . . . . . 259
I. Paral. 17, 13 . . . . . . . 53
— 22, 10 . . . . . . . . . . 170
II. Paral. XXVI, 38 . . . 37, 38
Job. 1, 7 . . . . . . . . . . 308
— 9, 4 . . . . . . . . . . 372
— 11, 8 . . . . . . . . . . 433
— 14, 10—14 . . . . . . . . 313
— 18, 10 . . . . . . . . . . 21
— 33, 3 . . . . . . . . . . 319
— 40, 16 . . . . . . . . . . 478
— 41, 24 . . . . . . . . . . 474
Psalm. 2, 8 . . . . . . . . . . 50
— 2, 9 . . . . . . . . . . 54
— 4, 5 . . . . . . . . 229, 463
— 9, 21 . . . . . . . . . . 400
— 13, 5 . . . . . . . . . . 371
— 15, 2 . . . . . . . . . . 220
— 17, 50 . . . . . . . . . . 14
— 18, 5 . . . . . . . . . . 66
— 25, 2 . . . . . . . . . . 369
— 33, 13 . . . . . . . . . . 328
— 35, 12 . . . . . . . . . . 466
— 36, 27 . . . . . . . . . . 462
— 39, 18 . . . . . . . . . . 220
Psalm. 44, 7 . . . . . . . . . 54
— 49, 16, 17 . . . . . . . . 137
— 52, 6 . . . . . . . . . . 207
— 58, 10 . . . . . . . . . . 103
— 72, 5 . . . . . . . . 110, 131
— 72, 28 . . . . . . . . . . 353
— 81, 6 . . . . . . . . . . 81
— 90, 5, 6 . . . . . . . . . 267
— 96, 17 . . . . . . . . . . 53
— 98, 1 . . . . . . . . . . 517
— 101, 26 . . . . . . . . . . 54
— 102, 5 . . . . . . . . . . 455
— 105, 40 . . . . . . . . . . 103
— 108, 17 . . . . . . . . . . 111
— 110, 2 . . . . . . . . . . 87
— 113, 1 . . . . . . . . . . 70
— 113, 3 . . . . . . . . 93, 453
— 116, 1 . . . . . . . . . . 14
— 118, 21 . . . . . . . . . . 385
— 118, 113 . . . . . . . . . 300
— 118, 131 . . . . . . . 147, 190
— 118, 136 . . . . . . . . . 493
— 125, 6 . . . . . . . . 94, 343
— 131, 15 . . . . . . . . . . 244
— 132, 1 . . . . . . . . . . 92
— 136, 9 . . . . . . . . . . 353
— 143, 15 . . . . . . . . . . 348
— 149, 6 . . . . . . . . . . 142
Prov. 1, 24 . . . . . . . . . . 145
— 4, 25 . . . . . . . . . . 465
— 8, 18 . . . . . . . . . . 23
— 22, 11 . . . . . . . . . . 157
— 23, 20 . . . . . . . . . . 4
— 25, 16 . . . . . . . . . . 83
— 25, 21 . . . . . . . . . . 104
— 30, 8 . . . . . . . . . . 319
— 30, 15 . . . . . . . . 326, 362
Cant. 2, 6 . . . . . . . . . . 480
— 2, 12 . . . . . . . . . . 29
— 4, 16 . . . . . . . . . . 15
Sap. 1, 1 . . . . . . . . . . 54
— 19, 25 . . . . . . . . . . 8
— 13, 1 . . . . . . . . . . 503
— 14, 3 . . . . . . . . . . 444
— 14, 9 . . . . . . . . . . 54
Eccl. 1, 2 . . . . . . . . . . 314
— 3, 20 . . . . . . . . . . 115
— 8, 5 . . . . . . . . . . 9
— 44, 17 . . . . . . . . . . 193
Isaie 2, 4 . . . . . . . . . . 17
— 5, 20 . . . . . . . . . . 69
— 7, 18 . . . . . . . . . . 53
— 10, 1 . . . . . . . . . . 218
— 11, 4 . . . . . . . . . . 481
— 11, 10 . . . . . . . . . . 14
— 12, 3 . . . . . . . . . . 73
— 12, 5 . . . . . . . . . . 73
— 14, 12 . . . . . . . . . . 475
Isaie 25, 1 . . . . . . . . . . 14
— 25, 1 . . . . . . . . . . 69
—35, 10 . . . . . . . . . . 72
— 41, 18 . . . . . . . . . . 72
— 42, 5 . . . . . . . . . . 386
— 49, 8 . . . . . . . . . . 146
— 52, 13 . . . . . . . . . . 72
— 53, 8 . . . . . . . . . . 8
— 54, 1 . . . . . . . . . . 174
— 60, 1 . . . . . . . . . . 62
— 60, 6 . . . . . . . . 65, 66
— 60, 15, 16 . . . . . . . . 22
Jerem. 1, 11 . . . . . . . . . 306
— 4, 14 . . . . . . . . . . 372
— 7, 13 . . . . . . . . . . 35
— 9, 1 . . . . . . . . . . 493
— 11, 7 . . . . . . . . . . 35
— 12, 9 . . . . . . . . . . 503
— 17, 5 . . . . . . . . . . 263
— 23, 1 . . . . . . . . . . 511
— 23, 5 . . . . . . . . . . 511
— 23, 6 . . . . . . . . . . 515
— 23, 6, 7 . . . . . . . . . 516
— 35, 14 . . . . . . . . . . 35
Ezechiel 39, 18 . . . . . . . . 101
Daniel 7, 7 . . . . . . . . . . 50
Osee 4, 16 . . . . . . 44, 45, 46
— 10, 12 . . . . . . . . . . 115
Michee 7, 1 . . . . . . . . . 435
Abacuc 3, 18 . . . . . . . . . 153
Malach. 1, 6 . . . . . . . . . 153
Matthei 2, 2 . . . . . . . . . 64
— 3, 7 . . . . . . . . . . 163
— 3, 15 . . . . . . . . 116, 162
— 4, 4 . . . . . . . . . . 75
— 4, 10 . . . . . . . . . . 476
— 5, 3 . . . . . . . . 233, 263
— 5, 7 . . . . . . . . . . 115
— 5, 17 . . . . . . . . . . 108
— 5, 25 . . . . . . . . . . 236
— 6, 2 . . . . . . . . . . 89
— 6, 3 . . . . . . . . . . 363
— 6, 10 . . . . . . . . 324, 413
— 6, 12 . . . . . . . . . . 389
— 7, 3–5 . . . . . . . . . 37, 38
— 7, 6 . . . . . . . . . . 341
— 7, 12 . . . . . . . . . . 498
— 7, 21 . . . . . . . . . . 11
— 7, 29 . . . . . . . . . . 405
— 8, 20 . . . . . . . . 163, 513
— 10, 8 . . . . . . . . . . 373
— 10, 9 . . . . . . . . . . 481
— 10, 16 . . . . . 248, 459, 460
— 10, 20 . . . . . . . . . . 481
— 10, 28 . . . . . . . . 263, 331
— 10, 34 . . . . . . . . . . 372
— 11, 14 . . . . . . . . . . 195
— 11, 29 . . . . . . . . 115, 440

Matthei 11, 30 . . . . . . . 373
— 12, 8 . . . . . . . . . . 405
— 12, 18 . . . . . . . . . 23
— 12, 30 . . . . . . . . . 376
— 12, 43 . . . . . . . . . 71
— 12, 43—45 . . . . . . . 114
— 15, 24 . . . . . . . . . 12
— 16, 23 . . . . . . 160, 476
— 17, 19 . . . . . . . . . 480
— 20, 16 . . . . . . . . . 179
— 20, 26 . . . . . . . . . 200
— 21, 3 . . . . . . . . 129, 152
— 22, 40 . . . . . . . . . 107
— 23, 13 . . . . . . . . . 397
— 23, 24 . . . . . . . . . 37
— 24, 12 . . . . 155, 273, 418
— 25, 3 . . . . . . . . . . 479
— 25, 6 . . . . . . . . . . 30
— 26, 18 . . . . . . . . . 129
— 27, 40 . . . . . . . . . 189
— 28, 18 . . . . . . . . . 50
— 28, 19 . . . . . . 230, 238
— 28, 19, 20 . . . . . . . 316
Marci 8, 15 . . . . . . . . 38
— 12, 30 . . . . . . . . . 233
— 14, 15 . . . . . . . . . 74
— 16, 15 . . . . . . . . . 273
— 16, 17 . . . . . . . 260, 285
Luce. 1, 33 . . . . . . . . 514
— 1, 51, 52 . . . . . . . . 306
— 3, 14 . . . . . . . . . . 102
— 6, 25 . . . . . . . . . . 22
— 6, 35 . . . . . . . . . . 328
— 6, 36, 37 . . . . . 506, 507
— 6, 38 . . . . . . . . . . 365
— 9, 55 . . . . . . . . . . 504
— 10, 16 . . . . . . . . . 187
— 10, 22 . . . . . . . . . 48
— 10, 41 . . . . . . . . . 109
— 11, 5 . . . . . . . . 158, 272
— 11, 7 . . . . . . . . . . 267
— 11, 15 . . . . . . . . . 116
— 11, 17 . . . . . . . . . 91
— 11, 24 . . . . . . . . . 72
— 11, 40 . . . . . . . . . 302
— 11, 52 . . . . . . . . . 397
— 12, 35 . . . . . . . 232, 478
— 14, 11 . . . . . . . . . 308
— 14, 23 . . . . . . . . . 490
— 14, 33 . . . . . . . . . 23
— 16, 9 . . . . . . . . . . 23
— 17, 12 . . . . . . . . . 68
— 19, 5 . . . . . . . . 109, 338
— 21, 2 . . . . . . . . . . 499
— 21, 19 . . . . . . . . 10, 116
— 21, 34 . . . . . . . . . 5
— 21, 15 . . . . . . . . . 481
— 22, 19, 20 . . . . . 284, 285
— 22, 23 . . . . . . . . . 23
— 22, 25 . . . . . . . . . 200
— 24, 45 . . . . . . . . . 396
Joh. 1, 3 . 6, 48, 50, 189, 283, 336 . . . . . . . . 407
— 1, 12 . . . . . . . . . . 515
— 1, 12, 13 . . . . . . . . 407
— 1, 13 . . . . . . . . . . 456
— 1, 14 . . . . . . 48, 63, 411
— 1, 16 . . . . . . . . . . 33
— 1, 21 . . . . . . . . . . 195
— 1, 29 . . . . . . . . . . 396
— 2, 19 . . . . . . . . 188, 189
— 3, 3 . . . . . . . . . . 41
— 3, 8 . . . . . . . . . . 258
Joh. 3, 11 . . . . . . . . . . 360
— 3, 14 . . . . . . . . . . 459
— 3, 29 . . . . . . . . . . 29
— 4, 7 . . . . . . . . . . 108
— 4, 8 . . . . . . . . . . 109
— 4, 9 . . . . . . . . . . 298
— 4, 24 . . . . . . . . 203, 352
— 4, 42 . . . . . . . . . . 338
— 6, 5 . . . . . . . . . . 109
— 6, 12 . . . . . . . . . . 120
— 6, 44 . . . . . . . . . . 157
— 8, 34 . . . . . . . . . 6, 338
— 8, 46 . . . . . . . . 119, 127
— 8, 49 . . . . . . . . . . 161
— 9, 28 . . . . . . . . . . 163
— 10, 1 . . . . . . . . . . 500
— 10, 11 . . . . . . . . . 515
— 10, 14 . . . . . . . . . 207
— 10, 20 . . . . . . . . . 116
— 10, 24 . . . . . . . . . 165
— 10, 30 . . . . . . . . . 48
— 10, 37, 38 . . . . . . . 155
— 10, 38 . . . . . . . . . 429
— 11, 47, 48 . . . . . . . 158
— 12, 19 . . . . . . . . . 158
— 12, 26 . . . . . . . . . 396
— 12, 35 . . . . . . . . . 206
— 13, 6 . . . . . . . . . . 110
— 13, 15 . . . . . . . . . 206
— 14, 6 . . . . . . . . 206, 218
— 14, 27 . . . . . . . . . 329
— 15, 11 . . . . . . . . . 461
— 15, 13 . . . . . . . . . 288
— 15, 17 . . . . . . . . . 324
— 15, 19 . . . . . . . . . 299
— 16, 7 . . . . . . . . . . 203
— 16, 24 . . . . . . . . 31, 323
— 17, 3 . . . . . . . . 290, 344
— 19, 19 . . . . . . . . . 49
— 19, 20 . . . . . . . . . 49
— 19, 22 . . . . . . . . . 188
— 9, 33—35 . . . . . . . . 202
— 20, 29 . . . . . . . . . 293
Act. 2, 1 . . . . . . . . . 252
— 2, 2 . . . . . . . . . 37, 257
— 2, 4 . . . . . . . . . . 258
— 2, 6 . . . . . . . . . . 258
— 2, 9 . . . . . . . . . . 259
— 2, 11 . . . . . . . . . . 259
— 2, 13 . . . . . . . . . . 259
— 4, 19 . . . . . . . . . 74, 211
— 4, 32 . 165, 319, 323, 416, 446
— 4, 34 . . . . . . . . . . 319
— 4, 35 . . . . . . . . . . 319
— 5, 27 . . . . . . . . . . 73
— 10, 2 . . . . . . . . . . 345
— 12, 33 . . . . . . . . . 113
— 12, 34 . . . . . . . . . 113
— 15, 39, 40 . . . . . . . 86
— 16, 22 . . . . . . . . . 133
— 27, 41 . . . . . . . . . 133
Rom. 6, 3 . . . . . . . . . 42
— 6, 4, 5 . . . . . . . . . 332
— 6, 6, 78 . . . . . . . . 333
— 6, 9, 10 . . . . . . . . 334
— 6, 19 . . . . . . . . 341, 342
— 6, 20, 21 . . . . . . . . 342
— 6, 22 . . . . . . . . . . 343
— 6, 23 . . . . . . . . . . 344
— 8, 12 . . . . . . . . . . 352
— 8, 13 . . . . . . . . . . 353
— 8, 14 . . . . . . . . 249, 354
— 8, 15 . . . . . . . . . . 354
Rom. 8, 17 . . . . . . . 407, 515
— 8, 18 . . . . . . . . . . 315
— 8, 20, 21 . . . . . . . . 317
— 8, 22 . . . . . . . . . . 318
— 8, 24 . . . . . . . . . . 41
— 8, 26 . . . . . . . . . . 419
— 8, 28 . . . . . . . . . 9, 96
— 8, 32 . . . . . . . . . . 287
— 8, 33 . . . . . . . . . . 94
— 9, 18 . . . . . . . . . . 13
— 10, 10 . . . . . . . . . 11
— 11, 36 . . . . . . . . 41, 393
— 12, 1 . . . . . . . . . . 78
— 12, 2 . . . . . . . . . 80, 81
— 12, 3 . . . . . . . . . 82, 83
— 12, 6 . . . . . . . . . . 88
— 12, 4, 5 . . . . . . . . 83
— 12, 9 . . . . . . . . . . 91
— 12, 10 . . . . . . . . 92, 217
— 12, 11 . . . . . . . . . 93
— 12, 12 . . . . . . . . 93, 94
— 12, 13 . . . . . . . . . 95
— 12, 14 . . . . . . . . . 96
— 12, 16 . . . . . . . . . 97
— 12, 17 . . . . . . . . 98, 99
— 12, 18 . . . . . . . . . 100
— 12, 19 . . . . . . . 100, 103
— 12, 20 . . . . . . . . . 104
— 13, 4 . . . . . . . . . . 10
— 13, 8 . . . . . . . . . . 105
— 13, 9 . . . . . . . . . . 107
— 13, 10 . . . . . . . . . 92
— 13, 11 . . . . . . . . . 42
— 13, 12 . . . . . . . . . 3
— 13, 13 . . . . . . . . . 4, 5
— 13, 14 . . . . . . . . . 456
— 15, 4 . . . . . . . . . . 9
— 15, 5, 6 . . . . . . . . 10
— 15, 7 . . . . . . . . . . 11
— 15, 8 . . . . . . . . 12, 468
— 15, 9 . . . . . . . . . 12, 14
— 15, 10, 11, 12 . . . . . 14
— 15, 13 . . . . . . . . 15, 154
I. Cor. 1, 4 . . . . . . 447, 448
— 1, 5 . . . . . . . . . . 448
— 1, 6 . . . . . . . . . . 449
— 1, 7, 8 . . . . . . . . . 450
— 2, 10 . . . . . . . . . . 355
— 4, 1 . . . . . . . . . . 16
— 4, 2 . . . . . . . . . . 18
— 4, 3 . . . . . . . . . . 18
— 4, 5 . . . . . . . . . . 19
— 4, 16 . . . . . . . . 153, 154
— 5, 7 . . . . . . . . . 191, 195
— 5, 8 . . . . . . . . . . 196
— 6, 1 . . . . . . . . . . 349
— 6, 17 . . . . . . . . 197, 442
— 8, 1 . . . . . . . . . . 503
— 9, 24 . . . . . . . . . . 122
— 9, 25 . . . . . . . . . . 123
— 9, 26 . . . . . . . . . . 124
— 9, 27 . . . . . . . . 124, 156
— 10, 1 . . . . . . . . 125, 492
— 10, 2, 3, 4 . . . . . . . 125
— 10, 6, 7 . . . . . . . . 365
— 10, 8 . . . . . . . . . . 366
— 10, 11 . . . . . . . 1, 361, 407
— 10, 12 . . . . 367, 368, 452
— 10, 13 . . . . . . . . . 368
— 10, 16, 17 . . . . . . . 194
— 11, 21 . . . . . . . . . 206
— 11, 23 . . . . . . . . 194, 277
— 11, 26 . . . . . . . . 194, 285

I. Cor. 11, 27 . . . . . 194, 285
— 11, 28 . . . . . . . . 194, 285
— 12, 2 . . . . . . . . . . 375
— 12, 3 . . . . . . . . . . 376
— 12, 4 . . . . . . . . . . 377
— 12, 5, 6 . . . . . . . . . 377
— 12, 7 . . . . . . . . 377, 378
— 12, 8 . . . . . . 83, 377, 378
— 12, 9 . . . . . . . . . . 378
— 12, 10 . . . . . . . 378, 379
— 12, 11 . . . . . . . . . . 379
— 12, 13 . . . . . . . . . . 141
— 13, 1 . . . . . . . . . . 137
— 13, 2, 3 . . . . . . . . . 138
— 13, 8 . . . . . . 32, 92, 142
— 13, 11 . . . . . . . . . . 143
— 13, 12 . . . . . . . 144, 245
— 13, 13 . . . . . . . . . . 144
— 13, 14 . . . . . . . . . . 144
— 15, 1 . . . . . . . . 384, 385
— 15, 2, 3, 4, 5 . . . . . . 386
— 15, 7, 8, 9 . . . . . . . 387
— 15, 10 . . . . . . . . . . 388
— 16, 9 . . . . . . . . . . 267
II. Cor. 1, 18 . . 108, 440, 498
— 2, 6 . . . . . . . . . . . 397
— 2, 15 . . . . . . . . . . 166
— 3, 4 . . . . . . . . . . . 393
— 3, 5 . . . . . . . . 121, 393
— 3, 6 . . . . . . . . 396, 397
— 3, 7 . . . . . . . . . . . 398
— 3, 8 . . . . . . . . . . . 398
— 5, 21 . . . . . . . . . . . 5
— 6, 1 . . . . . . . . . 34, 145
— 6, 2 . . . . . . . . . . . 146
— 6, 3 . . . . . . . . . . . 147
— 6, 4 . . . . . . . . 147, 148
— 6, 5 . . . . . . . . . . . 148
— 6, 6 . . . . . . . . 148, 149
— 6, 7 . . . . . . . . . . . 149
— 6, 8, 9, 10 . . . . . . . 150
— 6, 10 . . . . . . . . . . 166
— 8, 7 . . . . . . . . . . . 154
— 8, 9 . . . 111, 151, 199, 220
— 9, 6 . . . . . . . . . . . 428
— 11, 20 . . . . . . . 130, 141
— 11, 21, 22 . . . . . . . . 132
— 11, 23 . . . . . . . 132, 133
— 11, 24 . . . . . . . . . . 133
— 11, 25 . . . . . . . . . . 133
— 11, 29 . . . . . . . . 95, 440
— 12, 14 . . . . . . . . . . 413
— 13, 3 . . . . . . . . . . 155
Gal. 1, 8 . . . . . . . . . . 254
— 2, 2 . . . . . . . . . . . 389
— 3, 16 . . . . . . . . 402, 430
— 3, 17 . . . . . . . . . . 403
— 3, 18 . . . . . . . . 403, 404
— 3, 19 . . . . . . . . . . 404
— 3, 20 . . . . . . . . . . 405
— 3, 21 . . . . . . . . 405, 406
— 3, 22 . . . . . . . . . . 406
— 4, 1 . . . . . . . . . . . 55
— 4, 2 . . . . . . . . . . . 56
— 4, 4 . . . . . . . . . . . 57
— 4, 5 . . . . . . . . . . . 58
— 4, 6 . . . . . . . . . 58, 59
— 4, 22, 23 . . . . . . . . 169
— 4, 23 . . . . . . . . . . 169
— 4, 24 . . . . . . . . 169, 170
— 4, 25 . . . . . . . . . . 173
— 4, 26 . . . . . . . . . . 174
— 4, 27 . . . . . . . . . . 174
Gal. 4, 28 . . . . . . . . . 175
— 4, 30, 31, . . . . . . . . 176
— 5, 16 . . . . . . . . . . 411
— 5, 17 . . . . . . . . . . 329
— 5, 19 . . . . . . . . . . 415
— 5, 20 . . . . . . . . . . 415
— 5, 21 . . . . . . . . . 5, 416
— 5, 22 . . . . . . . . . . 418
— 5, 23 . . . . . . . . . . 419
— 5, 24 . . . . . . . . . . 420
— 5, 25 . . . . . . . . . . 420
— 5, 26 . . . . . . . . . . 421
— 6, 1 . . . . . . . . 422, 423
— 6, 2 . . . . . . . . . . . 440
— 6, 4 . . . . . . . . 424, 425
— 6, 5 . . . . . . . . 424, 425
— 6, 7 . . . . . . . . . . . 425
— 6, 14 . . . . . . . . . . 106
Eph. 3, 13 . . . . . . 429, 430
— 3, 14, 15 . . . . . . . . 430
— 3, 17 . . . . . . . . . . 432
— 3, 18 . . . . . . . . . . 432
— 3, 19, 20, 21 . . . . . . 433
— 4, 1 . . . . . . . . . . . 438
— 4, 2, 3 . . . . . . . . . 440
— 4, 4 . . . . . . . . . . . 443
— 4, 5, 6 . . . . . . . . . 444
— 4, 23 . . . . . . . . . . 455
— 4, 24 . . . . . . . . 456, 460
— 4, 25 . . . . . . . . . . 461
— 4, 27 . . . . . . . . . . 464
— 4, 28 . . . . . . . . . . 464
— 4, 32 . . . . . . . . . . 115
— 5, 1 . . . . . . . . . . . 162
— 5, 2–5 . . . . . . . 166, 167
— 5, 6, 7, 8 . . . . . . . . 168
— 5, 15 . . . . . . . . 154, 465
— 5, 16–20 . . . . . . . . . 466
— 5, 18 . . . . . . . . . . . 5
— 5, 21 . . . . . . . . . . 467
— 6, 10, 11 . . . . . . . . 473
— 6, 12 . . . . . . . . . . 474
— 6, 14 . . . . . . . 477–479
— 6, 15, 16 . . . . . . . . 479
— 6, 16 . . . . . . . . . . 198
— 6, 17 . . . . . . . . . . 481
Ad Phil. 1, 6, 7 . . . . . . 483
— 1, 8 . . . . . . . . . . . 484
— 1, 11 . . . . . . . . . . 487
— 1, 23 . . . . . . . . . . 367
— 2, 5 . . . . . . . . . . . 184
— 2, 6 . . . . . . . . 185, 186
— 2, 7 . . . . . . . . 185, 187
— 2, 8 . . . . . . . . . 52, 187
— 2, 9 . . . . . . . . . 72, 187
— 2, 10 . . . . . . . . . . 188
— 2, 21 . . . . . . . . . . . 91
— 3, 17 . . . . . . . . . . 491
— 3, 18 . . . . . . . . . . 492
— 3, 19 . . . . . . . . 478, 492
— 3, 20, 21 . . . . . . . . 494
— 4, 1 . . . . . . . . . . . 495
— 4, 2, 3 . . . . . . . . . 496
— 4, 4 . . . . . . . 24, 28, 121
— 4, 5 . . . . . . . . . . . 116
— 4, 6 . . . . . . . . . . . 31
Col. 1, 9 . . . . . . . . . . 502
— 1, 10 . . . . . . . . . . 503
— 1, 11 . . . . . . . . . . 503
— 2, 9 . . . . . . . . . . . 50
— 3, 12 . . . . . . . . 114, 115
— 3, 13 . . . . . . . . . . 117
— 3, 15 . . . . . . . . . . 119
Col. 3, 16 . . . . . . . 119, 120
— 3, 17 . . . . . . . . 121, 153
I. Thess. 2, 4 . 58, 361, 484, 502
— 4, 1 . . . . . . . . . . . 152
— 4, 2, 3 . . . . . . . . . 155
— 4, 4, 5 . . . . . . . . . 155
— 4, 6 . . . . . . . . 156, 157
— 4, 7 . . . . . . . . . . . 157
— 5, 17 . . . . . . . . 94, 249
II. Thess. 2, 4 . . . . . . . 417
I. Tim. 4, 2 . . . . . . . . 362
— 6, 8 . . . 23, 201, 307, 425
— 6, 10 . . . . . . . . . . 453
II. Tim. 2, 4 . . . . . . . . 297
— 3, 8 . . . . . . . . . . . 366
Tit. 2, 11 . . . . . . . . 31, 32
— 2, 12 . . . . . . . . . . . 34
— 2, 13 . . . . . . . . . . . 35
— 2, 14 . . . . . . . . . 35, 36
— 3, 5 . . . . . . . . . 40, 41
— 3, 6 . . . . . . . . . . . 42
— 3, 7 . . . . . . . . . . . 42
Hebr. 1, 1 . . . . . . . . . . 48
— 1, 2 . . . . . . . . . . . 48
— 1, 3 . . . . . 52, 53, 63, 171
— 1, 4 . . . . . . . . . 52, 63
— 1, 5 . . . . . . . . . . . 52
— 1, 6 . . . . . . . . . . . 53
— 1, 8, 9 . . . . . . . . . . 54
— 4, 12 . . . . . . . . . . 481
— 9, 11 . . . . . . . . 176, 273
— 9, 12 . . . . . . . . 177, 334
— 9, 13 . . . . . . . . . . 177
— 9, 15 . . . . . . . . . . 179
— 9, 16 . . . . . . . . . . 179
— 9, 17 . . . . . . . . . . 179
— 9, 25 . . . . . . . . . . 334
— 11, 6 . . . . . . . . . . 268
— 13, 14 . . . . . . . . . . 31
Jacob. 1, 2 . . . . . . . . . 95
— 1, 17 . . . . . . . . 224, 361
— 1, 18 . . . . . . . . . . 228
— 1, 19 . . . . . . . . . . 229
— 1, 21 . . . . . . . . 229, 230
— 1, 22 . . . . . . . . . . 239
— 1, 23 . . . . . . . . . . 240
— 1, 24 . . . . . . . . . . 240
— 1, 25 . . . . . . . . . . 242
— 1, 26 . . . . . . . . 243, 304
— 1, 27 . . . . . . . . . . 243
— 2, 10 . . . . . 107, 244, 341
— 2, 13 . . . . . . . . . . 506
— 2, 17 . . . . . . . . . . 293
2, 19 . . . . . . . . . . 15, 486
— 2, 20 . . . . . . 11, 243, 386
— 2, 26 . . . . . . . . . 11, 386
— 3, 15 . . . . . . . . . . 120
— 5, 7 . . . . . . . . 149, 343
I. Petri 1, 13 . . . . . . . . 478
— 11, 12, 13, 14, 15, 17 . 213–217
— 12, 21 . . . . . . . 206, 327
— 2, 22 . . . . . . . . . . 207
— 2, 23 . . . 148, 161, 207, 209
— 2, 24 . . . . . . . . 207, 208
— 2, 25 . . . . . . . . . . 208
— 3, 8 . . . . . 323, 226, 227
— 3, 10 . . . . . . . . . . 328
— 3, 11 . . . . . . . . . . 328
— 3, 12 . . . . . . . . . . 329
— 3, 14 . . . . . . . . . . 330
— 4, 7 . . . . . . . . . . . 248
— 4, 8 . . . . . . . . 118, 249
— 4, 10 . . . . . . . . . . 250

I. Petri 4, 11 . . 230, 251, 357
— 5, 6 . . . . . . . . . . 306
— 5, 7 . . . . . . . . . . 306
— 5, 8 . . . . . . . . . . 307
— 5, 9 . . . . . . . 308, 309
— 5, 10 . . . . . . . . . . 309
I. Joh. 1, 8 . . . . . . . . . 389
— 2, 7 . . . . . . . . . . 153
— 2, 15 . . . . . . . . . . 299
— 2, 16 . . . . . . . . . . 475
— 3, 2 . . . . . 198, 294, 316
— 3, 13 . . . . . . . . 297, 299
— 3, 14 . . . . . . . . 360, 409
— 3, 15 . . . . . 301, 400, 409
— 3, 16 . . . . . . . . . . 301
— 3, 17 . . . . . . . . . . 302
— 4, 8 . . . . . . . . . 286, 287
— 4, 10 . . . . . . . . . . 288
— 4, 11 . . . . . . . . . . 289
I. Joh. 4, 12 . . . . . . . . . 291
— 4, 14 . . . . . . . . . . 292
— 4, 15 . . . . . . . . . . 293
— 4, 16 . . . . . . . . . . 293
— 4, 17 . . . . . . . . . . 294
— 4, 18 . . . . . 294, 302, 303
— 4, 19 . . . . . . . . . . 295
— 4, 20 . . . . . . . . . . 107
— 5, 4 . . . . . . . . . 197, 198
— 5, 5 . . . . . . . . . 199, 230
— 5, 6 . . . . . 201, 202, 203
— 5, 7 . . . . . . . . . . 203
— 5, 8 . . . . . . . . . . 203
— 5, 9 . . . . . . . . . . 205
— 5, 10 . . . . . . . . . . 200
— 5, 18 . . . . . . . . . . 480
III. Joh. 4 . . . . . . . . . 447
Jude. 9 . . . . . . . . . . . 160
Apoc. 2, 4 . . . . . . . . . 142
— 3, 19 . . . . . . . . . . 150
— 4, 1 . . . . . . . . . . 267
— 4, 2 . . . . . . . . . . 268
— 4, 3 . . . . . . . . . . 268
— 4, 4 . . . . . . . . . . 269
— 4, 5 . . . . . . . . . . 270
— 4, 6 . . . . . . . . . 270, 271
— 4, 7 . . . . . . . . . . 271
— 4, 8 . . . . . . . . . 271, 272
— 4, 9 . . . . . . . . . . 272
— 5, 7 . . . . . . . . . 343, 344
— 12, 15 . . . . . . . . . 21, 22
— 14, 13 . . . . . . . . . 250, 358
— 14, 14 . . . . . . . . . . 250
— 19, 10 . . . . . . . . . . 32
— 21, 1 . . . . . . . . . . 54, 55
— 22, 2 . . . . . . . . . . 419

# II. Index of Names.


## A.

Abiron 292.
Abraham 13, 101, 132, 169, 171, 175, 402, 403, 404, 421.
Absalon 415.
Achaici 447.
Adam 3, 178, 186, 207, 241, 339.
Agar 169, 171, 172.
Agareni 171, 174.
Alexander II papa 60.
Alexandrina eecl. 271.
Alpharabius 255.
Ambrosius 186, 314, 470.
Amalachite 46.
Amon 415.
Ananias 159.
Anglia 77, 81, 84, 98, 209, 222, 264, 275, 313, 370, 371, 374, 391, 413, 436, 437, 509, 518, 519.
Anglicana ecclesia 435, 510.
Anselmus 55, 196, 461, 462, 259.
Antichristus 37, 69, 75, 76, 77, 78, 113, 114, 142, 154, 158, 160, 162, 163, 164, 208, 209, 210, 211, 215, 231, 232, 236, 251, 261, 266, 267, 276, 277, 286, 301, 314, 321, 322, 325, 326, 359, 361, 362, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 398, 401, 404, 405, 406, 417, 420, 429, 451, 452, 453, 472, 477, 484, 485, 491, 499, 500, 504, 505, 511, 519, 520.
Antiochena ecclesie 271.
Antiochus 259.
Arabia 573, 574.
Archidiaconus, vide Guidonem de Baysis.
Ardmachanus 311.
Areta rex Damascenorum 135.
Aristoteles 91, 208, 219, 226, 227, 276, 344, 357, 385, 386, 437, 458, 459, 462.
Athanasius 51.
Athenae 178.
Auctor de Causis vide Alpharabius.
Augustinenses 126.
Augustinus 23, 24, 50, 58, 103, 135, 152, 162, 171, 186, 187, 191, 192, 195, 204, 211, 218, 221, 224, 226, 228, 252, 253, 254, 283, 302, 314, 337, 352, 370, 390, 436, 437, 454, 462, 464, 465, 470, 472, 507, 508.
Averroys 226, 394.
Avicenna 394.
Aviniona 146.
Azarias 39.

## B.

Balaam 138.
Baptista 29, 30, 162, 163, 195, 201, 219, 238, 274, 413, 440, 513.
Barnabas 86, 217.
Basilius 302.
Beda 221.
Begardi 412, 417.
Beguine 417.
Belial 17, 85, 444, 477.
Benedictus 274, 314.
Beniamin 132.
Berengarius 194, 446.
Bernhardus 253.
Bethania 109.
Bethlehem 64.
Boethius 53.
Bonifacius 195.
Boreas 259.

## C.

Cadesbarne 258.
Carmelita vide Stokes.
Carmelite 126.
Carmelus mons 126.
Cartusi 311.
Cayphas 138.
Cesar 49.
Chaldea 64.
Chaucer 30.
Cephas vide Petrus.
Cinthices (Syntyche) 496.
Clemens papa 110, 208, 476.
Clemens antip. 161, 275, 276.
Constantinopolitana eccl. 271.
Constantinus imp. 448.
Colossenses 502.
Corinthii 129, 130, 149, 385, 386, 447, 448, 449. 450.
Cornelius 345.
Cutbertus 221.
Cyprianus 154.

## D.

Damasceni 135.
Daniel 406.
Datan 292.
David 13, 18, 101, 294, 513.
Dominicus 314.
Duns Scotus 436.

## E.

Edwardus, rex et confessor 221, 222.
Edwardus III. rex 412.
Egyptus 30, 516, 517.
Epha 65.
Ephesi 50, 430, 438.
Ezechiel 419.

## F.

Francia 98.
Francigene 391.
Franciscus 314.

## G.

Galate 57, 412, 420.
Galilei 259.
Galileus 259.
Germanus 496.
Giezi 39.
Greca lingua 59, 188, 355, 447.
Greci 259, 275, 277, 355, 385, 447.
Gregorius s. 17, 26, 47, 48, 60, 196, 221, 240, 432, 433, 461, 465, 478.
Gregorius VII 60.
Gregorius IX 216.
Gregorius XI 59, 413.
Guido de Baysis 60.
Gundoforus rex 498.

## H.

Haymo ep. Halberstadensis 4.
Hebraica lingua 59, 188.
Hebrei 20, 48, 49, 53, 57, 63, 132, 143, 195, 355, 448, 489, 516.
Hedibias 278, 441.
Heli 46.
Helias 39, 124, 126, 195, 219, 504, 513.
Hercules 81, 122.
Herodes 247, 413.
Hierosolimitana eccl. 271.
Hieronymus 217.

I.

Jacobus 1, 149, 224, 229, 231, 240, 241, 242, 243, 245, 252, 304, 361, 387, 403, 503, 504, 518.
Jacob patr. 515, 517.
Jeremias 306, 503, 511, 512, 515, 517.
Jeronymus 47, 278, 311, 314, 441, 454, 470, 502, 507.
Jerosolyma 391.
Jerosolimite 260.
Jerusalem 62, 63, 72, 170, 174, 176, 259, 260, 274.
Jesse 14.
Indi 275.
India 498.
Innocentius III. 126, 216, 278, 438, 507.
Ismael 169, 175.
Johannes Ev. 1, 6, 177, 198, 217, 222, 267, 271, 286, 287, 289, 291—305, 347, 389, 447, 504, 518.
Johannes de Deo 278.
Johannes presbyter 77.
Jordanis 23, 67, 453.
Joseph 212.
Josue 378.
Isaac 169, 175, 405.
Isaias 114, 218, 252, 512.
Israel 5 5, 517.
Israelite 532.
Judas 1, 21, 138, 160, 207, 308.
Juda tribus 259.
Juda 515.
Judaica gens 175.
Judea 63, 77, 170, 259, 345.
Judei 14, 64, 159, 173, 175, 176, 193, 207, 259—61, 273, 345, 375, 389, 391, 398—400.

L.

Latina lingua 59, 188, 355, 447.
Lazarus 68.
Leo 61.
Lincolniensis 128, 145, 190, 496.
Loth 5.
Lucas 271.
Lucifer 520.

M.

Machometi secta 416.
Madian 65, 66.
Magdalena 111.
Martinus 221, 367.
Manichei 8, 225.
Manicheus 225, 227.
Marcus 271.
Maria. 14, 86.
Maria virgo 513.
Martha 109, 307.
Mattheus 266, 271, 378.
Mercurius 379.
Mesopotamia 259.
Messias 62—64, 275, 406, 516.
Michael 160.
Minerva 379.
Minores 126, 162, 163, 311.
Mosaica lex 260, 403—407.
Moyses 50, 103, 113, 124, 125, 163, 177, 365, 366, 399, 400, 404, 459.

N.

Nabuchodonosor 517.
Nicodemus 158, 326.
Nicolaus papa II. 60, 61, 446, 507.

O.

Obeth 15.
Occam Wilhelmus 436.
Origenes 168.
Osias 37, 38, 39.
Oxonia 189.

P.

Parisiensis 20.
Paulus 1—4, 5, 9—16, 18, 19, 24, 29—32, 34—36, 40, 48—57, 61, 78, 81—101, 105—108, 110, 111, 113-125, 129—139, 141—145, 147, 148, 150—153, 155, 159, 162, 166—179, 184, 185—187, 191—197, 201, 210, 212, 217, 242, 245, 249, 273, 275, 279, 280, 298, 315—318, 332, 341—343, 352—354, 361, 365—368, 373, 377, 378, 384—389, 391, 392, 394—396, 399, 400, 402—407, 411, 412, 414, 416, 418, 426—432, 433, 438—441, 443, 444, 447—450, 455, 456, 460—464, 466—468, 471—480, 481-487, 489, 491—497, 502, 503, 508, 512, 515.
Pelagiana 225, 394.
Pelagius 225.
Petrus 1, 61, 85, 138, 156—161, 209, 210, 212-218, 222, 224, 231, 249—251, 260, 261, 280, 307, 309, 322—324, 328, 330, 331, 357—378, 386, 387, 389, 390, 414, 472, 476.
Petrus Comestor 253.
Pharao 245.
Philippus 50, 109.
Pilatus 188, 207, 247.
Plato 172.
Predicatores 126.
Proselyti 260.
Porphirius 437, 462.
Possidonius 252.
Pythagoras 30.

R.

Radymoyses 516.
Robertini 161, 222, 224, 277, 509.
Robertinus 447.
Robertus Gibbonensis vide Clemens VI.
Roma 84, 89, 134, 274, 391.
Romana curia 238, 274, 298, 299, 488.
Romana ecclesia 34, 435, 507—510.
Romani 15, 78, 79, 158, 259, 447, 454.
Rex Romanus 210.
Romanus episcop. 210, 216, 511.
Romanus pontifex 274, 275, 314, 371, 507, 508.
Ruth, Moabitis 15.

S.

Saba 60.
Salmanazar 259.
Salomon 170, 177, 294.
Samaritanus 68, 298, 338, 339.
Samuel 113.
Saphira 159.
Sara 169.
Saraceni 171, 313, 376, 398.
Saul 46.
Scarioth 61, 111, 159, 165, 231, 248, 321, 468.
Scariotite 112.
Scotus 236.
Seneca 375.
Silvester papa 448.
Sinai 173, 174, 403.
Sion 72, 439.
Stephanus 76.
Stokes 246—248.
Susanna 219.
Syria 259.
Syrica lingua 59.

T.

Thebae 178.
Thomas s. 275, 293, 387, 498.
Thomas de Aquino 255, 436, 442.
Titus 36, 48.

U.

Urbanita 224, 277, 447, 509.
Urbanus VI 161, 222, 275, 276.
Urso 172.

V.

Vincencius 171.
Vitelo 244.

W.

Wyclif 28, 39, 98, 368.
Wyclif De Ecclesia 33, 59, 192, 433.
— libellus quem porrexit parliamento 189.
— De Mand. 294.
— Protestacio 37.
— De Religione priv. 230, 345.
— De Quatuor Sectis novellis 239.
— De Fundacione Sectarum 262.
— Trialogus 6, 17, 27, 30, 42, 26, 77, 103, 126, 128, 171, 181, 186, 211, 217, 221, 228, 248, 252, 254, 255, 264—266, 278, 280, 335, 336, 355, 383, 394, 442, 446, 454, 460.
— De Trinitate 279.
— Engl. Sermons 1 et seqq.
— Sermones Lat. 26 et seqq.

Z.

Zacheus 109, 338.
Zebedeus 518.

# III. General Index

## (Printed in the orthography of the text).


### A.

Abba, quid dicit 59, 355.
Blasphemie de absolucionibus 299.
Non credendum est fabulis de absolucionibus a pena et a culpa, sed domino Jesu Christo 300.
Abstinere debemus a fornicacione 156.
Accidens esse sine subiecto tum philosophi quam theologi renuerunt 507.
Quadrupliciter potest nomen alteri esse accidens 187.
Adiutorium divinum presto pulsantibus 249.
Admonicionis forme quinque 121.
Adoracio 70.
Advene qualiter sumus 213, 214.
Agonizare debemus contra hostes spirituales 122.
Non simus alta sapientes 96.
Sacramentum altaris est in natura sua panis et sacramentaliter vel mistice corpus Christi 194.
Scelestius est falsificare amiciciam quam monetam 91.
Anima hominis regulare debet cuncta opera sue carnis 353.
Vigilie anime est eius preservacio a peccato 1.
Sompnus anime est eius peccatum 1.
Dubium si Antichristus (papa) cum suis complicibus a Christo suspendatur 59, 60, 61, 62.
Antichristus dicit quod lex Dei et articuli fidei sunt falsissimi 398.
— cum suis discipulis fabricat cotidie novas scripturas, quas dicit equivalere scripture sacre 266.
Apostoli utrum in viando peccaverunt 388|9.
— noluerunt habere copiam temporalium 30, 31.
— subiectis non miserunt mandatum (ut faciunt pape), sed amorem et observanciam mandatorum 153.
Apostolos quomodo imitari debemus 491—501.
Scriptura apostolos vocat servos 56.
Historia actuum apostolorum necessaria 257—258.
Appellare licet Anglicis ad regem 210.
Appellacio Pauli 391.
Induere arma fidelium 91.
Arma lucis 3.
Armatura contra diabolum 47—81, 481/2.
De attricione 26, 27.
Non oportet currere Avinionam, quia locus est ubique contrito pertinens 146, 147.

### B.

Baptismus Christi 202, 203.
De baptisacione 331—334.
Sufficit baptismus flaminis per meritum Christi 42.
Baptisacio signat motus quomodo debemus mortificari viciis 331.
Baptista vixit in heremo et non mendicavit 201.
Fructus beatitudinis ex evangelio consequendi 384/5.
Quomodo debemus certare pro acquirenda beatitudine 122—126.
Begardi et Beguine non in tantam heresim lapsi sunt quam fratres 128.
Omnia bella in ecclesia oriuntur quod non plene addiscimus pacienciam Jesu Christi 185.
Causa bellorum est carencia caritatis 100.
— — inter Anglos et Francos 98.
Debemus benedicere et nolle maledicere 16, 328.
Induere benignitatem 115.
Reddere bonum pro malo 327.
Bona fortune, nature, gracie 324.

### C.

Caldaica translacio 516.
De canonisacione empta 238, 311.
Canonisaciones non ut articuli fidei acceptande 238.
De caritate 9, 92, 105—107, 249, 286—297, 440, 486.
Excellencia caritatis 137—144.
Condiciones sedecim caritatis 118, 119, 139.
Caritas de difficili cognoscitur 139.
— virtutes alias informat 138.
— manebit 142/3.
— est catena aurea 118.
Induere caritatem 118.
Lex caritatis per se sufficiens 99.
Differencia inter caritatem et graciam 139.
Carmelitam alloquitur J. Wyclif 223/4.
Carte fraternitatum false 360, 363.
De ceremoniis Antichristi 57.
Christus coeternus Patri 51.
— eternaliter Deus 185.
— Deus et homo 56.
— se ipsum obtulit 178.
— servus secundum humanitatem, dominus secundum divinitatem 56.
— factus ad confirmandum legem veterem 58.
Omnis lingua confiteatur gloriam Christi 188.
De nativitate Christi prophecia 62/3.
Christus quare tribus vicibus lacrimavit 204.
— — oportuit pati 178|9.
— ad tantum se humiliavit, quantum primus homo se exaltavit 186.
— se ipsum vocat ministrum 56.
— servavit regulam summam de paupertate tam vita quam verbis 454.
Sex excellencie Christi 176.

Christus excellit omnes pontifices 177.
— — prophetas et angelos 52—55.
Christi preeminencia 50.
Christus caput universalis ecclesie 64.
— papa noster 146.
— bonus pastor 207.
— voluit ecclesiam habere fiduciam in ipso 23.
— dat indulgencias solum contritis 360.
— iuvavit patres veteris testamenti 125.
Adventus Christi a singulis expectandus 35.
Solus Christus audiendus est 154.
Christus non deficit recte currentibus 125.
— exemplar summe modestie 117.
Quomodo debemus imitari Christum 162, 206—8.
Hereditas Christi est infinitum cercior quam hereditas temporalium 167.
Christus non mendicavit 108—110, 129, 151, 152, 201, 338, 340.
Christus non excommunicavit 159.
Christus renuit dotacionem 37.
— noluit quod discipuli incarcerentur claustraliter 230—231.
— et apostoli non fuerunt de religione privata 237.
— obedivit diabolo, quomodo intelligitur 467/8.
Historia de morte et resurreccione Christi est nobis fructuosa 331.
Verbum Christi habitet in viantibus 119.
Beneficiencia Christi est bonitati Dei ascribenda 41.
Excellencia donorum Christi 395.
Utrum Christi promissio fuit facta specialiter Judeis 13, 14.
Christiana religio a Deo inspiratur 248.
Communis christiana religio obligat omnes homines, eciam beatos in patria 247.
— — — est religio quam Christus et apostoli observarunt 236
— — — obligat ad observanciam mandatorum Christi 233, 234.
— — — decrevit a tempore quo introducte sunt secte 114.
Christiani quomodo debent in predicacione aut sancta conversacione diffundere legem Christi 213.
— quomodo debent spiritualiter ambulare 265—473.
— debent Deo obedire 152, 153.
— debent aptare formam suam exemplarem ad conformandum vitam suam prime regule 184.
Christianus daret locum ire 103.
— non nimis insisteret circa questiones mathematicas 83.
Multi sunt nominetenus christiani 376.
Christianismus dividitur in populum fidelium et privatos ordines 65.
Circulus quadratus 51.
Clemens papa mendicare pauperes prohibuit 110.
Cleri status qui sunt destruendi 454/5.
Clerici inferiores sunt principes et potestates 482.
— debent intendere ut sint ministri ecclesie 16, 17.
— et prelati cesarii abiciunt legem Christi cum sua pauperie 163.
Clericorum culpe 397.
Clericos dotare temporalibus plus suspectum est quam cohabitare cum fornicariis 167.
De commessacione 416.
Commonere nosmet ipsos debemus 120.
Utrum communicacio in hereditate celesti et racio meriti correspondent 3—9, 65.
Compaciencia necessitatibus sanctorum 95.
Ad compacienciam requiritur prudencia 324.
De compassione misericordie spiritualis 324.
Concupiscencia 365.
Condiciones laudabiles secundum quas debemus in seculo conversari 97.
De confessione 27, 28, 67—69.
Confessio generalis 67.
— auricularis 67.
De confessione generali facta soli Deo loquitur Scriptura sancta 67.
Confessio auricularis est institucio papalis 67.
— que blasphemiam sapit 358.
Nisi confessus contritus fuerit, nemo poteneiam habet absolvendi 27.
Non absolute confessio sacerdoti requiritur, licet quandoque proficit 68.
Que ad confessionem requiruntur 68.
Confessio debet fieri in Anglico 222.
De contencionibus 415.
De contricione 26, 27, 68, 69.
Miraculosa conversio gentilium 64, 65.
Fructus spiritualis conversacionis 418/9.

## D.

Decime sunt elemosyne 471—473.
Septem maneries demonum 260.
Carnalia desideria militant contra animam 214—215.
Deus maxime desiderandus 24.
Spernere Deum gravissimum 157.
Deus non potest frustrari in suo proposito 35.
— habet distinctissimam noticiam singularium 379.
— vocatur Deus spei 15.
— dedit homini liberum arbitrium 229.
— fecit mala, que 226.
— non permittit fieri malum culpabile 226 227.
Quodlibet quod Deus dat homini potest vocari gracia 145.
Non est Dei boni onerare prelatos possessionibus 23.
Quomodo debemus instrui ut debite Deo serviamus 78—80.
Diabolus unde nomen habet 477.
— et predestinatos temptat 309.
Dies Domini 19.
Distinccio inter dignitatem et condignitatem 315, 316.
De dileccione Dei 197.
Ambulare in dileccione 166.
Caritativa dileccio 106, 107.
Signa caritative dileccionis 301—303.
Dileccio sine simulacione 91.
Debemus tribulantes nos diligere 94.
Debemus fratrem nostrum complete diligere 296.
De dissensionibus 415.
De distribucione iusta 321.
Ditacio spiritualis 449.
De diviciis 450, 451.
Servire Domino 93.
Dona Spiritus S. 378, 379.
De donis Trinitatis 82.
De dotacione cesarea 26, 201.
Utrum liceat secularibus dominis dotacionem receptam destruere 36—40.

## E.

De ebrietate 416.
De Ecclesia 434, 435.
Ecclesia sumitur pro unitate predestinatorum 435.
Ecclesia militans dividitur in clerum et populum 452, 453.

Utrum ecclesia ut antiquior sit sanccior et perfeccior 433.
Theologus non debet onerare ecclesiam diffusis sermonibus 338.
Affeccio ecclesie et operacio 502.
Deus educavit ecclesiam 57.
Utrum liceat viatori zelare pro resuscitacione ordinacionis Christi in sua ecclesia militante 487—93.
Ecclesia quid et qualiter debet credere et sperare 393—400.
Distinccio status ecclesie 312-314.
Condiciones secundum quas viantes debent prodesse ecclesie 88—96.
Ad perfeccionem ecclesie iurisdiccio cesarea suspendi debet 78.
Dicunt secte quod super illis fundatur ecclesia 127.
Corporalis elemosinacio 89, 499, 500.
De emulacionibus 415.
Emundacio facta per oblacionem Christi excellit alias emundaciones 178.
Episcopi et curati sunt huius mundi rectores 482.
Idem erant olim episcopus et sacerdos 43.
Episcopus non dominatur super scienciam pauperis presbyteri 373.
Episcopi quomodo sunt a ministerio suspendendi 44—48.
Episcopi et fratres ferunt hypocriticе claves sciencie 397.
De Eucharistia 193—197, 277—286, 392, 393, 409, 410, 419, 436, 437, 440, 447, 469—471, 507—510.
Unitas fidei sacram. Eucharistie 444.
Sacramentum Eucharistie indicat caritatem 192.
Quomodo fideles debeant se ad Eucharistiam preparare 192, 193.
Fratres intoxicant sacramentum Eucharistie 39.
Evangelium quid est 384, 385.
Officium edocentis sive evangelizacio 89.
Labores S. Pauli in evangelizacione 133—135.
De excommunicacione 159—161, 213.
Non est excommunicandum nisi ex caritate 148.
Excommunicacionem qualem attendere non debemus 160, 161.
De excommunicacione iniusta 209—211.
Excommunicaciones non sunt timende 159, 491.
Excommunicacio indigni sacerdotis non est valida 61, 62.

## F.

Fervor in spiritu 93.
Fidelis tenetur in bonis spiritus habundare 154.
Quecunque fideles faciunt in nomine Domini faciunt 121.
Fides, spes et caritas sophisticantur 15.
Nemo dampnatur nisi propter defectum fidei 168.
De materia fidei 241.
Qui credit fide formata in Filium habet in se testimonium Trinitatis 205.
Fides scripture 1.
Tres gradus filiorum Dei 162.
Fornicacio 60, 366, 415.
A fornicario decime subtrahende sunt 61.
De fortitudine 460.
Fratres quando inceperunt 261.
Contra fratres 368.
Ad quem sensum fratres Minores possunt dici filii Dei carissimi 162.
Fratres petunt in Gallico 222.
— sunt avari 361, 362.
— hypocrite 361, 362.
Fratres a legibus civilibus exempti 417.
— sunt extravagantes elegii 325.
— mendicantes sunt quasi cadaver mortuum 128.
— sine labore rapiunt bona reipublice 164.
— intenderent laboricio 131, 363.
— mendicantes pauperes spoliant 128.
— edificant sibi habitacula supra reges 163, 164.
— logicam scripture evertere nituntur 165.
— fingunt quidquid laudabile aliqua persona fecerit, cedit communitati ad commodum 165—168.
— dicunt quod status suus est apud Deum perfeccior quam aliquis status ecclesie antecedens 310.
— quidam videntur esse boni 223.
— transgrediuntur mandatum Apostoli 464.
— impediunt veram pacem 372.
— — evangelizacionem sacerdotum pauperum 372.
— illusionibus decipiunt activos ecclesie 323.
— in caritative dileccione deficiunt 303.
— imponunt Deo mendicacionem 152.
— falsi circumveniunt fideles simplices 157.
— non audent de sac. Eucharistie predicare 419.
— dicunt quod sacramentum Eucharistie sit nichil 410.
— seducunt populum de Eucharistie unione 364.
— diffiniunt quod illud quod postulant habebunt 502.
— leges privatas anteponunt 299.
— excoriant populum 298.
— literas fraternitatum multiplicant propter lucrum 357—358.
— sunt apostate 314.
Fratrum possessiones 164.
— concessiones meritorum superflue 361.
— falsorum introduccio 39.
Non videtur quare fratribus uxorari non licet 310, 311.
De fratrum absolucionibus 501.
— — heresibus 427.
Quare fideles burgenses non permittunt fratres penetrare cellaria 194.
Quare fratres a fratribus non mendicant 277.
Nemo fratrem iniuste occidere debet 520.
De amore fraternitatis 325.

## G.

Debemus gaudere in Domino 29.
Christus gentes vocavit 14.
Glossa non valet, quando 1, 62.
Non expedit glossas addere ad scripturam 351.
Gracia Dei 31—35, 256.
Gracie divisiones 33, 377.
Per graciam datur eterna hereditas 402.
Nullus cognoscit quod gracia sibi inest 146.
Gracia est tempus datum homini ad merendum 145.
Respuentes graciam similes mari mortuo 146.
Graciam in vacuum recipere 145, 146.
Utrum per inhabilitatem ad graciam cognoscitur mortalis carencia 180.
Prescitus est in gracia, cum Deus graciose ipsum servat 33.
Quomodo debemus grati esse Deo 375—384.
Grecos reputamus scismaticos, licet teneant fidem apostolicam 275.
Gregorii pape XI blasphemie de solvendo et ligando 59.
Utrum gubernacio regis temporalis debeat ex gubernacione Christi exemplari 518.

### H.

Hebraica veritas 516.
Debemus esse heredes Dei 355.
In materiis tangentibus heresim standum est scripture sacre 506.
Periculosum est prelatum de heresi iudicare 506,
Papa quando hereticos castigare debet 519.
Hominem quem pretendunt esse hereticum occidere non licet 504—506.
Satrapis fideles persequi tamquam hereticos non licet 503—510.
Christus hereticos non exstirpavit 519.
Nec Christus nec apostoli aliquem hereticum per coaccionem cesariam suspenderunt 76, 77.
Quare nobiliores reges Anglie non sinebant in nomine pape intrare in regnum inquisitores heretice pravitatis 519.
Omnes homines sunt unus homo per participacionem speciei 84.
Homines sub pena dampnacionis debent sequi Christum 162.
De homicidiis 416.
Honor Domino debet dari 19.
Omnis fidelis debet honorificare Deum 69—74.
Hospitalitas 250.
— Sanctorum 95.
Contra hostes hominis debemus stare 34, 249.
Humilitas 92, 115, 215, 306, 327, 439.

### I.

Idiote mordent scripta doctorum 188.
— ignorant equivocacionem latentem in generibus 218.
Idolatria 365, 366, 415.
In degeneracione imitacionis Christi stant prelati 163.
Immundicia 415.
Incarceraciones non sunt fundabiles in scriptura 210, 212.
Indi tenent fidem quam eis indidit S. Thomas 275.
Contra indulgencias 28.
Cibare inimicum 104.
De invidia 416.
De ira 229, 230, 415.
De captivacionibus Judeorum 259, 260.
Iudicium temerarium 19.
De iusticia 457—461.
Membra Christi debent reciproce se iuvare 429—432.

### L.

Et laici dimittunt peccata 147.
Lex nunc dicitur nuncupative, nunc vere 245.
Lex vetus dicitur quasi alphabetum 57.
— — fuit utilis ad ostendendum insufficienciam homini 405, 406.
— — debet habere finem quoad iudicialia et ceremonialia 404.
Legalia legis veteris cessare debuerunt 169.
De lege divina 242, 245, 398.
Lex Christi est brevis, levis, utilis 401.
— — est caritas 423.
Ille permanet in lege evangelica qui usque ad finem manet 242.
In quantum fideles degenerant a glorificacione legis Christi 400.
Lex evangelica debet populo predicari 385.
Attendendum est ad libertatem legis Christi 141.
Clerici perversi solvunt libertatem legis Christi 141.
Quicunque habet ad legem Christi observandam claram intencionem et propositum in gracia est 141.
Civitas ecclesie debet regi per legem scripture 351.
Lex Christi expressata in evangelio est per se sufficiens 265, 350.
Alie leges humane inique ecclesie sunt nocive 349.
Leges humane que sunt iuste sunt necessarie 349.
Multe leges humane sunt culpande 351/2.
Lex humana tripliciter potest sumi 246.
Leges humane que a lege evangelica distrahunt debent abici 385.
— quando sunt inique 263.
Si aliquis eciam angelus de celo adiecerit leges que nec in evangelio explicite nec implicite includuntur, laborat circa leges iniquas 252/3.
Leges papales 264, 487, 488.
Quatuor libri evangelici sufficiunt ad regimen ecclesie 264.
Libertas ecclesie 55—58.
Litere fraternitatis 356—365, 425, 473, 501, 503.
Fructus quadruplex lucis in Domino 169.
Luminare maius est apostolicus vir pauperior 217.
De luxuria 415, 466.

### M.

Malum unde venit 328.
Mali reddicio 98.
Manichei ponunt duo principia 225.
Mansuetudo 440.
De mendacio 461, 462.
Fideles se abstineant a mendacio 126.
De mendicacione 111, 112, 220, 221, 319, 320.
Mendicantes in mendaciis involuti 126.
Omnis mendicacio culpanda 319.
Quid ad veram mendicacionem pertinet 340.
Mendicacio fratrum 26, 113, 114, 129, 222—224, 305.
Non est fundabile quod Dominus mendicavit 339, 340.
Mendicacio fratrum non est fundabilis in scriptura 108.
Utrum caritativa dileccio et fratrum validorum mendicacio sint compassibiles 107—112.
Secte in mendicacione pervertunt legem Christi 110.
Si divites fratres et validi mendicare debent tunc omnes christiani 320.
Creditur mendicantes dispersos per patrias esse diabolos 322.
Mendici sunt destructores reipublice 112.
Mendici edificant sibi domos superfluas 329.
Ballivi, reges etc. licet tallagia petant, non sunt mendicantes 220.
Mentiri super fratrem nostrum sonat in denigracionem sui status 121.
Nemo mentiri debet 357.
De Messia 57.
Ministri Christi in suo officio intendere debent non nude ad literam sed ad spiritum 397.
Ministerium 79, 89, 149, 151, 313.
Ministracio 399.
Voluntarie ministremus Deo 315.
Miseracio in hilaritate 90.
Misericordia 102, 115, 326.
Modestia 116, 326.
Modestia S. Pauli 136.
Ante Benedictum fuerunt multi monachi 274.
Status moralis 313.
Moralia quomodo servare debemus 438—47.
De morte spirituali 353.

Mundus quid est 297.
Vincere mundum 198, 199.
Non murmuremus contra Deum 366.

**N.**

Nomen proprium dupliciter potest sumi 496.

**O.**

De oblacione sive hostia nostra 79, 80.
Odium mundi parvipendendum 299, 300.
Status officialis 313.
Officiarii non pigritentur 93.
Opera viva 155.
Licet habeamus fidem, defectus operum mortificat 293.
De oracione 94, 249, 324—327.
Nulla oracio prodest homini, nisi de quanto Deus acceptet eam 380/1.
Oracio pro defunctis 413, 414.
De oracionibus applicatis uni persone per prelatos 380.
Blasphemum est oraciones vendere pro corporali precio 382.
Nec in genuflexionibus nec in longis ethnicorum oracionibus stat religio christiana 236.
Que requiruntur ad speciem ordinum 261.
Ordines quando inceperunt 261, 262.
Medium ad vincendum vanum ordinem 303, 304.
Contra ordines 37, 38, 296.
Pauci de ordinibus sunt beati 238.
Quare ordines sunt privati 247.
Ordines nos seculares non diligunt sed nostra temporalia 266.
Ordines laborant pro temporalibus impetrandis 298,9.
Regule privatorum ordinum non sunt stabilite super evangelium 314.
Stulte ordines statuunt ut quelibet persona ordinis novas adinvenciones observet 253.
Melius foret ordinibus servare libertatem pristinam 247.
Differencie in ordinibus 261, 262.
Rivalitates inter ordines 311, 312.

**P.**

De paciencia 116, 317, 318, 440.
De quadruplici faccione panis azimi 191, 192.
Quare oportet esse papam unicum et non multos 275—277.
Papa est persona peccabilis 505.
Detestamur papas 276.
Papa dominus bonorum fratrum 164.
Papa dat inhabilibus ecclesiastica beneficia 154.
Papa inter omnes viantes plus debet fratribus 147.
Pape cardinales etc. sunt ad onus ecclesie 453, 482
Pape non licet pugnare 100, 101.
De passionibus 24—29, 315.
Patres veteris testamenti 354.
S. Paulus Corinthios increpat, quare 129.
— habuit laureolam 132, 133.
Pax Domini 31, 32, 119, 329, 330.
Peccator non debet peccando prodesse ecclesie 337.
Iugum peccatorum 4—9.
Peccatores magis gaudent de adquisicione temporalium quam de acquisicione Dei per graciam 28, 29.
Peccator nocet sibi ipsi 35.
Peccatum tripliciter sumitur 5—8.
Peccatum veniale et mortale, distinccio 179—184.
Utrum pro omni peccato mortali peccator sit dampnabilis 180/1.
Humanum genus deformatum per peccatum 81.
Surgere a peccato 66.
Blasphemia qua dicitur quod peccatum non tollitur, nisi Rom. pontifex reum absolverit 68.
Esse peccati primum et secundum 335—336.
Utrum aliquis peccare debeat supposito quod omnia que evenient de necessitate evenient 335, 336.
Deus non vult peccatum fieri 337.
Omnis qui facit peccatum servus est peccati 338.
Media per que peccata carnalia debeant evitari 341—352.
Pelagiana secta dicit quod honor sine gracia potest mereri beatitudinem 225.
Pelagianus dixit omne accidens esse per se possibile 225.
Pentecoste, derivacio nominis 257.
Duplex causa auditus mirabilis in die Pentecostes 258, 260.
Periculum in vindicta 99.
Personarum accepcio quomodo non est apud Christum 13.
Sicut una natura divina est multe persone, sic media persona divina est multe nature 55.
Utrum populares possunt dominos delinquentes corrigere 371.
Possessionati clerici 26.
Potentes nituntur trahere clericos ad mundana officia 16.
Potentes seculi non debent fratres validos hospitare 497—501.
Gracia predestinacionis 32.
Caritas predestinacionis non potest excidere 139, 142.
— — est infinitum melior quam gracia secundum presentem iusticiam 142.
Prelati debent esse eminencior oculus ecclesie 23.
De predicacione 17, 74—78.
Quomodo episcopus vel sacerdos debet predicare 36, 37.
Fideles a predicacione prohibentur 77, 78.
Nil prodest predicare rudi populo subtilitates Trinitatis 341.
Labor inutilis in predicacione 386.
Moderna predicacio causa perturbacionis ecclesie 386.
Utilius esset legem Christi efficaciter predicare quam tradiciones novellas 420.
Illicitum est quemquam a predicacione christiane fidei prohibere 75.
Falsi predicatores 130.
Quomodo prelati in signis se habere debeant ad suos subditos 483—491.
Utrum prelati debeant amari 481
— — nostri vivunt Christo similius quam diabolo 482.
Prelati vocant se patres beatissimos 251.
— a veritate fidei errant 448.
Sunt qui dicunt quod non licet sacramentum dispensare nisi prelatus potestatem a papa habuerit 18.
Signa S. Spiritus in prelatis non apparent 260.
Prelatus vel religiosus qui plus afficitur tradicioni humanitus adinvente quam legi Christi est expers gracie 146.
Prelati persequuntur Christum 158.
— curent ne populus necessitetur pseudoapostolos acceptare 131.
— et religiosi privati persequuntur veritatem religionis Christi 158.

Prelati querentes que sua sunt, sunt dampnandi 141.
— cesarii excommunicant ex falsa suggestione fratrum 147.
Supponere prelatos iniuste incarcerare est supponere quod sint inpeccabiles 264—265.
De prelatorum diviciis 23.
— — superbia 22.
Utrum subiecti debeant prelatis fructus temere donatos subtrahere 20, 21.
Prelatos prescitos Deus suspendit ab officio 47,48.
Utrum oportet regulas prelacie et militantis ecclesie variari 451—55.
Utrum in prevaricacione legis Christi sunt sacerdotes vel domini seculares plus culpandi 401.
Mundi principes auferre debent excelsa edificia pharisaica monstruosa 39, 40.
Principes non laborant ad stabiliendum cleri ecclesiam conformiter legi Christi 16.
Prophecia 88.
Proprietates octo quibus David noster describitur 513—517.
De prudencia 248, 249, 251, 459, 460.
Utrum sit prudencia novas leges et religiones statuere ultra religionem simplicem christianam 251—57.
Condiciones pseudoapostolorum 130.
Populus elemosinas non tribuat pseudoapostolis 131, 132.
De pseudoepiscopis 511.
Pseudofratres episcopos inficiunt et regnum 223.
Pugnare pro temporalibus non licet 17.
An licitum est prelatum pugnare pro patria 17.
De modo pugnandi pro acquirenda beatitudine 124—126, 473—482.

## R.

Quid est religio 344, 345.
Religio communis christiana que est 344, 345.
Religiones novelle sunt vane, quia verbum Dei despiciunt 243.
Religiones novelle errant in suis adinvencionibus et ritibus 254.
De privatis religionibus 232—239, 345, 346.
Utrum privata religio sit datum optimum 230.
Utrum sit licitum religionem privatam statuere 310—314.
Utrum licet innovare religiones ultra hoc quod Christus ordinavit 273.
An privata religio sit perfeccior quam communis 237—239.
Privata religio est religioni Christi superaddita 345, 346.
In privatis religionibus unus privatur pecunia, dum alius possidet multas libras 39.
Religiones private nihil prosunt ecclesie 165.
Utrum religiones private differunt se invicem specifice sed accidentaliter tantum 246.
Religiones vane, que sunt 344, 345.
De religiosis 173—175.
Utrum religiosi declinant a mandatis Domini 234.
Utrum religiosi nostri a religione Christi degenerant 261.
Utrum religiosi privati sunt ad voluntariam pacienciam apti 318, 319.
Religiosi privati apostatantes 409—410.
Religiosi sunt viri duplices 301.
Remedium triplex contra diabolum 308, 309.
Homo debet remittere 67.
Ad remissionem peccati que requiruntur 67.
Revelaciones S. Spiritus 355.
Revelaciones Johannis Ev. 267—272.
Rex habet quod sibi pertinet ad regni tutelam 211.
Reges pseudoapostolos debent exagitare de suis dominiis 131.
— crebro peccant excommunicando et maledicendo insontibus 209.
— debent Deo in puniendo inimicos ministrare 210.
— sint subiecti omni creature 216.
Ad regem licitum est appellare 209—212.
Reges et milites pugnarent per racionem contra suos domesticos, inimicos ecclesie 102.
Tres gradus sapiencie regis 518.
Regem oportet legios suos defendere 518.
De rixis 415.
Stat auctoritatem Romane curie cæsari 274.
Romani pontifices non plus valent auctoritatem tribuere quam sacerdotes alii scienciores 274.
Romipete porrigunt pape peticiones 146.

## S.

Sacerdos a Christo per se habet potestates et ordines 78.
Utrum sacerdocium sit ordinum privatorum 312—314.
De officio sacerdotis 17.
Episcopus non debet suspendere sacerdotes qui evangelice predicarent 131.
Simplices tenentes suos defendere debent 131.
Simplices sacerdotes nec non et quicunque plebeius potest conferre alteri graciam 43.
Sacerdotes simplices sine prelatorum licencia predicare possunt 43, 74, 75—78.
Constipati sunt sacerdotes in claustris ut tetris carceribus 273.
Sacerdotum pauperum evangelizacio prohibetur 272, 273.
Sacramenta multum iuvant viantes 125.
Nemo salvabitur nisi dona S. Spiritus habuerit 323.
Apparicio gracie Salvatoris 31, 32.
De benignitate et humanitate Salvatoris 40, 41.
Modus salvandi fit per lavacrum regeneracionis 41.
Sancti instituentes religiones privatas peccaverunt 347.
Nasci ex sanguinibus, ex voluntate carnis oportet filios Dei detestari 408.
Scriptura est verissima 171.
Qui scripturam S. aliter intellegit quam S. Spiritus flagitat, hereticus est 217.
In scriptura consistit sobrietas hominum 83.
Veritates postillantes ex scriptura sacra excerpere debent 120.
Nulla circumstancia que non est fundabilis in scriptura constituit ordinem sive religionem 262, 263.
De sectis privatis 232—239, 415, 416, 422.
De sectarum fundacione 274.
Secte novelle peccant in desiderio de habendo 25.
Secte dicuntur seminare mendacia 127.
— excedunt legem Jesu Christi 231.
— infundabiles in Scriptura 174.
Secte ficciones 128.
Secte perturbant rempublicam 305.
Stultum est ad sectas consulere 232.
Christus nunquam sectas introduxit 127.
De brachio seculari 101, 103.
Sensacio quid est 184.
Sensus quadruplex Scripture S. 170—172.
Sentire id invicem quid est 96.

Septuaginta translacio 516.
Sobrietas 307.
Sollicitudo 90, 307, 440.
Sollicitudinem in Christum proicere debemus 306, 307.
Cause per quas erratur in intuitu speculari 244, 245.
Sperncre salutem propriam quid est 157.
Spes 10, 93, 94.
Sufficiencia nostra ex Deo est 393.
Nemo debet superbire 395.
De suffragiis 305, 382, 383, 284.
Subici debemus superioribus 215.
Supportare inv[illegible] quid est 117.
Suscipere debemus invicem 11.
De suspensione 44—47, 61, 62.

T.

De temperancia 460.
Temporalia bona debent a clero auferri 59, 159, 299, 369, 370, 412.
Temporalia viris perfectis impedimento sunt 21.
— cum proximis communicanda sunt 250.
Superfluitas in temporalibus 307.
Domini temporales non debent exigere, nisi quod debet vite spiritus convenire 353.
Non temptemus Christum 366.
Opera tenebrarum abicienda 3.
Concilium Terremotus 292, 370—374, 390, 398, 436, 440—444, 467, 468.
Timor quintuplex 294, 295.
Non debemus vadere ad vanas tradiciones 375, 376.
Tribulaciones 94, 148, 449.
Tyriaca quid est 183, 201.

U. V.

De veneficiis 415.
De verbo Dei 214.
Omnis veritas est Deus 190.
Veritas evangelica 207.
Vestimenta necessaria viatori 114.
— fratrum 362.
Viantes necessitantur ad diligendum se invicem 113.
Viator debet ingemiscere 317.
Secundum quam regulam viare debemus 411.
Utrum vicarius Christi possit conferre graciam 42—44.
Vigilancia contra diabolum 308.
De virtutibus 40--48, 82, 92, 239, 240, 420—429, 456—464.
Adhesio bono virtutis 92.
In sapiencia non per se consistit virtus 82.
Visio duplex, intuitiva et abstractiva 143, 144.
Vita nostra aptabitur secundum corporis et anime variam racionem 352.
De unitate fidei 443.
Utrum omnia membra ecclesie debent voluntati Dei concorditer copulari 86, 87.

W.

Wyclif, Conclusiones a concilio Terremotus dampnate 59, 347, 369, 370, 371, 380, 381, 390, 391, 467, 468.
-- Dampnacio articulorum non caruit calumpnia 347.
— unde cepit originem ad dicendum de statu ecclesie 199.
Canis niger mordet scripta magistri Wyclif 188, 189.

---

# Corrections.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Page | **22**, | line | 6, | for | subire (sic cod.) | read | superbire. |
| « | 52, | « | 44, | « | Hebr. I, V. | « | Hebr. I, 5. |
| « | 54, | « | 37, | « | Apoc. XXIo. | « | Apoc. XXIo, 1. |
| « | 57, | « | 31, | « | ducitur | « | seducitur. |
| « | 59, | « | 42, | « | Fasc. Ziz. 51 | « | Fasc. Ziz. 251. |
| « | 67, | « | 30, | « | cum multum | « | tamen multum. |
| « | 81, | « | 33, | « | perocus | « | persons (in the side-notes). |
| « | 108, | « | 26, | « | cavetur | « | canit (?) |
| « | 138, | « | 45, | « | II. Cor. XIII, 3 | « | I. Cor. XIII, 3. |
| « | 224, | « | 39, | « | 829 | « | 298 |
| « | 222, | « | 37, 38, | « | scri-ptura | « | scrip-tura |
| « | 239, | « | 30, | « | mendicat | « | vendicat. |
| « | 267, | « | 42, | « | I. Cor. XXI, 9 | « | I. Cor. XV, 9. |

---

☞ The Society's Issues for 1888 and 1889 will be sent only to those Members who have paid their Subscriptions. The Subscriptions for 1889 became due on Jan. 1, and should be paid at once to the Hon. Sec., J. W. STANDERWICK, Esq., GENERAL POST OFFICE, LONDON, E.C. Cheques to be crost, 'London and County Bank.'

# The Wyclif Society.

*Sixth Report of the Executive Committee, for* 1888.
(*March*, 1889.)


1. *Half the Society's work done*, p. 1.
2. *The Society's Books for* 1888, p. 1.
3. *The Books for* 1889, p. 2.
4. *Advance Subscriptions*, 1890, p. 2.
5. *The Book in arrear for* 1887, p. 3.
6. *Books preparing in Editors' hands*, p. 3.
7. *Manuscripts copied*, p. 3.
8. *Need of more Money and Editors*, p. 4.
9. *Thanks to Helpers*, p. 5.
10. *Miscellaneous*, p. 5.

*List of Publications*, p. 6.
*Hon. Sec.'s Cash Account*, p. 7.
*List of Officers, etc.*, p. 8.


1. The Committee have not yet reacht the point of their ambition, the getting of the Society's year's work out in the year; but they hope to attain it in this, which is the eighth of the Society's being. They are moreover able to announce that almost the whole of the Society's work is now in hand, only a few short Treatises remaining unallotted to Editors. The beginning of the end is thus apparent; and with steady support of Subscriptions from Members for another eight years, and diligent work on the part of Editors, the Society's work ought to be finisht, and one more of England's shames wiped out, its five-hundred years' neglect of its great Early Reformer's efforts to set right the teaching and life of his Chaucerian time.

2. The first volume of the Society's issue for 1888, the third of Wyclif's *Sermons*, edited by Prof. Loserth, is sent out with this Report. It deals with the same topics as the second volume, the evil and hollowness of the Pope's pretensions, the ill life of the Prelates, Monks, and Friars, the pressing need of Reform of all, the duty of the secular Power to carry out that reform, etc. The like outspeaking, the like denunciation of abuses, the like appeal for a pure and higher life, that were in the former volume, are found in the present one. The reality of the evils, the earnestness of the Reformer, none can doubt.

The second volume of the Society's issue for last year will be whichever of the following two books first leaves the press:—

*De Apostasia*, Book XI. of the *Summa Theologiae*, edited

by Mr. M. H. Dziewicki, now printing at Fromme's, Vienna, two sheets up, the whole copy side-noted.

*De Dominio Divino,* edited by Dr. Reginald Lane Poole, lately re-collated by him in the Vienna University Library, with a long Appendix of the first four Books of the *De Pauperie Salvatoris* of Richard Fitz-Ralph, Archbishop of Armagh, to whose doctrine of Dominion, Wyclif owed much. This work is printing at the Clarendon Press, Oxford, and five sheets of it are in type.

3. That one of the two last-named books which last leaves the press will be the first volume of the Society's issue for 1889. The second will be, Vol. IV. of Wyclif's *Sermons,* edited by Prof. Loserth. It will include all those Sermons that are still in MS. only. Five sheets of this work are in type. The Committee trust that both these volumes will be out during the present year.

4. For 1890, Prof. Loserth will, with his unfailing and steady help to the Society, produce one volume, either of the *Opus Evangelicum* or the *De Eucharistia.* Of Dr. Herzberg-Fränkel's edition of *De Simonia,* Book X. of the *Summa,* the whole is in type, tho without sidenotes. Dr. Rudolph Beer has copied from the unique MSS. the 13 *Quaestiones Logicae et Philosophicae,* and the *De Ente particulari,* and they are now at Fromme's press in Vienna. Mr. Dziewicki has in hand Shirley's copy of the *Logica,* and will send it to press with the *Logicae Continuatio* soon after the transcript of the latter (lately orderd) has been made. Mr. Dziewicki may also be able to prepare for the printer this year, *De Blasphemia,* Book XII. of the *Summa,* the editing of which Mr. T. A. Archer has been obliged by ill-health to give up.

Thus, either by the close of 1889, or during 1890, at least four of the books named in this Section 4, ought to be ready. If they are, the Committee will not put off the issue of them, but will send out two for 1890 and two for 1891, asking Members for *Advance Subscriptions for one of these years.* It will be a proud day for the Wyclif Society, which has been for eight years in annual arrear with its work, if it can, for a happy change, be a year in advance. Those Members who care enough for Wyclif to pay their advance subscription will get their books in advance; those who don't, will get their volumes (if they pay promptly) in the first week of January in the year the books are assignd to, instead of waiting for them, as heretofore, till the March or June of the year following. They will thus benefit by the generosity

of the Advance-Subscribers. If only the Society could, on this plan, get its remaining eight years' work done in four, the gain to all concernd would be great.

5. The volume in arrear for 1887, *De Officio Regis*, edited by Mr. A. W. Pollard, M.A., and Mr. Charles Sayle, B.A., is still, the Committee regret to say, unfinisht. But all its text and Indices are printed, and the Introduction is in type. It needs only a description of the MSS.

6. Through the Rev. Dr. Buddensieg, the Rev. H. Schnabel of Dresden has kindly undertaken to edit a volume of *Miscellaneous Treatises* by Wyclif, out of those mentioned on p. 4. Mr. M. H. Dziewicki has also agreed to edit other Texts for the Society besides those which he has now in hand.

Mr. F. D. Matthew has again been obliged to give all the time that he can spare the Society, to writing the side-notes to Prof. Loserth's volume, reading Dr. Poole's and Mr. Dziewicki's, and making suggestions with regard to them. He has been obliged to stop night-work at his own editions of Wyclif's Miscellaneous Tracts and *De Mandatis*, so that the appearance of these must be deferd till more leisure and stronger health come to him.

Dr. Buddensieg has done about a quarter of his edition of the *De Veritate*, but having accepted a call to the Head Mastership of a Public High School in Dresden, his new duties will compel him to set aside his Wyclif work for at least two or three years. Besides the remaining volume of *Sermons*, Prof. Loserth has kindly undertaken to edit Wyclif's *De Eucharistia tractatus major* (Shirley, No. 18), and he has also copied, and will edit, the *Opus Evangelicum, sive De Sermone Domini in Monte* (Shirley, No. 42). M. Patera is proceeding slowly with his edition of *De Potestate*. Mr. Hessels has laid aside his imperfect copy of *De Actibus Animae*.

7. The following works are copied, and in Editors' hands, preparing for publication:

Summa Theologiae.
Book I. De Mandatis Divinis, ed. F. D. MATTHEW (nearly ready for press).
" II. De Statu Innocentiae. (Ditto.)
" IV.-V. De Civili Dominio, ed. R. L. POOLE, M.A., Ph.D. (Book III. was issued by the Society in 1884).
" VI. De Veritate S. Scripturae, ed. Dr. R. BUDDENSIEG.
( " VII. De Ecclesia, was issued in 1885).
" VIII. De Officio Regis, ed. W. A. Pollard, M.A., and C. SAYLE, B.A. (in the press for 1887).

Book IX. De Potestate Papae, ed. A. Patera.
„ X. De Simonia, ed. Dr. Herzberg-Fränkel (at press).
„ XI. De Apostasia, ed. M. H. Dziewicki (at press).
„ XII. De Blasphemia, ed. M. H. Dziewicki.
Sermons, ed. Prof. J. Loserth, Ph.D. (Vols. I.-III. are out); IV. at press.
Opus Evangelicum, sive De Sermone Domini in Monte, ed. Prof. J. Loserth, Ph.D. (preparing).
Miscellaneous Tracts, ed. Rev. H. Schnabel, Dresden (43, 44, Shirley); Expositio S. Matth. c. xxiii. xxiv.; (54) Contra Magistrum Outredum de Ornesima; (55) Contra Willelmum Vynham; (48) De Servitute civili et Dominio seculari; (64) De Paupertate Christi; (77) De Ordine Christiano.
De Dominio Divino, ed. R. L. Poole, M.A. (at press).
De Actibus Animae, ed. J. H. Hessels, M.A.
De Eucharistia tractatus major, ed. Prof. J. Loserth (preparing).
Quaestiones logicae et philosophicae, and De Ente particulari, ed. Rudolf Beer (at press).
Logica et Logicae Continuatio, ed. M. H. Dziewicki (part done).

The following works were copied and placed at the Society's disposal by Dr. Buddensieg. The Rev. H. Schnabel and Mr. C. Sayle will edit some of them.

(23) De Eucharistia et Poenitentia, sive De Confessione.
(24) De Prophetia.
(39) Sermo Pulcher.
(47) De Oratione Dominica.
(48) De Salutatione Angelica.

Responsiones.

(57) ad Radulfum Strode.
(58) ad argumenta cujusdam emuli veritatis.
(59) ad xliv quaestiones.
(60) ad decem quaestiones.

(61) Epistolae Octo.
(92) De Praelatis Contentionum.
(94) De Graduationibus.
(95) De Gradibus Cleri Ecclesiae.

Mr. J. H. Bullock, M.A., has copied Book I. of the De Ente, sive Summa Intellectualium.

Dr. Rudolf Beer will shortly copy De Materia et Forma, Replicatio de Universalibus, and Differentia inter Peccatum Mortale et Veniale (Shirley, 6, 9, 28).

8. The Society wants more money and more Editors. Those few Members who have complaind of the small issues of the Society, forget that nearly half their Subscriptions has had to be spent in copying (including Editors' journeys to examine or collate MSS.). The figures are as follows:—

| | | £ | *s.* | *d.* | | | £ | *s.* | *d.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Copying, etc...... | 1882-3 | 295 | 16 | 0 | Printing and Binding, | 1883 | 22 | 15 | 6 |
| | 1884 | 195 | 0 | 0 | | 1884 | 250 | 0 | 0 |
| | 1885 | 177 | 15 | 0 | | 1885 | 198 | 2 | 2 |
| | 1886 | 103 | 12 | 6 | | 1886 | 330 | 5 | 5 |
| | 1887 | 20 | 0 | 0 | | 1887 | 393 | 1 | 8 |
| | 1888 | 87 | 9 | 0 | | 1888 | 32 | 2 | 8 |
| | | £879 | 12 | 6 | | | £1226 | 7 | 5 |

Reasonable folk will see at once that with this great outlay on copying—an outlay without which the Society could not have moved a step—large issues of books have been impossible. Moreover, Members must remember that over £150 worth of work done for them has been paid, not by them, but by the Bishops' Fund (£100), and by the other donations to the Society which have amounted to £62 14*s*. The Committee cannot make bricks without straw. The Society's issues depend solely on the amount its Members subscribe; and if any Member complains of the smallness of the issues, he should feel bound in conscience to accompany his complaint with a £50 note in order that his grievance may be remedied. The Society has a big job in hand, the payment of England's debt to its great early Reformer's memory, the printing of all the Latin works he has left, in which the record and development of his ideas are to be traced. Many years of strenuous effort are needed for this task, both on the part of Members in general and the Society's Editors in particular. Much copying of MSS. has still to be done. New Editors for some of the Treatises already copied, and for those still untoucht, are wanted. The preparation of a Wyclif MS. for press is no easy matter, as Dr. Poole explaind in the Report for 1884; it often takes years of the scanty leisure which an Editor can spare from the other engrossing work of his life. Meantime the duty of subscribing Members is clear: to provide the money wanted for copying and printing; to pay their own Subscriptions promptly, and to canvas all their friends and acquaintances for more.

9. The Executive Committee repeat their thanks to the Society's Editors, Copiers, and Helpers, and specially to Prof. J. Loserth, Mr. F. D. Matthew, Dr. R. L. Poole, Mr. Bullock, etc. The Society's thanks are also due to the Governing Bodies of Trinity and Queen's Colleges, Cambridge; Trinity College, Dublin; and the University Libraries of Vienna and Prague, for loans of MSS. for the use of the Society's Editors.

10. The Subscription to the Society is One Guinea a year, payable on every First of January. The payment of five or ten years' Subscriptions in advance will help the Society's work. All Subscriptions and Donations,—which are much desired,—should be paid to the Hon. Sec., J. W. Standerwick, Esq., General Post Office, London, E.C., and Members will save both him and themselves trouble by sending him an

Order on their Bankers, in the following form, to pay their subscriptions :—

____________________ 1888.

To Messrs. ____________________

Till further order, pay to the London and County Bank for The Wyclif Society, One Guinea now, and One on every following First of January.

(*Signed*) ____________________________

---

*The Society's Publications for* 1882 *and* 1883 * (£1 1*s. each year*) *are* :—

1, 2. Wyclif's *Latin Polemical Works*, 2 vols. (with Facsimile of MSS.) edited by Dr. R. Buddensieg.

*The Society's Publications* (£1 1*s.*) *for* 1884 *are* :—

3. Wyclif's *De Civili Dominio*, Lib. I., edited by Dr. Reginald Lane Poole.
4. Wyclif's *De Composicione Hominis* (with Facsimile of the MS.), edited by Rudolf Beer.

*The Society's Publications for* 1885 (£1 1*s.*) *are* :—

5. Wyclif's *De Ecclesia* (with Facsimile of the MS.), edited by Prof. Loserth, Ph.D.
6. Wyclif's *Dialogus, sive Speculum Ecclesia Militantis*, edited by A. W. Pollard, M.A.

*The Society's Publications for* 1886 (£1 1*s.*) *are* :—

7. Wyclif's *De Benedicta Incarnacione* (with Facsimile of the MS.), edited by the Rev. E. Harris, M.A.
8. Wyclif's *Sermones*, Part I., edited by Prof. Loserth, Ph.D.

*The Society's Publications for* 1887 (£1 1*s.*) *will be* :—

9. Wyclif's *Sermones*, Part II., edited by Prof. Loserth, Ph.D. (*Issued.*)
10. Wyclif's *De Officio Regis*, edited by A. W. Pollard, M.A., and C. Sayle, B.A.

*The Society's Publications for* 1888 *and* 1889 *will be chosen from* :—

11. Wyclif's *Sermones*, Part III., edited by Prof. Loserth, Ph.D. (*Issued.*)

Wyclif's *De Dominio Divino*, edited by Reginald Lane Poole, M.A., Ph.D.
Wyclif's *De Apostasia*, edited by M. H. Dziewicki.
Wyclif's *Sermones*, Part IV. and last, edited by Prof. Loserth, Ph.D.

*The Society's Publications for* 1890 *will be chosen from* :—

Wyclif's *De Simonia*, edited by Dr. Herzberg-Fränkel.
Wyclif's *Quaestiones* and *De Ente particulari*, edited by Dr. Rudolf Beer.
Wyclif's *Miscellaneous Treatises*, edited by the Rev. H. Schnabel.
Wyclif's *De Eucharistia*, edited by Prof. J. Loserth, Ph.D.

* The very heavy outlay for copying in these years,—£295, see p. 4,—made the issue of more volumes in them impossible.

# RECEIPTS AND PAYMENTS OF THE WYCLIF SOCIETY,

## FROM 1ST JANUARY TO 31ST DECEMBER, 1888.

### RECEIPTS.

| | £ | s. | d. | £ | s. | d. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Balance, 31st December, 1888 ...... | | | | 178 | 11 | 9 |
| By 4* Subscriptions of £5 5*s.* each | | | | 21 | 0 | 0 |
| By 266 Subscriptions of £1 1*s.* | 279 | 6 | 0 | | | |
| Less Bookseller's Commissions | 1 | 4 | 5 | | | |
| | | | | 278 | 1 | 7 |
| Donations ............................ | | | | 7 | 1 | 0 |
| | | | | £ 484 | 14 | 4 |

| | | |
|---|---|---|
| * Subscriptions | 1882 | 6 |
| ” | 1883 | 6 |
| ” | 1884 | 4 |
| ” | 1885 | 5 |
| ” | 1886 | 6 |
| ” | 1887 | 49 |
| ” | 1888 | 189 |
| ” | 1889 | 8 |
| ” | 1890 | 7 |
| ” | 1891 | 6 |
| | | 286 |

### PAYMENTS.

| | £ | s. | d. |
|---|---|---|---|
| Copying and Editing ................ ............... | 87 | 9 | 0 |
| Binding and Distributing the Issues, 1887 ... | 32 | 2 | 8 |
| Stationery ........................................ | 7 | 10 | 0 |
| Cheque disallowed through informality, and paid in after correction a second time ...... | 1 | 1 | 0 |
| Balance ................................................ | 356 | 11 | 8 |
| | £484 | 14 | 4 |

Examined and found correct, { HENRY LEE.<br>S. J. GLOVER.

# THE WYCLIF SOCIETY.

*Patron*—His Grace the Lord Archbishop of Canterbury.

*President.*—His Grace the Lord Archbishop of York.

*Vice-Presidents.*—Most Rev. Lord Plunket, Archbishop of Dublin; His Grace the Duke of Devonshire, K.G.; Right Rev. Lord Bishops of Bath and Wells, Carlisle, Durham, Liverpool, London, St. Davids; Rt. Hon. Lord Ebury.

*Executive Committee.*—F. J. Furnivall, 3, St. George's Square, Primrose Hill, London, N.W., *Director*; Prof. Montagu Burrows, 9, Norham Gardens, Oxford; F. D. Matthew, Quarryton, Hayne Road, Beckenham, Kent.

*Honorary Secretary.*—J. W. Standerwick, General Post Office, London, E.C.

*Local Honorary Secretaries.—Ireland*—The Rev. C. H. H. Wright, D.D., Cliftonville, Belfast; *Scotland*—The Rev. James Kerr, 53, Dixon Avenue, Crosshill, Glasgow; *Wales* (*North*)—Principal Reichel, University College of North Wales, Bangor; *New South Wales*—Rev. E. Harris, Sydney; *Cheshire*—Rev. A. MacKennal, Highfield, Bowdon, Cheshire; *Derby*—Rev. W. R. Linton, Shirley Vicarage, Derby; *Gloucester*—The Rev. J. J. Mercier, Kemerton, Tewkesbury; *Lancashire*—Jos. Thompson, Esq., 23, Strutt Street, Manchester; *Middlesex* (*West*)—The Rev. E. Chester Britton, Hermosa, Ealing; *Norfolk*—Rev. O. W. Tancock, Norwich; *Warwick*—T. B. Dale, Esq., Warwick; *Yorkshire* (*East Riding*)—The Rev. Horace Newton, Driffield; *Yorkshire* (*West Riding*)—Rev. J. N. Worsfold, Haddlesey, Selby.

*Bankers.*—The London and County Bank, Aldersgate Street, London, E.C.

---

DATE DUE

| | | | |
|---|---|---|---|
| MAR 21 1986 | | | |

GAYLORD PRINTED IN U.S.A.

BOSTON COLLEGE
3 9031 01415636 8
374354

BR
75
.W8
v.7,pt.3

Wycliffe.

Bapst Library
Boston College
Chestnut Hill, Mass. 02167